e I. A. Qui hęredis. Adde an appellatione hæredis veniat hæres hæredis, ... posita in l. Gallus. §. et si parente. Od. consi. 21. Ang. consi. 183. Pet. de Anc. consi. 12. & Bald. hic, qui dicit, quod si testator mandauit hæredi sub pęna quod ficiat monumentum, & hæres decesserit hęreditate non adita, tamen per ius deliberandi transmisit hæreditatem ad hrdem suum, iuxta l. cũ antiquioribus. C. de iure delib. quod iste hæres hæredis non incidit in pœnam. alle. l. mulier in prin. ff. de cond. & demon. & dicit esse notab. de quo clarius per Bar. consi. 115. incip. And. Mar. condidit testamentum. Et quod procedit libellus, de quo hic per Bar. voluit Ang. consi. 166.

f No. tertio Adde quod si testator dicat, instituo mihi hæredem fratrẽ meũ, & adijciat quod si is moriatur, instituo mihi hæredes eius, vide Baldum consilio 151. j. lib.

g Pom. De pupillari subst. Et istũ tex. pondera ad quod no. Ias. l. j. in prin. ff. de vul. & pup.

De institutionibus, & substitutionibus. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Conditio mixta si deficiat, quando deficiat dispositio, & nu. 2.*

2 *Conditio potestatiua si deficit quando habeatur pro impleta.*

a Cum auum. a Cõdõ mixta consistẽs ex facto instituti, & alterius, dẽt impleri, vel ex
b facto alterius ĩpediri, vt ĩstitutus possit adire h. d. Op. b j. de cad. toll. l. 1. §. sin aũt sub cõdõne. Sol, ibi loquitur in con-
c dõne causali c quod quocunque mõ deficiat, impedit dispõnem: hic lo-
1 quitur † de cõditione mixta. Et intelligatis mixta ex ptãte instituti, & alterius. Aliud esset si esset mixta ex potestate instituti & virib. fortunæ, ut no. ff. de cond. & demon. super rub. Horum est ratio licèt Cy. hic quærat, & non soluat: nam quando aliquis instituit sub conditione causali, testõr solum casus euentum respexit, & nullo mõ factum instituti: iõ quocũque mõ cõdõ deficiat, dispõnẽ impedit. Cõtra hoc op. de l. quod sub cõdõne. §. quoties, de cõd. inst. Sol. ibi loquitur ĩ conditione potestatiua, quod quocũque mõ deficiat, absque dolo, seu facto instituti, vel aliàs onerati non impedit dispositionem. Ideo quia

ADDITIONES.

a Paris. Cum auum. vide aliquid per Anto. de Butr. consi. 57. Itẽ istam legem repetijt Dom. Signor. de Homo. Item vide Soci. in l. si Titius. ff. de condit. & demonst.

b Poma. Opponitur. Aduerte, quod videtur quod ista conditio debeat dici mixta ex potestate instituti, in virib. fortunę, & sic quod differentia, quam facit hic Bar. sit verbalis. Nã si conditio simpliciter dependet à facto tertij, quod quo ad honoratum dicit causalis, igitur &c. nisi dicas quod habuit respectum ad effectum qui repugnat. unde gl. in d. l. suus quoque. §. puto generaliter, ff. de hæred. institutten.

c Menoc. Causali. Dec. consi. 485. nu. 4.

quia cũ cõditio sit merè potestatiua, testator non respexit nisi factũ instituti, quod per eum non stat, ut ibi patet. Et si tu dicas, Imo illa conditio est mixta, si seruum manumiserit, pendet enim ex potestate manumittentis, & manumissi. Dico, quod non est uerum, quia manumittendus non potest libertatem recusare, ut infra de manum. testam. l. si. Praeterea, nec est uerisimile, quod recuset. &c. Opp. tertio [a] de l. legatum. infra de condi. inser. Istud est ualde difficile contrarium, & gl. soluit plurib. modis, quia quidam dicũt, hic erat aliàs relicturus, ibi non. Haec est diuinatio. Alii dicunt, quod ibi fuit in mora, hic non. Diuinatio est. Tu dic, quod est hęc uera, quam glo. ponit hic, in fin. ult. glo. & hic in princ. Tu debes scire, quod conditio merè casualis quocunque modo deficiat, dispositio deficit, ut s. dixi. Conditio merè potestatiua nullo modo uitiat dispositionem, nisi quando staret per factum ipsius instituti, ut modo dixi in praecedenti contrario. In conditione uerò mixta, quę pendet ex potestate instituti, & alterius, eligetur quędam media uia inter praedicta: quia si quidem deficit facto alterius, non uitiatur dispositio, ut hic, & l. in testamento. de cond. & demon. sed si deficiat casu fortuito, uitiatur dispositio, ut d. l. legatum. † Circa id, quod dicitur de cõditione potestatiua, oppo. de l. inde Neratius. in princip. ff. ad leg. Aquil. Sol. ibi fuit impeditus facto alterius, & iniustè. Vnde contra eum competit actio per quam succurritur instituto, & ideo non est necesse, quod conditio habeatur pro impleta. Sed si per illam actionem non succurreretur instituto, ut puta, quia & ille impeditus, non esset soluendo, tunc conditio pro impleta hr. l. fi. de eo per quem factum erit. & l. Titio §. fi. de cõdi. & dem. Contra istud iterũ opp. de l. si Titius. de condi. & demõ. Glo. hic signat contrarium, & non soluit. Ecce sol. uidete, ibi fuit impedita conditio potestatiua facto tertii iustè: [b] ita quod contra eum actio non potest dari, merito habetur conditio pro impleta. Et ideo circa istam conditionẽ potestatiuam habes distinguere tria uerba. Aut deficit casu fortuito, aut facto alterius. Si casu fortuito, tunc aut ille, in cuius potestate erat, fuit in mora, aut non. Si facto alterius, tunc aut ex eius potestate dependebat, aut alterius tertii. Et si alterius tertii, aut licitè, aut illicitè. Si licitè, aut erat soluendo, aut non, ut patet ex praedictis. Venio ad aliud, s. ad † conditionem mixtam, de qua loquitur lex nostra. & op. ff. de leg. 1. l. si fundum per fideic. §. 1. aliàs l. si Titio, ubi deficit per casum, nihilo minus dispositio ualet. Sol. Ibi erat modus mixtus, [c] hic, conditio. Contra hoc opp. de l. Titio. uer. sed cum ante nuptias, de cond. & dem. Istud contrarium est ualdè difficile. Nam dicit quidam quod ibi loquitur de modo, qui est causa finalis relicti, sed l. si fundum per fideicõmissum. §. 1. loqtur de modo, qui nõ est causa finalis. Ista solo tenet per multos Doctores. Ego dixi uobis aliter, in d. l. uer. sed cũ ante nuptias. Nam dico quod ibi est idem quod hic, si rectè ille tex. inspiciatur. Op. de l. Lucer ex fratribus. de condi. instirut. Solut. Illa concordat cum ista: quia ibi fuit impeditum matrimoniũ facto alterius, non casu fortuito. Oppo. de l. cũ ita legatum. ff. de cond. & dem. Sol. Intellige hic, qñ honestè potest nubere, aliàs secùs. Vltimo distingue plenè in ista materia, ut habes hic per Cy. & Dyn. de reg. iur. in c. imputari. lib. 6. Ego plenè tractaui in l. in testamento la 2. de condi. & dem. ubi gl. tractat, sicut hic.

ADDITIONES.

a Pom. Opp. tertio. Aduerte, quod imo uidetur quod haec solutio non diuinet. Primo quidem not. quia licèt in contrario esset coniuncta persona, tamen erat de transuersalib. in qua non praesumitur tanta affectio, vt in descendentib. quod fuit hic, loquitur enim in auo materno. Secundo etiam licet diuinet ad contrarium no. ad tex. nostrum, quia si hic in mora fuisset, conditio non habetetur pro impleta; tamen mihi uidetur quod constituat differentiam inter ascendentes, & transuersales, licet sit maior praesumptio in uno quàm in alio non sit statutum per ea, quae habentur in l. cum in rem alienam, infra de leg. Et credo, quòd vbi ualuisset legatum ratione coniunctionis, nisi ibi conditio fuisset apposita, fauore filii quem verisimiliter amabat magis. Istam tamen glo. vt pote no. vitra Alex. hic adducit Are. ad istam gl. pro notabili allegat Aret. consi. 94. quod conditio mixta deficiens casu fortuito, nõ facit deficere legatũ ad pias causas tanquã testamentum fauore animae, quae cũctis reb. est praeferẽda, l. sancimus supra de sacros. eccl. & aliàs etiam si esset relicturus. Pro qua opi est tex. in l. cum ita dat. ff. de condi. & dem. arguendo à libertate ad piam causam, prout valet argũ. ut p Bar. in l. si vnus. sup. de test.

b Facto tertii iustè. Adde, quod ex hoc infert Bal. quod si testator instituit hr̃dem, si ędificauerit ecclesiã in domib. suis, & episcopus non vult dare licentiam ędificandi nihilo minus hereditas debet institutio. Pro quo facit, quod cõsuluit Ro. cons. 409. quod si testator mandat haeredi, ut emat domũ intra annũ p construendo hospitali sub pęna priuationis haereditatis, quod episcopo nõ cõsentiẽte non incurrit pęnam, all. d. l. si Titius, subdens, tñ si episcopus in alio loco per se electo concedere velit facultatem hospitalis construẽdi, cogitur haeres hoc facere, quoniã cũ volũtas testatoris non prout vult potest impleri, dẽt impleri prout põt, ut ff. de cond. & dem. l. testamento, & melior est tex. ad propositũ. in Auth. de eccl. titu. §. si quia ędificationem, & ita dicit tenere Bald. in l. 1. C. de his quae pęn. no. qui Bald. subdit, quod dicto casu haeres non construendo, non incidit in pęnã priuationis hr̃ditatis, ut ex testõ; eo quia cum dispositio testãris commutatur in alium modũ quã ab eo expssum pp aliquã cãm, nõ intelligitur ea cõmutata uel alterata dispositionis pęna, adiecta reperitio per casum sin in l. muleta. de cõd. & demõ. Et hoc idẽ no. Bar. in d. l. testũ. licet Ro. non alleget. Dicit etiam ibi Ro. qd si eps nullum alium locũ eligat, nec in electo dare uelit liciam ↄstruendi qd dẽnt hr̃des, ut pie uolũtati testatoris, prout possibile est pareãt, locũ emptũ uel emẽdũ deputare ad pauperum receptionẽ, hospitaleque ibi construere, nõ tñ habens ecclesiae formã, cũ hoc non possint etiã sine episcopi liña. Allegat ita determinare Inn. i c. ad haec, de relig. dom. per tex. in c. clericos. & c. vnicuique. de conse. dist. 1. Quòd autem si aliquis donat bona sua alicui cũ hac condõne, quod construat vnam ecclesiã in domib. praefati donatoris, in qua morari debeant duodecim Fratres Minores, & si hoc fieri nõ possit de iure nec de facto, illa clausula habeatur pro non apposita, an haeres debeat expectare, quod fratres habeant licentiam, uel debeatur aestimatio, & quid iuris, uide Fred. consi. 171. dicentem, quod donatio remanet pura.

c Pom. Modus mixtus. Sequitur Ant. de But. consi. 48. in prin.

LEX II.

1 *Libello precum statur contra producentem.*
2 *Quando conditio non impletur, sed pro impleta habetur, qua actione agatur.*
3 *Monasterium si fuerit institutum cum conditione, si receperit talem in monachum, valet institutio, & conditio reycitur.*

[a] Conditioni. [a] Si conditioni mixtae non paretur facto instituti, institutio locum habere non potest. h. d. Ex ista lege [b] no. quod † statur libello precum contra producẽtem, ad idem de liberali causa, l. cum precum. Circa hanc l. quaero duo. Primo, † qñ conditio non impletur, sed qñ pro impleta habeẽ, qua actione agatur? Hic vr̃ casus, quod agitur extraordinario auxilio, hoc est iudicis officio: sed qñ esset impleta, agereẽ ex testamento, vide istam gl. Tu verò dic de hoc, vt dixit text. in l. si peculium. §. is cui. de statu libe. Ego plenissimè dixi in l. in testamento. in fine, de cond. & demon. Quaero secundo, † quid in matrimonio spirituali, vt si instituo monasteriũ ĩ haeredem, si recipiat talem in monachũ, an valeat? Breuiter veritas est, quod non valet conditio, immo reijciatur tanquam turpis, & institutio remanet pura, quia inuitare monasteriũ ad recipiendum aliquem sub spe lucri, est simonia, vt extra de simo. c. nõ satis. Nec obst. illę leges, quę loquuntur in matrimonio carnali, in quo admittitur, vt sub spe lucri aliquis inuitetur, vt l. Titio. §. j. [c] de condit. & demon. Et cum haec quaestio occurrisset de facto semel, ita fuit hic consultum per do. Recuperum de sancto Miniato, & ita sensimus nos omnes. Facit ad hoc ff. de haer. inst. l. ille autem. [d] & quod ibi no. &c.

ADDITIONES.

a Pom. Conditioni. Intra quantum tempus debeat impleri conditio ista, si nupserit, vide tex. & ibi Bar. in l. 2. §. ad filiorum, infra quando, & quib. quarta pars deb. lib. 2. quę refert, & sequitur Alex. reputans no. dignum in l. haec conditio. in prin. in apost. 1. ff. de cond. & demon. Vide etiam ad istam l. Bar. consi. 119.

b Pom. Ex ista l. Vide Alexan. consi. 118. in 2. uol. & consi. 131. eo. vol. Old. consi. 292. & Raph. Cu. consi. 73. & Alexan. consi. 54. vo. 4. Barba. consi. 3. vol. 2. & consi. 8. eo. uol. & Pan. consi. 71. vol. 1. & consi. 73. eo. vol. Barba. consi. 12. vol. 2. Alex. in l. edita, in prin. supra de edendo. Vide bonum tex. in l. item. supra de proc. Roma. consi. 23. in 1. dubio & consi. 59. in vlt. dubio, & Ale. consi. 14. vol. 5. Ange. Are. in §. si minus, Inst. de act. Pan. consi. 38. vol. 2. & consi. vlt. eo. volu. Fel. in c. cum uenerabilis. Barb. consi. 18. vol. 2. & consi. 105. vol. 2. & consi. 42. e. vo. & consi. 59. vol. 2. & cõs. 70. vol. 2. & Rom. consi. 91. in fi. consi. 225. in fi. Pan. in c. examinata. in 2. notab. de iud. & in c. fin. de confessis. Gemio. in c. fin. de iureiurand. in 6. & quae ibi addunt Ant. & Are. & Fel. in c. quoniam contra, de proba. Bald. in l. j. infra de confes. & l. magnum. C. qui accusa. non pos. Alexan. consi. 9. uol. 2. & consi. 61. uol. 3. & Imo. consi. 127. & Ant. 81. in fi. & Alex. consi. 84. uol. 1. & consil. 135. eod. & Are. 13. in vlt. dubio. & Bal. in c. ex parte Decani. de rescri. & Are. consi. 68. & Alexan. 80. vol. 2. vbi ponit quid in capitulante. & Alexand. consi. 162. uol. 2. & Fel. in c. ex parte. de foro competen. & Alexan. consi. 19. & consi. 191. eod. vol. vbi loquitur in minore faciente positiones. Vide etiam Alexan. consi. 17. vol. 3. vbi ponit quid in respondente positionibus & capitulis. & in l. Gallus. §. idem credendum. in fin. ff. de lib. & posthu. & consi. 71. uol. 2. vbi loquitur in ponente per imperitiam, vel malitiam, & ibi etiam dicit, an libellus probet pro producente. & Alexan. consi. 212. vol. 5. vbi loquitur in excipiente, & Soc. 12. vbi declarat pulchrè hanc legem in hoc.

c L. A. l. Titio. §. j. Adde quod ibi Bartol. aliter loquitur, tandem dicit, quòd cautela est, quod relinquatur monasterio pro alimentis illius monachandae. nam tunc benè valet, per gl. in d. c. non satis, & hoc ibi sequitur Pau. de Cast. sed eum reprehendit de eo, quod dixit in consi. incip. Domi. Nupta. Paul. quod si sit legatum alicui, si ingrediatur monaste. quod illa conditio reijcitur, quia inducit viduitatem, & perpetuam mansionem in certo loco: quia dicit Pau. quòd licèt auferat carnalem viduitatem, non aufert spiritualem digniorem carnali, & uita actiua est altior, quam temporalis, nec reputatur contra Rempublicam, quia animae sunt praeferendae corporibus l. sciamus. C. de sacros. ec. tunc bene induceret perpetuam viduitatem, si testator diceret, nec nubat, nec monasterium ingrediatur, & eo casu conditio esset reijcienda, quia esset uita bestialis, secundum ipsum latius ibi vide.

d Poma. L. Ille autem. Dum Bart. pro ista opi. hic alle. l. ille autem, dic, quod illum text. tenet ipsemet Barto. in l. Titio centum. §. 1. ff. de cond. & dem. hic alleg. ut hic per d. Alex. pulchrè.

LEX III.

[a] Si mater. Non refert, quid ex ęquipollentib. fiat. a h. d. Vel aliter. Institutio collata in vnum casum, refertur ad aliũ sibi similem. h. d. Materiam huius l. tractant Doc. & ego in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posthu.

ADDITIO.

a Paris. Fiat. Vide Ang. consi. 88. inci. In Dei nomine. ad fi.

LEX IIII.

1 *Filius non potest institui sub conditione casuali, vel mixta, nisi in eius defectum exhaeredetur.*
2 *Testamentum in quo filius est institutus sub conditione casuali, ualet, sed conditio reycitur.*
3 *Si posthuma fuit instituta, si intrauerit monasterium: si nata monasterium non intrauit testamentum est nullum.*
4 *Filius institutus sub conditione mixta, si non stet per eum, quo minus impleatur, institutio uitiatur.*
5 *Haereditas ex testamento, in quo filius fuit institutus sub conditione casuali, quo iure adeatur.*

Si pater

a **Si pater.** [a]Hæc est difficilis l. & hēt mām, in qua qui plus scit, plus dubitat, & breuiter h.d. Si filius instituit sub conditione casuali, vel mixta, nō ualet testm̄, nisi in eius defectum

1 fuerit exhæredatus, & hæreditas potest adiri ab īestato. No. q † filius non potest institui sub condōne casuali, uel mixta, nisi in eius defectum exhęredetur. Rō, quia non esset dare casum, in quo reperiret̄ præteritus, nec institutus, nec exhæredatus. Opp. & modo intro gl. de l. suus quoque, in ptin. de hær. instit. Solu. Sub conditione potestatiua potest institui, ut ibi, & probatur ex sequentib. §§. illius l. sed non sub conditione casuali, ut hic. Contra hoc opp. & hic aduerte, quia est subtile: ego reperio in conditione potestatiua eandem rationem, quam in casuali, quia erit dare tempus, in quo filius reperiretur præteritus, ut si est institutus sub conditione potestatiua, quæ nō potest impleri ultimo vitæ spiritu, nam illo tempore, hoc est vltimo vitæ spiritu, reperietur præteritus: ergo testamentū est nullum. Huius timore dicunt quidam, q hoc debet intelligi de conditione potestatiua, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu, ut si dederis centum Titio. Ia. de Rau. reprehendit istos in l. si libert[o]. §. si libertinus de bo. lib. & benè. Non obst si dicis, q in aliquo casu reperiretur præteritus, quia imputet sibi, quia hoc facto suo cōtingit. Op. dr̄ hic, q in defectum condōnis debet exheredari. ꝯ exhæredatio debet fieri purè, vt l. 3. §. purè, de lib. & posthu. Sol. uerum est, quod debet exhæredari purè, non qn̄ esset institutus sub conditione, nam nunc pōt exhæredari sub ꝯdōne ꝯria vt hic. Item opp. de l. si sub ꝯdōne. de bo. po. ꝯtab. So. ibi loquitur in filio emancipato, hic in suo: Quæ est ratio? Do. Cy. hic tangit, non tn̄ declarat. Ratio est quia filius emancipatus præteritus non dicit testamentū nullum, sed oportet, q ueniat per ꝯtabul. Sed cum pendente conditione habeat secundum tab. ut ff. de sec. tab. l. 2. §. si sub condōne merito sibi competit ꝯtab. Vlterius opp. de l. qm̄ in priorib. de in-

2 offi. test. ubi dr̄, q † grauamen reiicitur de institutione filii, quantum ad legitimam, ergo uī q hodie ualeat testm̄, quia saltem in legitima vr̄ purè īstitutus. Gl. hic tangit nec firmat, sed in l. suus quoq; ff. de hær. insti. tenet hoc expressè, q istæ leges hodie corriguntur. Gul. de Cun. in d. l. qm̄ in priorib. dicit, qđ hoc non est uerum, quia in d. l. qm̄ in priorib. loquitur in istis casib. in quib. aliquis vocatur ad querelam, & sic filius stabat in dubio, quoniam litis euentus dubius est, ideo eius fauore statutum est, ut habeat legitimā sine grauamine, sed eo casu, quo testamentum est ipso iure nullum, iura antiqua non mutantur, quia sic non esset fauor filii. Idem hic uī tenere d. Iac. de Rau. Idem tenebat dominus Rayne. Ego iam hic

b in cursu lectiouum sic recitando processi ꝯm opinio. Mod. [b]po-

c stea cum casus hic occurreret de facto, uolens melius [c]& subtilius videre adhæsi opi. gl. quod ista iura sint correcta, & dico quod casus est expressus ī. de inof. te. l. scimus. §. cum autem quis. Nam ibi loquitur qn̄ filio relictum est, cum hæres institutus morietur. Cōstat. n. q quando legatum, uel instō confertur in tempus mortis hæredis, est condōnale, nec pendet ex filii potestate, & sic de iure antiquo testamentum esset nullum ipso iure, & tamen conditio illa reiicitur vsque ad legitimā, vt ibi patet. Nec ob. q dr̄, quod istud est introductum fauore filij: qa fateor, qđ istud est in fauorem filii, & etiam heredis instituti, & testōris, vt eius dispō valeat, vt expressè dr̄ in d. §. cū āt. Iuxta hoc formo qōnem de facto mihi occurrētē.

3 Testator dixit sic, † Instituo posthumam, quę ex vxore mea nascet̄, si intrauerit monasterium, in ducentum, nata est posthuma, nec intrauit monasterium quæritur an testm̄ sit ruptum tanq̄ sit præterita. Dixi sic, ista vr̄ instituta sub ꝯdōne, q̄ nō pēdet ex eius potestate, & iō an testm̄ sit nullum, sunt opi. quia gl. in l. suus quoque tenet, q ista iura sunt hodie correcta per l. quoniam in priorib. quod tamen in proposito non examino, sed dico hic simpliciter testm̄ esse nullum. Aduerte, gl. q̄ dicit quod ista lex est correcta, loquiī qn̄ filius est institutus sub condōne. Sed in qōne nr̄a dicta posthuma non fuit instituta, neq; purè, neq; sub ꝯdōne, ergo testm̄ est nullū: nam testator instituit illam posthumam, quę nasceretur, & monasterium intraret. Ista non est illa posthuma, ergo non est instituta. Ista sunt uerba tex. in l. commodissimè, de lib. & posth. licet Rayn.

d de Forliuio[d] consuluerit ꝯrium, & non intellexit illud q ego dixi. Quæro circa hanc l. quid de nepotib. Dic vt in gl. aut filius præcessit eos, aut non. Quæro qn̄ † filius instituitur sub conditione mixta,

4 & stat per eum, nō per casum, an instō vitietur? Bal. dicebat q nō. Tu dic contra, vt in gl. & benè, quia ab initio non ualet institutio.

5 Vl. quæro hic dicitur, q potest hæreditatem adire, quo † iure debet adire? Cyn. dicebat, ex testamento. gl. dicit ab intestato, & benè dicit. Subdit tamen gl. unum verbum ibi, uel dic, quod ex testamento &c, quod si vellet adire ex testamento posset: q non est verum, quia si vult adire ex testamento, oportet, quod testamētum approbetur, & testamento approbato valeret de iure ci. De iure autem prætorio deberet petere ꝯm tab. nō adire hæreditatem. Præterea, aut pendet conditio, & non est dubium q hæreditas non potest adiri. Aut deficit, & idem, quia est contra dispositionem defuncti, & ideo teneas, quod sibi succedat ab intestato.

CONTRARIETAS ET CONCORDIA.

Pro concordia aduerte, quando sub conditione casuali, uel mixta filius est institutus, & sic non sub conditione potestatiua, & in defectum conditionis nō reperitur exhæredatus, an debeat reiici conditio de institutione in legitima. & Bar. in l. suus quoq;. ff. de hære. insti. videtur tenere negatiuam, quod non reiiciatur, quia dicit testamentum esse nullum. Et hæc fuit sententia Ray. de Forli. q fuit præceptor Bar. & communiter tenebatur ante Bar. affirmatiuam videtur tenere. s. quod sit reiicienda in hac l. si pater. Et ex hoc Ray. appellauit ipsum Bartolutium. Sed quo ad concordiam dic, quod non fuit sibi contrarius, quia seipsum emēdat in hac l. si pater imo sapientis est mutare consilium in melius, l. manifestissimi. C. de furtis sim. Et hæc sufficiant pro saluatione Bar.

ADDITIONES.

a Paris. Si pater. Hanc repetiit Ful. & de materia uide Bar. consi. 13. & consi. 131.

b I. A. Modernorum. Adde quod sic consulunt consi. 14. incip. Ex facto proposito. & Ange. consi. 127. inc. D. Catharinæ quondam Blasii. Contrariam opi. q iura sunt correcta tenuit etiam Imo. in l. suus quoque. de hær. insti. sed melius in l. 1. ff. de cond. inst. Sal. hic Pa. de Ca. qui dicit, q per opi. Bar. sustentatur, & prouidet filiis, & cōtraria operatur contrarium. Et hanc sequitur Ange. consi. 40. incipien. Vitianus de monte Pulciano.

c Paris. Volens melius. In istis uerbis allegatur Bar. quod magis credendum est Doctori in consulendo, quàm in legendo, quia præsumitur, quod melius considerauit. Adde q dicit idem Bar. in consi. inci. Lapus dicens, quod illud quod docuit suos scholares legendo, reducitur ad practicam consulendo.

Poma. Volens melius. Et quod qui melius considerat, aliquando consilium mutat, est elegans tex. in l. diui fratres, ff. de iure pat. Et ista opi. Bar. hic est communis, ut inqt Pe. & Dec. Et uide Ale. consi. 56. uol. 4. Barb. consi. 13. 2. du. & consi. 191. q licitum sit mutare consilium in melius, uide Barb. consi. 1. uol. 1. & consi. 58. eo. uol. & consi. 61. & cōs. seq. e. uol. & Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 3. q. de uer. ob. Barb. cōs. 18. uol. 2. & consi. 20. e. uol. & consi. 22. e. uol. & cōs. 33. e. uol. cōsi. 60. e. uol. 2. & in c. Ecclesia S. Mariæ, de consti. & in c. examinata de iud. & Ale. consi. 184. uol. 2. Vide etiam Barb. consi. 10. uol. 1. Limita tamen istud dictum Bar. ut non procedat quando Doctor esset sibi contrarius legendo tantum, uel consulendo tantum, quia tunc non debet audiri l. 1. ubi Bar. supra de furtis. Limita tamen istud, ut non procedat inter diuersas personas, & in diuersis iudiciis, quia tunc admittitur contrarietas l. Papinianus, § sed nec impuberis, ubi gl. supra de inoffi. testa per Cyn. in l. 1. C. de furt. per Dominos de Rota, deci. 8. in tit. de testam. Adde etiam quod Doctor potest consulere, licet non inueniat decisionem in terminis, dummodo inueniat rationem naturaliter ab æquitate naturali non abhorrentem, ut per Pau. de Cast. in l. Claudius, ff. de acq. hæred.

d Ray. de For. Adde quod Pau. de Cast. dicit, quod melius consuluit ipse Rayne.

LEX V.

a **Reprehendenda.** [a]Institutio facta sub conditione turpi, remanet pura, & valida, cōditione reiecta. h. d. Vel aliter. Conditio impossibilis de iure, ex institutione reiicitur. Hic habes de conditione impossibili, de qua feci tibi unam repetitionem in l. 1. ff. de cond. inst.

ADDITIO.

a Paris. Reprehendenda. Circa regulam huius legis quod facto datur uoluntas intelligi, uide Rom. alia iura allegantem, consi. 28.

LEX VI.

Generaliter. Hæc est notab. lex, & hēt vnam tātum, uel duas cōcordantias. & breuiter h. d. Fauo-

a re liberorū[a] disiuncta posita inter plures conditiones resoluitur in

b in coniunctiuā, quod ad extraneos est extensum. [b]h. d. usque ad §. cum autem. cōcor. huic l. ff. de hær. inst. l. Lucius. facit ff. de re. dub.

c l. si is qui ducenta. §. pe. Opp.[c] de l. si hæredi plures. de condi. inst. Solu. Speciale est propter præsumptam voluntatem defuncti, q̄ non verificatur in qualibet parte alternatiuæ. Quid dicemus in aliis cōditionib.? Pone, testōr dixit, si nauis ex Asia uenerit, aut Titius Cōsul factus fuerit, aut Imperator in Italiam venerit, talē substituo. Dico quod ubicunque inter istas conditiones alternatiuas est illa, si

d decesserit sine liberis, q assumitur pro coniuncta,[d] quoniam apparet quod testator liberos institutos uoluerit pręferre substitutis, ut d. l. Lucius. secùs si illa conditio non apponeretur. Vel aliter potest dici, q quandocunque cum disiunctiua adiicitur dictio etiam, tunc habet vim coniunctiuæ seu copulatiuæ, secundum Priscianū, & est casus. Hic non dico pro constanti.

ADDITIONES.

a Paris. Fauore liberorum. Vide quæ dicit Barb. consi. 43. uol. 4.

b Pom. Est extensum Vide Ale. consi. 28. uol. 3. ubi dicit hanc l. & similes exorbitare à iure, & ideo non debere extendi, & consi. 92. uol. 3. ubi declarat, & ibi etiam ponit quando esset substituta pia causa & consi. seq.

c Oppo. Adde Bal. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iur.

d Pro coniuncta. Adde Old. consi. 187. inc. de inst. & substi.

1 *Substitutio facta posteris post eorum mortem, intelligitur, si decesserint sine liberis.*

2 *Filij naturales non legitimi, quod excludunt substitutum.*

a **§. Cum autem.** [a]Substitutio facta liberis legitimis & naturalibus post mortem eorum, intelligitur

ADDITIO.

a I. A. Cum autem. Et an legitimatus a patre filio suo legitimè non citato, succedat una cum legitimo & naturali. d. Pau. in cons. quod incipit, Habens spurium filium naturalem & legitimum, tenet quod non, l. ex facto de uul. & pup. per Mod. in l. Gallus, ff. de lib. & posth. & an appellatione filii ueniant naturales. Et an appellatione nepotis ueniat naturalis tantum, uide Bar. cons. 38. Cauetur statuto. & cōs. 39. & secundum Bar. in cons. 83. inc. In facti contingentia.

intelligitur, a si decesserint sine liberis legitimis. h.d. No. † quod substitutio facta posteris post eorum mortem, intelligitur si decesserint sine liberis. Ex hac responsione Papiniani, propter occurrentiam tempore mortalitatis, feci multas quæstiones in l. cum auus. de cond. & de. & dicam tibi fortè in l. cum acutissimi. j. de fideicom. & inter cæteras facio vnam talem quæstionem. Dicit testator, si filius meus decesserit sine liberis, filius masculis, quid si decesserit cum filiab. fœminis? No. † quod filii naturales non legitimi, substitutum non excludunt. Opp. de l. cum pater. §. uolo. & l. Lucius. §. fi. ff. de lega. 2. Sol. ibi loquitur in filiis natis in seruitute, & sic in figura matrimonii, qui substitutum excludunt, b aliàs secùs, nisi de mēte testatoris aliud appareat: quę mens ex dignitate personarum colligitur, & aliis indiciis, ut l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Treb. vbi de hoc dixi plenissimè, & feci de hoc multas quęstiones. c

ADDITIONES.

a Pom. Intelligitur. Vide ad istum tex. l. filiusfa. §. cum quis. & quæ ibi scripsi. ff. de le. 1. & amplia istum tex. ut procedat & si filius grauatus esset simul institutus cum extraneo, in quo non subauditur ista conditio, si sine liberis decesserit, ut per gl. hic in uerb. filius, probatur, quia rō in l. cum acutissimi. & in l. cum auus. militat & in casu nostro, & quando cum filio grauatus est extraneus, in illis terminis consulunt Cons. ut refert, & sequitur d. Io. Bap. in l. in testamēto, la 1. ff. de test. mil. licèt referat Pe. tenuisse oppositum, per reg. l. quamuis. & l. hereditatem. supra ti. 1. Sed dic, quod illa regula non procedit, quando est diuersa ratio in uno determinabilium, ut per Doct. & maximè Ale. in l. iam hoc iure. ff. de uul. & pu. Pro opi. d. Io. Bap. facit quod in simili vult Bar. in l. Titia cum testamēto. §. Titia. ver. quæro pone quod. ff. de leg. 2. An autem quod hic dicitur, habeat locum tantum in filio legitimato grauato. Quidam tenent, quod sic, licèt videatur quod in eo non militat ratio in d. l. cum acutissimi: quia filius filii mei adoptiui non dicitur mea posteritas. Sed super hoc considera, & maximè quando esset talis, qui transierit in potestatem patris adoptantis, etiam dispositio huius §. in quocunque grauato descendente, etiam si esset vltrà pronepotem, propter rationem d. l. cum acutissimi, maxime, ibi, uel in rescriptis aliam potestatem. & numquid dispositio huius §. procedat, etiam si esset substituta ecclesia, uel alia pia causa, uide Fe. in c. in præsentia. de prob. & ibi in l. seq. ponit, an procedat si habeat filios tantum naturales, uel spurios. Reliqua circa materiam huius §. uide per Doct. hic in d. l. cum acutissimi. & in d. l. cum auus. & in l. ex facto, §. si quis rogatus. ff. ad Treb.

b I. A. Excludunt. Adde quod si aliquis est institutus, & si decesserit sine filiis legitimis, & naturalib. est sibi datus substitutus, decedatq; institutus cum filio legitimato, an excludatur substitutus? Communiter tenetur quod sic, ut tenuit Io. An. post Ia. de Are. in add. Spec. in ti. de suc. ab intest. §. fi. in fi. Alb. de Ro. & Bar. suo consi. inc. Viso instro locati. Bar. in l. Gallus, § seruus. ff. de lib. & post. An. de Bu. c. per uenerabilem, post medium, qui fi. sint legit. Pet. de Anc. consi. 215. & 279. & Pa. de Ca. consi. 210. & 223. Ale. consi. 57. & 94. 1. uol. Si tamē dictum sit filiis ex legitimo matrimonio procreatis, licet legitimati per subsequens matrimonium non excludunt substitutum. Ita consuluit Bald. consi. 490. 2. l b.

c I. A. Quęstiones. Adde quod Pau. de Cast. & do. Ale. propter illa uerba, quæ sunt in tex. intestatus, & aut sine testamento, multa dicunt, maxime d. Ale. cu ueritatem collige ex Bal. consi. 33. inc. In Christi nomine. de iure communi. 1. uo. & e. uol. consi. 17. inc. In Christi nomine Blasius, & consi. 53. eo. uo. inc. communis opi. & eo. uol. consi. 77. & consi. 327. 3. uol. & consi. 266. 4. uol. & consi. 58. 1. uol. & 3. uol. consi. 2. 3. Pau. de Cast. consi. 288 Ro. consi. 4. & 3 aliàs consi. alle. d. Ale. per Ang. consi. 26. per Abb. consi. 75. 1. uol.

L E X VII.

1 *Conditio quando possit impleri post mortem, & ante mortem testatoris.*
2 *Conditionem semel esse impletam sufficit, licèt non duret.*
3 *Relictum alicui, si intrauit monasterium, an illud habere debeat, si intrauerit, sed non perseuerat.*

a Si quis hæredem. a Conditio casualis, siue potestatiua, non pōt facilè viuo testatore impleri. h.d. Op. de l. 2. ff. de cond. & dem. † Sol. Aut conditio cōsistit in dando, & debet impleri post mortem testatoris, ut l. ꝯtria. Aut ꝯsistit in faciendo, & tūc aut conditio est potestatiua, aut casualis: Si potestatiua, & est facilis tunc idem, in casuali, & uide glo. tuā. Et no. ex hac l. quod † sufficit ꝯdōnem semel impletam esse, b licèt nō duret. Et hoc facit ad q. c relictum † fuit alicui sub tali conditione, si tale monasterium intrauerit ille intrauit, postea exiuit; an debeat habere relictū? Hic uidetur casus quod sic, sicut in ea, quæ nupsit, & postea diuertit. in contrarium uidetur casus. ī. e. l. reprehendenda si benè inspiciatur, ubi fuit relictum sub cōditione, si diuerterit. Certè si rediret ad maritum suum, non haberet legatum, nisi ideo quia conditio esset turpis. Et uide d. l. reprehendenda. Ex eo quod dicit, ab eo, & c. innuit, quod si diuersis esset nupta, & diuortium non duraret, quod hæreditatem non haberet. Modo relinquo eā sub dubio. d

ADDITIONES.

a Paris. Si quis hæredem. Vide in materia Ang. consig. 152. inc. Conradus Albe.

b Paris. Impletum esse. Et sufficit quandoque impleri, si non sit determinatum certū tempus. Vide Com. consi. 164. in 3. dub. Vide in l. 3. ff. de cond. & dem. Item dum dicitur hic quod sufficit conditionem semel impletam fuisse, licet non duret, ui de no. Iac. hic, & uide omnino eundem in l. fi. de ind. uiduita. ubi quædam no. ponit post Pa. de Cast.

c Pom. Ad quęstio. Vtrum filii mortui excludant substitutum stante dispositione testatoris, si habuit liberos, uide late Ias. in l. si substitutus stante dispositione testatoris, si habuit liberos. uide lati. Ias. in l. si substitutus. ff. de uulg. & pupil. Et uide etiam ad hoc Fel. in c. in præsentia, de prob. & Ang. consi. 159. & uide Ale. consi. 43. uol. 3. & Ang. consi. 24. ubi ponit pulchrum casum à contrario quod relictū alicui cum uidua erit, ei debetur, licèt postea nubat.

d I. A. Dubio. Adde quod Pau. de Ca. dicit non esse dubitandum, nam aut non fecit professionem, & tunc uidetur intrasse, quia uerba testatoris debēt intelligi de ingressu, qui fit faciendo professionem, & tunc legatum fuit purificatum, & acquisitū monasterio, & licet postea de facto egrediatur, professio non irritatur, & sic legatum remanet apud monasterium, quinimo etiam si ingrederetur aliud monasterium licite, de licentia superioris remaneret legatum penes primum monasterium, arg. supra de usuf. l. inter antiquam. & ad hanc l. uide Bal. cōsi. 307. 4. uol. ubi consuluit, an legatum si uidua remanserit, requirat perpetuam uiduitatem, et quod bona ingressi remanent penes primum monasterium, tenuit Ang. cōs. 235. quando non fuit obtenta licentia. Io. And. in c. 1. de stat. reg. in 6. ad plenam claritatem huius l. uide eundem Ang. consi. 34. cui se subscripsit do. Philip. de Cursinis, & consi. 49. ubi soluit quæstionem formatam hic per Bar.

L E X VIII.

1 *Dictio, secundum, quod non faciat conditionem, & nu. 2.*
3 *Castrum, uicus, uel terra, habet proprios fines.*
4 *Castrum aliquod occupans, si accusatur, debet in accusatione inseri locus territorii ipsius castri, non particularis locus.*
5 *Conditio apposita in quacunque parte testamenti, reddit testamentum conditionale.*

Si testamentum. Valet testamentum, licèt testator non inserat ꝯditiones, quas inserere pollicitus est, & in quacunque parte testamenti conditio inseratur, redditur institutio conditionalis, h.d. Op. ff. de hær. inst. l. quoties. §. tantundem. Dicunt quidam, quod ibi est dictum Marcelli, quod est malè dictum, non placet, quia debemus euitare correctionē. Alii, vt Io. dicunt, quod ibi destinauerat, & morte præuentus non inseruit, hic secùs. Ista solutio posset esse bona in se, ut sic intelligatur, quod fuit morte præuentus, antequam testamentum haberetur pro cōpleto, ut l. furiosum. ī. ti. 3. & l. si quis cum testamentum. ff. de testa. Alii dicunt, quod hic dicit secūdum conditiones infrascriptas, ibi dixit, si conditionem, &c. quæ est bona solutio. & no. Ex qua no. † quod dictio secundum, non facit conditionem, a secùs in dictione, si. De hoc habemus casum extra, de ver. sig. c. Abbate S. Syluani, circa medium. Ita videtur mihi quod incipiat. Et de ista dictione secundum, dicam tibi alibi hoc anno, & no. Vel dicas, quod non est hæres ibi, ut voluit testator. s. sub conditione, sed est hæres purè, ut hic. Alii dīt, quod nō est hr̄s purè, sed est hr̄s ꝯdōnalis, sicut testōr sensit si eius uoluntas probetur, unde hic voluntas de quib. conditionib. senserit non potest probari, ibi secus. Tu teneas quam vis de istis solutionib. quia quælibet potest esse bona. Circa hanc legem uolo te facere notare tria. Primo quod ista uerba † secundum conditiones, j. scriptas, licèt conditio non sit ascripta, non declarāt voluntatem esse imperfectā, quia si esset imperfecta uoluntas, testm̄ esset nullū, ut d. l. furiosum. ī. ti. 3. & d. l. si cum testm̄. ff. de test. Scd̄o no. quod † uicus, terra, seu castrū, hēt ꝑprios fines. Ex hoc dico, quod si factus est exercitus contra illud castrum, uel contra aliquam terram, uel facta est aliqua caualcatio per territorium, & illi qui fecerunt, accusantur, quis locus confinabitur in accusatione? Vel pone, aliquis † occupat unam terram, de hoc proceditur cōtra eum, quis locus confinabitur contra eum in accusatione, cum l. libellorum. ff. de ac. dicat, quod debet poni locus, ubi maleficium est factum? Respondeo, quod debent poni ꝯfinia territorii, quā fit in ipso castro, uel dico, ut hic. Nec debet poni locus particularis, ut l. libellorum, quā maleficiū respicit illū locū particlr̄, secùs b si totum locum respicit vniuersaliter, ut l. de pupillo. §. qui nunciat. de ope. no. nunc. Dixi plenè in l. libellorum. Vlt. no. ex ista l. † quod in testamentis in quacunq; parte conditio adiiciatur, totam dispōnem reddit ꝯditionalem, vt hic, in fi. & importat nā illorum uerborum, secundum conditiones j. scriptas, ar. l. Modestinus. ff. de sol. hoc et facit natura ultimæ uoluntatis, vt l. quib. dieb. §. quidam Titio. de cond. & dem. licèt secùs esset quandoq; in contractib. vt no. in l. 2. circa fi. gl. magnæ, de in diem addic.

ADDITIONES.

a I. A. Conditionem. Adde quod hic facit, quod si aliquis concessit mihi rem aliquam in feudum, vel emphyteusim, secundum formam, & modum quibus antecessoribus meis erat concessum, licet non appareat quib. mod. vel formis concessum erat eis, non vitiatur concessio mihi facta, immo illud uerbum secundum, ponitur potius causaliter, & exponitur, i. quia meis antecessorib. erat concessum, vt est casus in d. c. Abbate sane, ut habetur per Gul. de Cun. & Bar. in l. cum qui §. Iulia. de const. pec. Tangitur in l. admonendi. de iureiu. & deciditur per Pau. de Ca. hic, & consi. 322. In causa decennali. Bal. consi. 340. 3. lib.

b Pom. Secus. Opp. contra tex. de l. ita stipulatus in prin. secundum unam lec. ut ibi per Bar. ff. de uerb. ob. Sol. ut ibi per eum.

L E X IX.

1 *Tacita pupillaris cōprehensa in expressa vulgari, nō admittitur cōtra matrē.*
2 *Tacita vulgaris comprehensa in expressa pupillari, admittitur contra matrē.*
3 *Vulgaris expressa in uno casu tantum, continet pupillarem tacitam, nisi quando mater est in medio.*
4 *Vulgaris expressa in uno casu porrigitur ad omnes alios casus, ex quibus quis hæres non efficitur.*
5 *Vulgaris in casu tacito non admittitur contra matrem.*

a Cum quidam. a Bř h.d. sm communē opin. ista no. l. Tacita pupillaris non admittitur contra matrem. Secundum communem opi dr̄ hic, quod tacita pupillaris non admittitur contra matrem. Contra, ff. de uul. & pup. l. Lucius. Dicunt quidam, hoc ideo, quia mater fuit instituta. Hæc est falsa, ut l. precibus, infra titu. primo. Alii dicunt, & hæc est melior,

ADDITIO.

a Pom. Cum quidam. Vide unum nouum intellectum ad istum tex. per Bolo. in sua theor. & ista l. ponit casum Bar. in l. 1. ff. de uulg. & pup. & ibi uide verissimum intellectum ad istam l. per Do. Ias. & uide Alex. consi. 1. uol. 1.

1 lior, ꝙ † hic loquitur in tacita pupillari, q̃ ↄtinet̃ in vulgari expreſſa lex contraria loquitur in pupillari, quæ continet̃ in breuiloqua. Iſta
2 eſt bona, vt videbitis in l. ꝓcib. ꝗ. nt. j. & ibi dicam. Quærit † gl. quid econuerſo, vtrum tacita vulgaris, quæ continetur in expreſſa pupillari, admittatur ↄ̃ mr̃em? Gl. dicit ꝙ ſic, qa ꝑ eam non ſuccedit̃ pupillo, & optimè dicit, q̃ gl. vide. Secundũ iſtam lec. glo. ſume ex hac lege vnum notabile, quod fortè neſcirem tibi alibi inuenire, quod
3 † vulgaris expreſſa in vno caſu tm̃, continet tacitam pupillarem, ni-
a ſi qñ mater eſt in medio, vt hic declaro. ᵃ vulgaris habet in genere in coofuſo vnum caſum tm̃, ſi hæres non erit, hic caſus ſubdiuiditur in plures, ſi hæres non erit, quia noluit, vel quia non poſſit: illud, quia non poſſit, diuiditur in multos caſus, vel nõ põt, quia non naſcitur, vt hic, vel non põt, ꝑꝑ impotentiam iuris, vt ſ. tit. 1. l. 2. vel ꝑꝑ errorem teſtatoris, vt l. cum proponas, eod. titu. vel ꝑꝑ alios caſus, quos omitto hic, fuit facta ergo vulgaris in vno caſu particulari tm̃. ſ. ſi non naſcetur, & tñ iſta continet tacitam pupillarem, ſecundum lec. gl. quam no. Licèt iſtius gloſ. lec. ſit communis, & vera in ſe, tñ non placet quantum eſt ad iſtam l. nam, vt videtis in dubio iſtius l. dubitauerunt Vlpia. & Pap. viri excellentiſſimi, ſed de ipſo dubio eſt caſus in l. precib. ꝗ. n. j. quæ lex fuit antiqua ante iſtam, vnde non eſt veriſile, quod de caſu legis dubitauerint Vlpia. & Pap. Vñ vr̃ gl. noſtra aliud dicere, q̃ Doc. noſtri loquendo intellexerunt, & ſecundum iſtam lec. hr̃ dicit: Vulgaris expreſſa in vno caſu, porrigitur ad alium non expreſſum, niſi mater ſit in medio, quæ fuit cohæres data inſtituto. h. d. ſup ver. deceſſit poſt aditam hæreditatẽ ſm̃ hãc lec. gl. Tu dic aute aditam hr̃ditatem, ſm̃ hanc lec. ꝙ iſta lec. ſit vera ꝓbat̃, qa nõ eſt veriſile, ꝙ Pap. dubitauerit de caſu l. precib. ꝗ. ti. j. Itẽ ꝓ hoc facit tex q dicit, deceſſit: nec dicit ante aditam hæreditatem, vel poſt. Item q dicit luctuoſam hr̃ditatem, nec dicit de hęreditate filij, vel primi teſtatoris. Itẽ ꝓ hoc facit tex. qui dicit ſubſtõnẽ q dẽ in hm̃õi caſu: & ſic loquit̃ de vna ſubſtõne. ſ. vulgari, q̃ in vno caſu admittit. ſ. cum nõ naſceẽ poſthumus, in alio reſpuit. ſ. cum naſceẽ, & morietur. Si. n. intelligeretur de tacita pupillari, vt gl. dicit, tunc ſubſtõnẽ vulgarẽ in oẽm caſum admitteret, pupillarem verò tacitã ↄ̃ mr̃em repelleret, & ſic loquit̃ de diuerſis ſpẽb. ſubſtõnis, cuius ↄ̃riũ à parte dicit tex. loquitur. n. de vna ſubſtõnis ſpecie, quę certo caſu admittitur, certo caſu reſpuit̃ fauore mr̃is. vide text. ibi, nos itaque.
4 vſq; in finem. Ex iſta lec. not. † ꝙ vulgaris expreſſa in uno caſu, por-
b rigitur ᵇ ad omnes alios caſus, ex quib. quis hr̃s non efficit̃. Secũdo
5 no. qđ † vulgaris in caſu tacito non admittitur ↄ̃ matrem. Contra iſtud opponi. de glo. fi. iſtius legis, q̃ dicit, ꝙ tacita vulgaris admittitur ↄ̃ matrem. R. n. fallit hic, nam non admittitur ↄ̃ matrem cohæredem datam pupillo, ꝑ rõnẽ poſitã in text. Item ↄ̃ iſtam lec. op. vulgaris ſubſtõ hẽt locũ, ſi hr̃s nõ erit, ſed hic pupillus fuit hr̃s teſtatoris ſtatim, qñ natus fuit, quia ſuus hæres erat, ergo, &c. Rñdeo, qñ ſuus inſtituitur cum eẽneo, extr̃ia ſui hr̃dis non operat̃ aliquid circa ea. q̃ ex teſtõ dependẽt, vt l. apud Iulia. §. idem Iulianus, & ibi per Dy. ff. ad Tre. Ita hic in ꝓpoſito, hic fuit inſtitutus venter vna cum mr̃e, q̃ eſt extranea, iõ hic extr̃ia ſui hr̃dis non põt aliquid operari. qđ aũt hr̃ditas fuerit adita, hic expreſsè non dicit. Tene menti.

ADDITIONES.

a Pom. Hic declaro. Idem & eſſet in fratre ſm Ang. in conſ. 257. incip. Ex ſerie teſtamenti. in ver. 3. hoc probatur no. conditionis.
b I.A. Porrigitur. Adde tu ad Bar. & hic vide Alex. de Imo. in conſ. 4. in 1. uol.

De impub. & alijs ſubſti. *Rubr.*

a Continuatio patet ᵃ per ſe: quia dicto de inſti. in primo gradu, reſtat videre de inſti. in ſecundo gradu.

ADDITIO.

a Pom. Cotinuatio patet. Quæro quis melius rubricauit, an Imperator hic, an Iuriſconſultus in ſi. ff. de vulga. & pup. De hoc per Iaſ. in rub. ff. de vulg. & pup. in prin. in 2. lectu. ubi ponit, quod differentia eſt inter ſubſtitutionem, & inſtitutionem. Item cum ſint quinque ſubſtitutiones, tamen Iuriſconſul. 10 fin. ff. non facit mentionem, niſi de duabus, uide per eum.

LEX PRIMA.

1 *Partes adiectæ in inſtitutione, intelliguntur repetitæ in ſubſtitutione ſimplici.*
2 *Verba præteriti temporis non extenduntur ad futura.*

CVm hæredes. Iſta eſt clara, partes adiectæ in inſtitutione, in ſubſtõne ſimplici intelliguntur tacitè repetitæ. hoc dicit. Vide, & tene mẽti,
1 quod † partes adiectę in inſtitutione, intelliguntur repetitæ in ſubſtitutione ſimplici, & hoc ex interpretatione declaratiua, quia ſic teſtator ſenſit. Ad idem de lega. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. Item ↄ̃ facit l. talis ſcriptura. §. fi. e. ti. vbi vr̃ ꝙ ex interpretatione ex-
2 tenſiua. Sol. illud iõ, qa hoc † natura verbi pteriti tpis non patiebatur vt extenderetur ad futura, ideo non põt dici ex interpretatione declaratiua: hic verò patitur natura verborum. Venio ad gloſſ. noſtram, & op. de l. nõnunquam. ad Treb. Sol. Iſtud eſt verum, niſi ex pręſumpta voluntate defuncti aliud appareat, quia in ſubſtitutione eos nominauit nominibus proprijs, vel eos grauauit onere æquali

LEX II.

1 *Iſta verba, uos inuicem ſubſtituo, non continent niſi directas tantum, ſcilicet vulgarem, & pupillarem, niſi repugnaret diſparitas perſonarum.*

HÆreditatem. Subſtitutio breuiloqua facta perſonis imparib. põt porrigi ad eum caſum, in
a quo vtriq; põt pariter ſubſtitui. ᵃ h. d. Hanc l. habuiſtis in l. in teſtõ, ſ. de teſt. mil. vbi tractaui tibi de iſta materia. Sed vnũ volo, ꝙ ſcias, ꝙ nunq̃ propoſueram dicere, ꝙ pridie iudicaui ſiue ↄſului in quodã facto. Nõne cuilibet eẽnco põt ſubſtitui poſt aditã hęre. per fideic. Certè ſic: ergo debet intelligi dum dicit, vos inuicem ſubſtituo. ſ. ſi vnus hęres non erit, alter ſit hęres, & qñcunq; hr̃s deceſſerit,
1 vnus reſtituat alteri. † Dico ꝙ illa verba inuicem ſubſtituo, non
b continent niſi directas tm̃. ſ. vulgarem ᵇ & pupillarem, & niſi repugnaret diſparitas pſonarum ad fideicommiſſarium non porriguntur, vt hic, & l. iam hoc iure, §. 1. & l. qui duos impuberes. ff. eodem. & ibi per Dy. ideo tene menti, quia conſului, vt dixi.

ADDITIONES.

a I.A. Pariter ſubſtitui. Adde quod hoc fallit, niſi cum ſubſtitutione breuiloqua eſſet iuncta ſubſtitutio compendioſa, ut quando teſtõr dixit, qñocunque alter veſtrũ deceſſerit, vos inuicem ſubſtituo: nam tunc propter illud verbum compendioſum, comprehenderetur poſt adi. hære. fideic. ſubſtitutio, quæ in compendioſa continetur l. precibus. in fin. & c. Raynal. de teſtam. Et ita dixit Alexan. uelle Barto. in l. Lucius, 10 antep. & pe. q. ff. de vulg. & pup. & in repe. l. ſi arrogator. ff. de ado. & in l. Centurio. ff. eo. poſt Ray. Nic. de Neap. & Bal. in l. iam hoc iure. § fi. ff. eod.
b Menoch. Vulgarem. Soc. ſen. conſ. 6. col. j. lib. 3. Rol. à Valle conſ. 25. nu. 2. & 3.

LEX III.

Hæres inſtituta. Quj repudiat ex teſtõ, facit locum ſubſtituto vulgari, qui excludit venientes ab inteſtato. h. d. Verba, ſi hr̃s non erit, in pupillari ſubſtõne cõprehenſa, taliter dẽnt intelligi, ſi hr̃s non erit ex teſtamento.

LEX IIII.

1 *Subſtitutio vulgaris expreſſa, quando non porrigatur ad tacitam pupillarem.*
2 *Subſtitutio vulgaris facta duobus ſimul & copulatiuè, non habet locum in perſona vnius, niſi habeat locum in perſona vtriuſque.*

a QUamuis. ᵃ Hæc eſt no. l. valde. Subſtõ vulgaris porrigitur ad tacitam pup. niſi teſtatorem aliud uoluiſſe ꝓbet̃, vel ꝑꝑ imparitatẽ pſonæ inſtitutæ cum pupillo aliud pſumat̃. h. d. Op. ad pri. ff. e. l. iã hoc iure, in prin. Sol. † Vulgaris expreſ-
1 ſa porrigitur ad tacitam pupil. niſi teſtator aliud expreſſerit, ut in l. cum ex filio. §. fin. ff. eod. vel niſi aliud voluiſſe probetur, vt hic in
b prin. vel niſi aliud pręſumatur voluiſſe, vt hic in fine. Secundo no. ex hac l. ꝙ habeo ꝓ ſingulari multum, & neſcio alibi ita clarè, nec
2 fortè aliquo modo. quod quando † ſubſtõ vul. eſt facta duobus ſi-
c mul, & copulatiuè ᶜ ꝙ non habeat locum in perſona vnius, niſi habeat locum in perſona utriuſq; & ideo in caſu huius l. ſi Firmianus hr̃s non eſſet, ſed eſſet hr̃s Helia, vel econuerſo, ſubſtitutus vulgariter non admittetur. Vide tex. & glo. ſuper ver. in eum. Tenet ergo iſta gl. manifeſte, ꝙ in caſu huius l. iſta ſubſtõ non põt habere locum, niſi haberet locum in perſona vtriuſq;. Sic ẽt intelligebat d. Ia. Bu. Ad iſtã lec. op. de l. falſa §. fi. de condi. & dem. Gl. dicit hic, fallit hæc rẽa: hoc non eſt uerum, & ↄ̃ l. heredes mei, & l. cum ita, ff. ad Treb. de leg. 2. l. fi. §. filium. & ad Tre. l. Lucius. §. Caio. ff. de milit. teſt. l. pe. & l. pater filiam, §. fi. ad l. Fal. Sol. Br̃ quantum ad propoſitum dico aliud in ſubſtõne vulgari, ut hic, aliud in ſubſtitutione pup. vel fideicommiſſaria, vt in ↄ̃rio rõnem huius dicam uobis in l. pe. ꝗ. eo.

ADDITIONES.

a Quamuis. Vide Bal. conſi. 204. & ſeq.
Pariſ. Quamuis. Circa materiam huius l. quod una determinatio reſpiciens plura determinabilia, &c. Vide Ale conſil. 186. poſt med. Vide per nouiſſimos in l. ſi ad litem, 10 prin. ff. ſol. matr. in l. in teſto. C. de teſta. mil. Iaſ. in l. in teſtamẽto, & uide in l. contra maiores poſt prin. de inoffic. teſta. ubi ẽt dicit, ꝙ aliquando ſecùs Et pro limitatione, quam ponit Alexan. in d. l. in teſtõ. & in l. hoc iure. alle. bene de Plum. in l. ſi ita ſcriptum. de man. teſt. vide Soc. in l. quoties, in j. not de condit. & demon. Item adde quod ubi plures determinationes reſpiciunt vnum uerbum, quælibet per ſe determinat, nec inter ſe inuicem determinantur, vt declarat Bal. per illum tex. in l. prætor. §. ſi quis aduentu. ff. ui bo. rap.
b And. Barb. Secundo no. Sed aduerte diligenter, quod tranſmiſſio hæreditatis non peruenit ex teſtõ, ſed ex l. prouiſione. Bal. inet. in l. ſi fratris. C. de iure delibe. l. filius hæres, de libe. & poſthu. & ſic in caſu noſtro, uel quando mater eſt præmortua, filius uigore ſuitatis debet tranſmittere etiam non aditam ad quaſcunque, ut in d. l. ſi fratris. Et ſic ſubſtitutus deberet excludi ratione cohæredis extranei, & ſic nullo modo procedit iſta lect. Et ſi dicatur, ſubſtitutio impedit ſuitatem, certe non eſt uerum, quia tacita l. ſi pater. ff. de priu. cred. Et ao clauſula in fi. poſita referatur ad omnia, & ea determinet æqualiter, uide Bar. in conſi. 31.
c Menoch. Copulatiue. Dec. 594. nu. 3.

LEX V.

Poſt aditam. ᵃ Vulgares ſubſtitutiones adita hæredit. expirant. hoc dicit.

LEX VI.

1 *Ius accreſcendi ad hoc ut habeat locum, oportet ꝙ teſtamentum ſit iure factum.*
2 *Ius accreſcendi requirit, quòd multi ſint inſtituti.*
3 *Subſtitutio quando impediat ius accreſcendi.*
4 *Ius accreſcendi operatur, quòd accreſcit inuitis, & quando.*
5 *An quis poſſit repudiare ius accreſcendi uno iure, & habere alio.*

b du. tol. §. cum igitur, & in §. in nouissimo. Oppo. secundo, b hæreditas non adita non transmittitur, vt l. j. §. in nouissimo. de cadu. tol. & ĩ. eo. l. quoniam. Sed hic in prin. non præsupponitur hæreditas adita. Huius timore dicit gl. ꝙ speciale est in filiis suis, qui hæreditatem ascendentium transmittunt ad hæredes posteriores, vide glo. Ista so. displicet propter multa. Primo, quia præsupponit, ꝙ iste filius decedens habebat posteros, quod est diuinare. Præterea est falsum, quia si haberet posteros, siue esset emancipatus, siue non, iste frater excluderetur, eo quod illi posteri succederēt auo suo fratre excluso, quod est contra finem nostræ legis. Præterea secundum hoc, hæc ratio esset, quia posteros habebat: sed hæc lec. expresse dicit, ꝙ hoc ideo est, quia erat in potestate: nam si haberet posteros indistinctè, siue sit in potestate, vel non, hæreditas ascendentis transmitteretur, vt ĩ. de his, qui ante aper. tab. l. 1. Sol. gl. alio modo, quod hic in primo casu huius l. adiuerat hęreditatem, quod est verum, dicit gl. quā vide. Imò istud est omnino falsum, quia si ponimus hęreditatem aditam, nulla est differentia, siu in potestate, siue emancipatus, quā
2 hęc lex no. facit. Est ergo hic ratio, quia erat de suis. & existentia sui hęredis operatur transmissionem hęreditatis paternę, etiam non agnitę ad quoscunque. Hic est casus hic, licèt glo. dicat contrarium in l. si infanti. §. 1. ĩ. eod. & malè, vt ibi dicam. Sed contra hoc oppo. quando quis habet cohęredem existentia sui hęredis nihil operatur, vt l. apud. §. idem Iul. ff. ad Treb. sed hic habebat cohęredem, cū dicat tex. siue ex asse, siue ex parte, ergo &c. Sol. in his quę dependēt ex testamento existentia sui hæredis non habet locum, quando qs habet cohęredem extraneum, vt l. contraria, & ꝙ no. per Dy. sed in his, quę veniunt extra testamentum, vt est transmittere hęreditatem. datio cohęredis non impedit existentiam sui hęredis, & eius effectum. Hic est casus in hac l. nostra.

ADDITIONES.

a Paris. Si fratris. Hanc legem repetiit Franc. de Are. Et repetiit etiam dom. Franc. de Plumbino.

b Barb. Opp. secundo. Vide Bar. in consi. 22. inc. Homo. Accursius. lib. 1.

LEX IIII.

Filiofami. Sufficit patrem adire volente filio, vt inducatur solennis aditio. h.d. Quę fuit ratio dubitandi in hac lege? Potest esse duplex. Primo, quia in hęreditate quęrenda p filiū, debet pręcedere iussus, & sequi aditio. qui non probatur in casu huius l. sed per hanc legem pręsumitur, & ideo dicit satisfactum videri, q.d. pręsumitur quod iussus pręcesserat, & aditio sit secuta, vt l. si quis mihi bona. §. iussum de acq. hęr. & l. si filius. ff. de pe. hęr. & l. qui in aliena post prin. ff. de acq. hęr. Vel potes dicere ꝙ ratio dubitandi erat, quia hęreditas non potest adiri per filium, vt l. per procuratorem. ff. eo. ergo videbatur ꝙ filius non potuisset adire per procuratorem, ꝙ remouetur hac l. Non ob. l. per procuratorem, quia ibi loquitur in his, qui nuda voluntate possunt adire, vnde constituendo procuratorem ad adeundum videntur adire. Sed filius ſm ista tempora non potest adire nuda voluntate, nisi pręcedat ius patris, iō ad hoc potest ɔstituere procuratorē, vt hic videbitis.

LEX V.

1 *Voluntas pupilli requiritur, quando tutor hæreditatem adit, & quando sola voluntas absque actu.*
2 *Tutor solus adit pro infante.*
3 *Tutor solus pro pupillo quærit bo. pos. non tamen hæreditatem.*
4 *Pupillus infans potest adire tutore authore.*
5 *Gerere se pro hærede, idem est quod se gerere pro domino.*
6 *Pupillus solus adire non potest, nec cum authoritate curatoris.*

a **Potuit.** a Pupillus potest adire hęreditatem tutore authore. non tutor solus sine pupillo. h.d. Vos habetis hic tres gloss. Arbitror, quòd prima glo. fuerit noua, quia continet de aliis quæ continentur in aliis antiquis, ideo recitabo primo gloss. antiquas, & quòd postea plus est, etiam nouas. Oppon. de l. pupillus. ff.
1 eo. Solu. Fateor quòd † voluntas pupilli est necessaria, vt hic dicitur, licèt non rectè intelligat quo iure deferatur sibi, ex testamento, vel ab intestato, vel quo alio iure. Nam defectus intellectus ipsius suppletur per authen. tutoris. Item oppo. hic dicitur, actus & voluntas sufficit. Contra, imo sola voluntas sufficit, vt l. pro hęrede, in princ. ff. eo. Glo. dicit, & benè, ꝙ si quidem incipias à primo. s. ab actu, est necessaria voluntas, & actus. Si incipias à volūtate, actus non requiritur. Ita videtur tenere glo. in l. contraria, & istud tenent Doc. Mod. & est veritas. Alii dicebant vtrumque requiri, ꝙ huic gl. non placet, licèt hoc videatur innuere, vt l. mutum. ff. eo. Oppo. &
2 videtur, ꝙ tutor solus † possit adire. ĩ. eo. l. si infanti. §. 1. Solu. ibi loquitur in infante, & hęc est veritas, & ideo hoc anno cum decessisset quędam filia infans & quęrebatur vtrum agnouisset hęreditatem maternam, ego feci videri inuentarium factum à tutorib. infantis, in quo ipsi asserebant se inuenisse in bonis infantis ius petendi hæreditatem maternam. Ego dixi quod ex hoc inducebatur aditio hæreditatis, quia tutor solus habet hoc posse pro infante, secùs si esset pupillus, vt hic vides, Oppo. ff. de bono. possessio. l. si pupillo tutor. & l. tutor. Solu. dicit glo. hic in vlt. glo. & etiam in j. gloss. noua,
3 aliud † in bono. possessio. quam potest quęrere solus tutor, aliud in hæreditate, vt hic, & istud est verum, licèt gloss. videatur dicere contrarium in l. bonorum. infra qui admit. ad bono. possessio. & ibi dixi vobis, vlterius contra prædicta oppo. ff. ad Tre. l. sed nec ipsi. Sol. aliud in Trebellianica restitutione, quam in bono. possessio. ita dicit gloss. vlti. hic, & etiam gloss. noua. Circa legem nostram, quærit
4 glo. primo † quid si pupillus infans adijt tutore authore, vtrum sufficiat? Certe sic: Casus est in l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Treb. sed
5 quidam contra. Quærit gloss. † quid est dictum se gerere pro hærede. Respon. idem est, quod gerere se pro domino, nam hæres idem
6 est quod dominus, vt Insti. de hære. qual. & diffe. §. fi. Quæro † vtrū
b pupillus possit b adire solus sine tutore hæreditatem. Gloss. dicit, quod non. & benè, vt Insti. de auth. tuto. §. neque. Quæro vtrum pupillus possit adire cum autho. curatoris. Gloss. dicit, quod non, & bene, vt l. cum vna. §. tutor. ff. de app. Secùs in adulto, vt supra de admi. tuto. l. cum quidam.

ADDITIONES.

a Paris. Potuit. Quid autem si tutor possidet bona sine expressa aditione, uide Barb. consi. 1. vol. 3.

Barb. Potuit. Vide Io. de Imo. in consi. 99. ubi consuluit quod tutor potest adire hæreditatem pro pupillo, antequam conficiat inuentarium.

Et tu pro hoc intellectu huius l. vide glos. in l. pupillus. ff. de acq. hære. quæ dicit quod non solum habet locum si pupillus est institutus, sed etiam seruus eius. Contrariū tamen dicit Imo. ibi, esse de iure verius, & reputat notabile pro limitatione huius legis.

b I.A. Pupillus possit. Adde tu, & vide do. Ale. in l. bonorum. sup. qui admit. ponentē quatuor pulchras limitationes. Et vide tex. in l. cum vna. §. fin. ff. de app. & ibi glo. vbi pupillus potest adire cum authoritate curatoris.

LEX VI.

a **Si auia.** a Solo animo aditur hæreditas, & sufficit animum ex vltima voluntate ostendi. h.d. Not. ꝙ hæreditas potest adiri solo animo. Not. quod sufficit animum declaratum esse in vltima voluntate. Et not. benè, quia millies feci hoc fieri tempore mortalitatis.

ADDITIO.

a Paris. Si auia. Circa regulam huius l. quod relinquens aliquid in ultima voluntate de hæreditate sibi delata, dicatur adire, uide omnino Ang. cons. 66. incip. Duo fuerunt fratres, ubi ponit, an idem sit, si talis res legata esset communis, & concludit quod non.

LEX VII.

a **Quoniam.** a Hæreditas extraneorum non adita non trāsmittitur. h.d. No. quod dixi in summario. Nota, quod hic dicit, aliquid hæreditatis ex quo potes colligere, quod hæres institutus ex re certa, illud ius hæreditatis, quod est in illa institutione, non transmittit, nisi agnouerit, quod dic, vt dixi in l. quoties. supra de hære. instituen.

ADDITIO.

a Poma. Quoniam. Regula istius tex. fallit, si fuerit impeditus adire. l. venire. ff. de acquiren. hęre. l. illud. §. fi. de bo. pos. contra tab. & alias fallentias ponit Ange. in rep. l. qui se patris. sup. unde lib. & uide Ale. consi. 121. uol. 1. & Capram. in 2. principa. si dubio, & Ale. 28. ad fi. vol. 2.

LEX VIII.

a b **Licet.** a Iuri adeundi hęreditatem non pręscribitur longo tēpore. b h.d. In eo, quod dicit ignorantes, subaudi maxime. idem si scientes, vt. l. fi. ĩ. de pręscr. lon. temporis.

ADDITIONES.

a Barb. Licet. Adde quod Io. de Imo. in consi. 80. de ista præscriptione.

Licet. Adde quod Bald. quærit an si filia erat instituta à matre, & stetit per 30. ann. antequam adiret, & sic fuit exclusa ex testamento, an habebit alios 30. ann. ad adeundem ab intestato. Et tenet quòd sic, & plus dicit quod Barto. consuluit, quod filia ab intestato habebit 30. annos ad adeundum de iure ciuili ex capite liberorum, & alios 30. annos ad adeundum ex capite legitimorum, ar. l. 1. §. sed videndum. ff. de succes. edic. Et idem hoc voluit Ang. hic, & Pa. de Ca. & Raph. Cum. in l. quamdiu. la 1. ff. de acq. hære & refert Bal. etiam ex prædictis, quod si lapsus est primus annus filiæ in hæreditate matris ad deliberandum quem habet filia, tanquam de liberis, & decedat in secundo anno hæreditate matris non adita habet secundum annum ad deliberandum, vt de numero legitimorum, intra quem secundum annum transmittet hæreditatem ad quoscunque hæredes adeundam per eos intra reliquam partem illius secundi anni, iuxta l. cum antiq. inf. eo. Et idem dicit in emancipato, quia post primum annum quem habet, vt vnus de capita liberorum, si decedat in secundo, transmittet ius deliberandi, quod reputat not. dignissimum. Ad materiam huius l. vide Bald. consi. 12. & sequen. 3. volum & ad 1. partem apost. Barto. consi. 228. incip. Quidam habuit vxorem, & Pau. de Ca. consi. 380.

b Poma. Longo tempore. Adde quod hic communiter tenetur, quod ius adeundi hęreditatem, præscribitur 30. an. & latè per Fel. in c. de quarta. de præsc. Barto. cons. 115. Rom. consi. 149. Sed quid iuri immiscendi? Ias. in l. si filius, qui patrem 3. notab. ff. de vulgari. tenet contra communem, & Are. consi. 1·0. & Alexand 4. vol. 2. & 163. vol. 2. & 30. uol. 2. ubi dicit quod ius accrescendi præscribitur 30. annis. Vide etiam Capram consi. 40. vbi loquitur quando hæreditas spectabat ad aliquod monasterium, & uide Soc. con. 81 in fi. & Bald. consi. 168 in 3. par. ubi loquitur, an habeat locum in legato hęc lex.

Poma. Longo tempore. Anno. 30. vide Com. vltra ea quæ hic dicuntur per Doct. consi. 26. incip. Quidam Grotonus. ubi dicit, posito quod iuri adeundi, vel immiscendi non præscriberetur 30. annis, præscribitur rebus particularib. possessis longo tempore, puta x. vel xx. ann. licèt hoc non benè format. Et dicunt Doc. hic

in hoc

in hoc non consentire Item adde, quod etiam tenendo, quod esset facultas, & nõ ius istis, potestas adeundi tamen præscriberetur. Vide Ang. consi. 278 inc. Dominus Bernardinus. Ex cuius verbis habes limitationem ad illam regulam, quod facultas non præscribitur. De quo ẽt vide in l. cum notissimi. ad Bar. C. de præscri. 30. ann. Item quod præscribatur 30. ann. iuri adeundi, uide remissiuè Fel. in c. de quarta. ver. sed scias, extra. de præscr. Vide latè Are. in l. 2. ff. de acq. hær. & ibi etiã an filius exclusus à primo capite per triginta ann. habeat alios triginta annos ad adeundum tanquam agnatus, de quo per Ias. hic, & Ale. consi. 88. vol. 2. ubi etiam quod exclusus à capite agnatorum per 30. annos, potest venire tanquam agnatus intra alios 30. annos.

Menoch. Ias. consi. 19. lib. 1.

LEX IX.

Si curatoris. Is, cui defertur hæreditas, eam potest adire; & si de aditione non constat, interrogabitur & petenti tempus ad deliberandum [a] dabitur. h.d.

ADDITIO.

a Tempus ad deliberandum. Adde quod Pau. de Cast. hic uelle videtur, q̃ si statuitur terminus extraneo ad instantiam substituti, quod non debet dari minus centum dierum. Et ita dicit procedere posse dictum Bar. in l. prætor. ff. de iure deli. quia si continetur in edicto de bo. pos. Et si erat de suis hæredib. debet dari vnus annus, sicut durat bo. pos. unde lib. Si verò terminus statuitur ad instantiam creditorum, quòd semper est arbitrarium, quia per lapsum eius non perditur ius adeundi sed prouidetur creditoribus eo modo quo quando nullus contraheret, & hæc fuit opin. Bald. & Ang. quia dicit patere expressè in fin. istius l. in verbo, moderatum. Nam si deberet daret tempus legate non committeret iudici, quod moderaretur tempus. De Prædictis vide Bald. sup. de suc. edic. super rubri. & Bar. in l. si quis instituatur, de hære. insti.

LEX VI.

1 *Hæres vltra vires hæreditarias non tenetur legatarijs. Creditoribus tamen tenetur in solidum.*

2 *Spoliatus omnibus bonis suis vel maiori parte, potest conueniri de iure ciuili antequam restituatur, secus de iure Canonico.*

a **Si te bonis.** a Inopia defuncti vel iniuria tertij non excusat hæredẽ, quin creditoribus teneatur. h.d. Et sic opponebat duas exceptiones, scilicet quod pater non erat soluendo, nec ipse hæreditatem possidebat. Ad primum oppo. & videtur, quòd quis non teneatur vltrà vires hæreditarias, l. 1. § si is qui quadraginta. ff. ad Treb. & infra de leg. l. si vniuersa. Sol. Fateor, † quod non tenetur legatarijs, sed creditoribus tenetur in solidum, secundum ista tempora: quod intelligitur hodie verum, nisi Inuentariũ fecerit, vt l. fin. C. eod. Ad secundam oppo. [b] ad id, quod hic dicitur, de secunda † exceptione, de restitutione spoliatorum. cap. 1. lib. 6. vbi spoliat⁹ omnibus bonis suis, vel maiori parte, à nemine potest conueniri donec restituatur. Solutio aliud de iure Canonico [c] vt ibi, aliud de iu. ciu. vt hic. Nescio tibi dicere plus, tene menti, quia nescio alibi, quàm hic.

ADDITONES.

a LA. Si te bonis. Adde quod inducitur per Bald. ad quæst. de debitoribus bannitorum expulsorum soluentibus Communitati id, quòd debent ipsis, ao sint liberati à bannitis expulsis, remissis, uide hic per Alexan. cui adde Bald. consi. 294. in 2. volumi.

b Barbe. Ad secundam op. Tu pondera quomodo Bart. intelligit c. 1. de restitutione spoliatorum, lib. 6. quia ibi loquitur in causa criminali, vt spoliatur omnibus bonis à tertio possit excludere accusatorem. Sed in contrario sensu probatur, quod in causa ciuili non possit excludere sed hic est causa ciuilis, & non excludit. Iste tex. concord. cum illo à contrario sensu, & Bart. malè intellexit illum tex. & miror, quod nullus ponderet. Sed pondera, quia fortè hic habebat alia bona, ibi non inde c. olim 2. sup. de restitutione spoliatorum, & ibi dom. Abb. & alios qui non allegant illum tex. uide quæ ibi remisi.

c Pom. Aliud de iure Canonico. Hoc reprehendit. Math. no. 193. vide in hoc Zanet. in rep. c. primi, de accus. 13. differ. inter ius ciuile, & Canonicum.

Menoch. Vide Afflict. deci. 19. nu. 5. & 6. vbi idem reprehendit.

LEX XI.

Renitente. Contradicente filio, pater non potest hæreditatem filio delatam repudiare, vel seruos hæreditarios manumittere. h.d.

LEX XII.

a **Puberem.** a Hic est notabilis casus. Qui agnoscit bo. pos. videtur de iure ciuili adire, si potest. Opponitur & videtur, quòd liceat vno iure agnoscere, altero repudiare, vt j. l. proxi. & l. is qui in potestate. ff. de le. præst. & l. filio præterito. de iniusto, rupto, irritoque testam. Solu. concedo contrarium, quod si aliquis primo repudiauit de iure ciuili, & postea agnoscit de iure Prætorio, non est hæres de iure ciuili. Idem si alio modo [b] de iure ciuili non defertur hæreditas, sed si sibi defertur de iure ciuili, & de iure Prætorio, agnoscendo de iure Prætorio, videtur adire de iure ciuili, vt hic, & tene menti.

ADDITIONES.

a Pom. Puberem. Vide Old. consi. 494. ad finem.

b Pom. Idẽ si alio modo. Bar. hic reprehẽdit. Vide Cepo. cau. 26. & tenet opi. Bal. hic.

LEX XIII.

Suum hæredem. Qui repudiauit de iure Prætorio, potest adire de iure ciui. h.d. Opp. de l. 3. ff. de impub. & aliis substi. Glo. intelligit hanc legem, quando substitutum non habebat. Docto. nostri communiter reprehendunt istam gl. Vltram. dom. Iac. Baldui. & dominus Iac. Bu. dicunt quod lex contraria loquitur, qñ repudiauit ex testõ, & vult venire ab intestato, qđ nõ põt, donec est locus substituto: hic verò repudiauit vno iure ex testõ, & vult venire alio iure ẽt ex testõ: vnde cũ sit institutus, præcedit substitutum, vt l. quamdiu, de acquiren. hære.

LEX XIIII.

a **Si forori.** Hæreditas potest quæri licèt bona non possideantur, [a] & postea poterunt à possessoribus vendicari h.d. in summa hæc lex.

ADDITIO.

a LA. Possideantur. Adde stante statuto quod possessio defuncti continetur in hæreditate, & bona hæreditaria detinentur per tertium, possessio verò, quæ est ius, est penes hæredem ex forma statuti, vtrum talis hæres interdictum adipiscendæ pos. contra detentores habeat ex edicto. inf. de edi. di. Adr. uel interdicto quorum bonorum. Dicit Pau. de Cast. quod non, quia nondicitur habere perfectè, quousque etiam habeat detentionem corporalem. Et ita dicit determinare Cyn. secundum Pet. in l. ea l. ff. de condi. ob cau. Benè facit quod habetur in simili in l. in bello. § si quis seruum. ff. de captiuis. & Insti. de legatis. § sed nostra.

LEX XV.

Non est dubium. In acquiren. hæredita. tempus aditionis inspicitur. hoc dicit. Opponi. de l. si filius. ff. de verbo. obligatio. Solu. Aliud in stipulatione, aliud in legato, vel hæreditate. Probatur in l. quæ legata, de reg. iur. rationem videbitis in lege si vxor. infra de condi. inser. Quærit glo. quid in seruo. Certè idem, Vt Inst. de hære. insti. § seruus autem. facit. ff. de stip. seru. l. fi.

LEX XVI.

a **Nec emere.** a Non cogitur quis inuitus contrahere, vel quasi contrahere adeundo. h.d. No. ex hac l. tres regulas, vt in ea habes per ordinem, quæ regulæ fallunt in casibus, qui hic notantur in gl.

ADDITIO.

a Pom. Nec emere Nemo. cogitur emere, sic nec locare. l. inuitos. ff. loc. neque ab inuito, sup. de nup. quib. probatur ista regula fallit in casu l. Iulianus. § idem Celsus. ff. de act. emp. & in l. penul. § fin. sup. eod. titu. & § non solum, Insti. de leg. not. per glo. in l. fin. infra de fideicommis. liber. Item nemo cogitur vendere, l. inuitum. ff. de contrahen. empt. Ista regula fallit, vt in casibus sup. allega. infra in l. 2. supra de patribus qui filios dist. & in l. vnica, de comm. ser. ma. in l. si quis sepulchrum. ff. de religio. & in l. si equo. de leg. 1. § fina. Insti. de his qui sunt sui uel, alie. iu. l. 1. § cura carnis. ubi Barto. ff. de off. præfec. urb. & per Bald. in l. 1. sup. de epis. aud. & in l. uenditor. § si constat ff. commu. prædio. & ibi Bart. & idem alibi per illum tex. in l. 1. sup. de nundi. per Imo. & Ange. & in l. Pomponius in fi. de re. iu. & in l. si locus. § si quemadmo. ser. amitt. & l. 2. sup. de commu. re. alie. & in l. si fundum cum seq. ff. mand. ut per glo in l. non etiam. ff. rerum amotarum, ubi Dyn. & Bartol. & licèt Albericus ibi teneat contrarium. Sed melior est opinio Bar. itẽ in casu, l. in bello, § si quis seruum. ff. de cap. & in l. 2. de nũdi. Item fallit in casu, per Dy. in l. certi condictio. § fin. ff. si certum peta. in re æsthimata data ad vendendum. Adde. Lud. Rom. in l. 2. in prin. ff. solu. matr. ubi enumerat quamplures casus in quibus quis cogatur uendere, & sic contrahere de suo. Alius est casus in re communi cum Principe, quia Princeps poterit uendere, & sic contrahere de suo. Alius est casus in Principe, qui poterit uendere dando tamen partem pretii. Fel. in cap. quæ ecclesiarum, de constitu. Item fallit in casu l. 2. in prin. ff. sol. mat. & ibi Ias. in 5. notabili Fallit etiam in casu l. si quis sepulchrum. ff. de reli. & sum. fune. Vide Fel. in c. 1. de re iud.

LEX XVII.

Cretionum. Hæreditas potest adiri quolibet tempore. hoc dicit.

LEX XVIII.

1 *Infans dicitur minor septennio.*

2 *Pater potest nomine infantis hæreditatem adire, & quomodo.*

3 *Hæreditas non adita per infantem, transmittitur.*

4 *Pater quomodo possit hæreditatem adire sine filio, vel filius sine patre.*

5 *Pater decedens ante agnitam hæreditatem infantis, illam non transmittit, quia capit vt hæres filij.*

6 *Infanti quæ nam sit ratio, quòd per tutorem acquiritur hæreditas, & non furioso per procuratorem.*

7 *Qui potest adire, potest repudiare, scilicet qui adijt nomine proprio, non nomine alieno.*

8 *Authoritas patris quando sit sufficiens ad obligandum filium.*

9 *Pater vel auus infantis emancipati, licèt non sit eius legitimus administrator, potest pro infante adire.*

10 *Hæreditas patris non adita, transmittitur per filium in potestate ad quoscunq;.*

11 *Si minor decedit hæreditate non adita, hæres eius potest petere restitutionem in integrum ex eius persona.*

12 *Scientia tutoris q̃ inducat transmissionem iuris deliberandi, & adeundi hæreditatem minori delatam, iuxta propriam Bar. opinionem.*

13 *Iudex an suppleat defectum tutoris in aditione.*

a **Si infanti.** a Ista est vna notabilis lex, & est constõ noua. Hæreditatem delatam infanti ascendens per lineam masculinam potest adire, & ante aditam infante defuncto, ex proprio priuilegio sibi quærere: ascendente non existente, tutor potest pro infante adire, sed ea non adita non transmittitur: in maiore infante, ascendens dictum priuilegium non consequitur, & tutoris defectum iudex supplet. h.d. ista not. & singularis lex. Diuide, primo loquitur in infante constituto in potestate. Secundo in infante sui iuris habente tutorem non ascendentem. Tertio loquitur in habente ascendentem. Quarto in pupillo maiore infante. Secunda ibi parente vero. Tertia ibi, an vero. Quarta ibi, si autem septem. Ex 1 prima parte no. q̃ † infans dicitur quis minor septem annis. Secun 2 do not. † q̃ pater potest nomine infantis hæreditatem adire, & sic

sis cau-

ADDITIO.

a Barb. Si infanti. Adde Bar. in consi. 335. inci. Vanitius.

sis cautus quando pater infante viuente hæreditatem adit, quod dicat, quod hoc facit nomine infantis tanquàm legitimus administrator. Tertio no. q † hæreditas nō adita per infantem, transmittitur ad patrem [a] & isto casu quando infante mortuo pater adit, non debet dicere nomine infantis, sed debet dicere, quod proprio nomine adit, & iure sibi comperēti per mediam personam infantis. Nūc expediamus primo istam particulam opponēdo, & videtur [b] quòd in pupillo maiore infante est idem, quia pater adit pro eo, vt no. ī. ea. l. §. fi. Sol. in hoc differt pupillus ab infante, quia ī infante non est necessarius ipsius infantis consensus, in pupillo verò non potest adire pater solus, nisi pupillus consentiat, [c] ar. ī. eo. l. potuit, & ī. ea. l. §. fi. Contra hoc op. ī. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem pueris vbi indistinctè permittitur patri pro puero adire hæreditatem. Sol. expone ibi, puerum id est infantem, secundum gl. & benè. Cōtra hoc opponitur. ī. de bon. quæ lib. l. fi. vbi apparet, quod nullus consensus pupilli requiratur, quia etiam si esset maior, eo inuito pater potest adire, vt l. cum non solum. §. 1. ī. de bon. quæ libe. Sol. & hic aduerte † Quandoque pater vult adire pro filio. Et isto casu non pōt adire sine consensu filij, si est maior infante, vt ī. proximè dixi. Quādoque vult adire pro se, & tunc si quidem filius adijt, adhuc non est exclusus, non est dubium quod pater non potest, quia ipsi filio pater præiudicare non potest, vt ī. eo. l. renitente, & ī. de repud. bon. pos. l. filio, & l. is qui hæres. §. fi. ff. eo. Si autem filius esset exclusus, si quidem repudiat, sine dubio pater potest adire suo nomine, & per se proprio sibi quæsito, propter personam filij, quantumcunque repudiauerit ex dispositione illius l. cum non solum. §. 1. ī. de bo. quæ lib. Sed si filius esset exclusus, mortuo filio infante, potest pater adire, vt hic. In maiore infante, quid iuris sit, dicemus in d. l. cum non solum, §. 1. ī. de bono. quæ libe. Vidistis ergo modo, an pater possit adire sine filio, an verò filius sine patre. Vidistis in l. 1. C. qui admit. ad bono. pos. Secundo dicitur hic, quòd filio infante defuncto pater capit iure patrio tanquàm infanti quæsita. Ex hoc innuit, quod non sit opus noua aditione, sed pater occupet iure peculij. Sed cōtra, † quia infans habet hæredem, & omnis filiusfamiliàs hodie per Auth. de hæred. ab intest. positam ī. ad Tertul. authen. defuncto. Gl. dicit fateor, quod hodie pater capit vt hæres filij, & sic corrigitur ista lex. & vide glos. super verbo, infanti quæsita. Illud est vtile scire, quia si pater caperet hic, non vt hæres, non esset opus aditione, & tūc etiam ipse decedens antequam agnosceret, transmitteret, sed si pater debet capere vt hæres infantis, opus est aditione: & ideo ipse pater decedens antequàm agnoscat non trāsmittit, & casus occurrit hoc anno de facto, & sic tenuimus, & iudicauimus. [d] Sed cōtra hoc facit tex. huius l. infra eo. §. ea vero, vbi dicitur, quòd illud quod dictum est hic in filio in potestate, habet locum in emancipato, quando quidem emancipatum constat de iure antiquo habere hæredem, & tamen capit iure patris, sicut quando est in potestate. Sustinendo gloss. respondet textus hic, & si benè inspiciatur, quia dicit iure patrio. q. d. textus, iam infanti quæsita caperet ius patrium, secundum ista tempora in filio in potestate erat, quod occuparet iure peculij, vt l. 2. ff. de castrensi pec. in filio emancipato erat, vt caperet tanquàm hæres & ideo puto, quod in emancipato de iure antiquo erat necessaria aditio, hoc enim erat ius patrium vt tanquam hæres caperet. Et idem dico hodie de eo qui est in potestate, vt tanquam hæres eius hæreditatem capiat pater, vt supra dixi. Opponi. quod dies hæreditatis relictæ infanti, non cedit in infantili ætate, vt ff. de bono. possessio. infanti dela. l. 1. Solut. Dico quod non dicitur, quod cesserit dies in præiudicium infantis, vt ibi, sed in præiudicium ipsius patris sic, vt ipse possit agnoscere, & si non agnoscit, ipse excludatur, & non infans. Item opponi. quando hæreditas defertur ei, qui non habet intellectum, non potest ei quæri, vt l. fin. §. tali itaque. in fin. supra de curato. furio. Solu. Aliud est in furioso, aliud in infante, dicit gloss. quam vide ibi, sed qualiter, vt sibi &c. Quæ est ratio differentiæ inter infantem, & furiosum. Nam per tutorem quæritur infanti, sed per curatorem non quæritur furioso. Doct. dicunt hic, quod † ratio est, quia magis fauetur infanti, quam furioso, nam infans restituitur, furiosus non. Istud est falsum, quia vterque restituitur quando læditur, vt l. Marcellus. ff. de fideius. licet n. furiosus non restituatur vt minor, tamen restituetur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur. Ita enim propter imbecillitatem consilij ipse regitur per alium, sicut infans. Quæ est ratio? Dico, quod tutor habet plus iuris in pupillum, quàm curator in furiosum. Nam tutela est vis ac potestas in capite libero, & c. vt ff. de tutel. l. 1. & ideo dicitur, quod tutor datur personę principaliter, curator principaliter bonis, vt supra de nup. l. in copulandis. Sed in hoc remanet dubium mihi. Nam secundum hanc rationem pater posset adire pro filio furioso, quia habet ius potestatis in persona filij, & est eius legitimus administrator: quod fortè esset verum quantum ad aditionem, quæ fit quantum ad quærendum ipsi patri: sed hoc non dicerem, quia hoc solum reperitur in infante contra regulas iuris communis: ergo non est extendendum, vt l. quod verò. ff. de legibus & l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Vlterius opponi. hic dicitur quod pater potest adire infante ignorante. Cōtra, pater non potest repudiare infante ignorante, vt supra eo. l. renitente, ergo non potest adire eo ignorante, vt l. is potest. ff. eod. Sol. dicit gloss. hic, fallit illa regula, quæ dicit, is potest adire, qui potest repudiare. Tu dicas clarius, quod illa regula habet locum in his, qui suo iure adeunt, & tunc procedit regula, is potest adire, qui potest repudiare: † sed in eo, qui adiuit nomine alieno, vt in casu nostro, regula non procedit, vt l. ait Prætor. §. 1. ff. de iure deliberandi. Item opponi. potestas non est sufficiens ad obligandum, vel liberandum filium, vt l. fin. §. 1. ff. de verbo. obligatio. & Insti. de inutī. sti. §. furiosus. sed per aditionem filius obligatur creditoribus quamuis hæreditas non sit soluendo, vt l. si re, supra eod. ergo non potest filius adire patris authoritate. Solu. dicit gloss. hoc est magis commodū, quam damnum. Vide gloss. quasi circa finem. Si ista solutio esset vera, si posset pupillus solus sine tutore, & sine patre acquirere, vt Inst. de autho. tu. circa princ. & l. obligari, circa principium. ff. de autho. tuto. hoc autem est falsum, vt Instit. de autho. tuto. §. neque, supra eod. l. potuit, & infra eo. l. fi. ergo ista non est bona solutio. † Solue ergo, quòd quædam sunt, per quæ filius iure non obligatur, & tunc patris authoritas non est sufficiens, vt in contrario, & ideo aduerte in causis criminalibus, in quibus constat, quod nihil potest quæri patri, pater non potest legitimè præstare authoritatem filio minori, quia eius authoritas non est sufficiens ad obligādum, vt supra. Idem constat in causis spiritualibus, in quibus patri nil potest q̄ri, vt extra, de iudi. c. fin. lib. 6. circa fi. sed erit necesse, q detur curator ad illam litem, ī. de auth. præstan. l. clarum. Dicam in l. cum nō solum. §. necessitate, de bon. quæ lib. Quædam sunt, in quibus patri potest quæri, vel est dubium, quia potest esse commodum, & incōmodum, vt in hæreditate, & tunc potest esse legitimus administrator filij in potestate, & eius authoritate filius obligatur, vt hic. Et ita loquitur ista gloss. facit infra de bonis mater. l. 1. de bon. quæ libe. l. cum oportet. & l. cum non solum, & per omnes illas leges. Vnum tamen speciale, & singulare est hic, quod † pro infante emancipato, quanquam pater, vel auus, non sit legitimus administrator, nisi detur tutor, tamen authoritate huius l. versic. ea verò, consequitur causam legitimam administrationis, vt possit pro eo adire hæreditatem, quod est notandum. Opponi. infra ad Orfic. l. 2. Solutio, dicit gloss. ibi iam excesserat infantiam, qui decessit. Sumus expediti de ista prima parte. Circa hanc partem formo tibi vnam quęstionē de facto, quam habeo pro difficili. Hæreditas infantis secundum iura hodierna defertur patri, & matri, & fratribus infantis, vt in authē. defuncto, infra ad Tertullianum. Modo pone, decessit infans hæreditate non adita, superstite patre, & matre, & fratribus, pater iure patris, authoritate huius legis vult capere totam hæreditatem illa nō adita, & vult excludere matrē, & filios, q̄a hæc lex solū patri, & auo, & ascendentibus per lineam masculinam dat istud priuilegium.

ADDITIONES.

Menoch. Patrem Carau. consilio 210. nume. 7. Soci. se. consilio 8 nume. 9. li. 4. na filio infanti, & pater possederit, præsumatur adiuisse pro filio, licèt non expresserit. Item, quod ista declaratio, quæ fit patri, excludat substitutum vulgarem datum filio, vide eund. Com. consi. 119 in princi. Ioannes instituit Ioannem. Quod autem beneficium huius l. non habeat locum in matre, vide Com. consi. 119. in princ. incip. Nobilis domina circa med. & fin. Item si pater vxore matre filij mortua eo relicto, retineat dotem, videatur hæreditatem filij agnoscere iuxta tenorem huius l. & nunquid pater post mortem filij retinendo dotem prædictam videatur agnoscere hæreditatem ipsius filij, vide Ange. consi. 314. incip. An pater. Vide Are. consi. 161 & seq & ibi etiam ponit latè de materia huius l. fit an vnus transmittat beneficium restitutionis in integrum circa aditionem hæreditatis. Item quid si infans relinquit patrem, matrem, & fratres, an solus pater admittetur, an omnes, tangit hic Alex. vide Ange. consil. 80. incip. Hæreditas materna. Itē an solus pater possit adire hæreditatem de linea infantis, & ita solus possit eam repudiare, vide l. [illegible] non, l. renitente, supra eod. Item, quid si pater adeat hæreditatem infantis tanquam eius tutor, cum non esset, cuius quidem vigore tanquam tutor adire poterat, vide Soc. in l. multum, de condi. & demonstratio. Item qua [illegible] tutor non adiuit hæreditatem delatam infanti, quomodo [illegible] possit adire hæreditatem, vide Soc. in l. si duos, de reb. dub. Item circa illam l. an in tali hæreditate [illegible] concedant mater. & fratres simul cum patre, vide Decium. consi. 87.

a Parī. S[illegible] Vide Com. consi. 70. ubi vult, quod si fuit delata hæreditas mater-

b Bart. [illegible] Imo. in consilio 99. ubi consuluit tutorem posse adire ante confectionem inuentarij. Vide Bar. in q. inci. Proposito. Bar. in consi. Homo Accursij quod est in ordine 22 vol. j. Vide Bar. in consi. 126. inci. In quæ vertente inter Se[illegible] de ciuitate Aretij, & vide Lud. Rom. consi 56. Visis narratis, vtrum hæreditas non adita transmittatur ratione futuris dicit quod sic, secundum omnes excepto Bal. [illegible] dicta in hac l. vide ibi, & vide Lud Rom. in consi. 61. In transmissione, respectu futuris.

c Parī. Pupillus consentiat. Requiritur tamen eius consensus per modum authoritatis, sm aliquos, Vide Are. consi. 160. Menoc. Barb. consi. 5. colu. 3. lib. 3.

d LA. Iudicauimus. Adde quod Bal. ita voluit consi. 63. lib. 2. inci. Factum tale, vbi & quid si hæreditas matris sit delata infanti, qui habet patrem, qui non adiuit, habetque auum paternum, & maternum, isque infans mortuus sit, similiter pater nulla facta aditione, an hæreditas huius infantis pertinebit in totum ad auum paternum, vel maternum, an vero debeat diuidi inter ipsos. Bal. consuluit diuidendam, quia cum iure hæreditario defertur, pares in gradu debent æqualiter succedere, & ita dicit se aliàs tenuisse, hoc dicit eius consi 62. lib. 2. Quid autem si hæreditas materna infanti delata sit, qui habet patrem, & auum paternum qui auus superueniens repudiet hæreditatem maternam, an ad illum admittentur sequētes in gradu aui, an proximiores matris, vide Ang. consi. 89.

Parī. Et iudicamus. Vide Com. ad illam q. & an requiratur aditio p patrē, & q. d. si non adiuit spāliter istā, & filius hēat aliqua alia bona, q pr tenuit & possedit, an sufficiat vt dicatur adiuisse, & sic ēt istā q̄ iuisse, vide eūdē cōs. 110. incip. dña Lucretia, p totū, & ibi ēt ponit, posito qd pr nō adiuerit, & moriatur, an trāsmittatur ad proximiores ipsius infantis, quasi esset sibi acquisita, vt dicit tex. hic Et cōcludit quod nō, licèt habebit locū ius accrescēdi, & sic alius trāsl. [illegible] ad ipsum infantem, uel ad proximiorem ipsius qui instituit infantem uide ibi per cum.

gium.In ɔtrium dñt tnſ,& filij Tu pater potes capere tāquam q̃ſita
iam infanti,ſed ſi hæreditas eſſet infanti q̃ſita per te,nos admittere
mur vna tecum, ergo nos debemus habere partem,ſicut ſi iam eſ-
a ſet infanti quæſita.Quid dicemus? Cogitabis.ª Venio ad ſecundā
partem,dr̄ hic,quod tutor poteſt adire pro infante. Contra, ff.de
appel.l.cum in vna,§.tutor.Sol.ibi loquitur in curatore pupilli,hic
loquit̃ in tutore pupilli,licèt ſecus eſſet in curatore adulti,vt l.cum
quædam,ſ.de admi.tut.Opp.ſecundo,dr̄ hic,ꝙ ſi infans decedit hę
reditate non adita,non tranſmittit eam,& hoc habet locum in oīhæreditate.Contra, ſ.de cura.furio.l.fi.§.tali,& in §.ſin autem per-
petuo,& ſ.eo.l.3.Huius timore dicunt quidam, quod iſta genera-
litas,quæ dicit omnes,reſtringitur,vt non comprehendat hęredita
b tem paternam. Alij dicunt,quod hic ᵇ intelligitur de omni hæredi
tate,& in hoc vr̄ hic reſidere glo.ſuper verbo,omnes hæreditates.
Contrarium huius vr̄ determinare gl.j.eo.l.pe.vbi vr̄ tenere,quod
hæreditas patris non adita tranſmittit̃,quid dicemus?De hoc ſunt
opi.magnæ contentionis.do.Iac.de Bel.diſputauit q̃ō.de hoc,quā
ponit in Auth.de trien.& ſemiſ.circa prin.Omiſſis truffis ego con
c ſului ᶜ infinitis vicib.& in Ciuitate iſta ſic iudicatur p oēs, & ſic fuit
10 Collegialiter in Collegio iſto determinatum,ꝙ †hæreditas patris
d non adita , indiſtinctè tranſmittitur ᵈ per filium in ptāte.Hoc pro-
batur in infinitis legib.non violando tex.in d.l.fi.§.ſin autem perpe
tuo,de cur.fur.& ſ.eo.l.3.j.de ſuis,& legi.l.apud hoſtes, & ff.de te-
ſta.mili.l.ex militari,§.fi.cum l.ſeq.de ſtip.ſer.l.liber homo,§.1.de iu
re fiſci.l.Lucius,de caſt.pec.l.hęreditate,§.filius.ff.de reb.dub.l.qui
duos.§.cum in bello,ad Tert.l.1.§.ſi quis adita,ſm veram lectu.Ego
hoc probo per rōnem,cui iudicio meo impoſſibile eſt rñderi, de
iure ciuili non eſt dubium,ꝙ filius in poteſtate eſt hæres, velit,no-
lit, ſed per Prætorem conceſſum eſt ſibi beneficium abſtinendi in
ſui fauorem , ne oneribus hæreditarijs teneatur inuitus,vt Inſti.de
hær.qual. & diffe.§.ſui, vbicunq; ergo eſt fauor filij , nec exiſtentia
ſui hæredis operatur aliquid , tunc habet locum edictum prætoris
de beneficio abſtinēdi. Sed vbicunq; eſſet incommodum filij,be
neficium abſtinendi nihil operatur,ſed remanet ius ciuile,& anti-
quum,in terminis ſuis.Ita dicit tex.ad literam in l. ſi filius,qui patri,
ff.de vulg.& pup. Sed nullum eſt dubium ꝙ hæreditatem non adi-
tam,hoc eſt ius adeundi hęreditatem non aditam tranſmittere,eſt
priuilegium,& commodum. Nam quibuſcunq; perſonis conce-
ditur priuilegium,& c.nullum poteſt hr̄e incommodum, quia hæ
res habet in ptāte adire,vel non adire,vt l.ſi quis filium.§.1.ff.de acq.
hær.Concluditur ergo, quod beneficium abſtinendi inductum a
Prætore,non impedit tranſmiſſionem hæreditatis,ſ.pp exiſtentiā
ſui hæredis.Non obſtat iſta lex,quæ dicit omnes hæreditates,quia
intelligitur de hęreditatib.extraneorum, in quib.eſt neceſſaria adi
tio.Et hoc dicit tex. hic,primo ex eo quod dicit,deuolutas. Nam
hæreditas patris non dr̄ deuolui ad filium,ſed magis continuari,vt
l.nihil,j.pro hęrede.Item ex eo,quod dicit agnitas: nam in hæredi
tate patris non requiritur agnitio de iure ciuili, loquitur , ergo de
hæreditate extraneorum.Non obſtat j.l.proxi. in prin. vt ibi dice-
mus.Non obſtat,j.de cad.tol.§.in nouiſſimo,quia illa etiam loqui
tur de hæreditate extraneorū. Vlterius opp.ad hunc §. & vr̄,ꝙ de-
uoluatur ad hæredes infantis,vt ſ.ea.l.in prin.Sol.dicit glo. ibi ſpe
ciale in patre.Ratio ſpecialitatis,quia hæredes infantis poſſunt hr̄e
regreſſum ɔ hęredes tutorum,ſed pater ɔ nullum. Glo.rationem
iſtam reprobat,quia tex.hic loquitur etiam,qñ nullus eſt tutor. Di
cit glo.quod eſt ſpeciale in patre priuilegio patris. Vltimo aduer-
te ad iſtam partem , hęc lex prima facie vr̄ ɔ duas opiniones, quas
11 teneo.Vna eſt,quod † ſi minor decedit,ᵉ hęreditate non adita,hæ
res eius ex perſona minoris poteſt petere reſtitutionem in integ.
ad adeundam hęreditatem,vt l.j.ſ.de reſti.milit. & ibi dixi nbi.ff.de
acq.hęr.l. Pantonius. Sed hoc vr̄ ɔ iſtum tex.qui dicit omnes hæ-
f reditates,ita debere intelligi,quaſi non eſſent delatæ:ᶠ ſed ſi non eſ-
ſent delatę,non competeret reſtitutio,ergo &c.Et hoc quod reſti
g tutio non competat,tenuit Do.Iac.de Bel.circa fi.illius q̃ōnis,ᵍ di
ſputatę,quam ponit in corpore de triē.& ſemiſ.Iac.de Are.tenuit
ɔ, & bene , vt eſt caſus in l.qui duos,in princ. ff. de reb.dub.quę lex
non poteſt aliter intelligi. Nam ibi frater hęreditatem fratris im-
poſſibile eſt quod tranſmittat aliter quam per reſtitutionē in inte
grum, ſ.eod l.quoniam in ſororem . Ad iſtam legem reſpondeo,
quod hic dr̄,quaſi ab initio non eſſent ad eum delatę,fateor de ſtri
cto iure,ſed iure petita reſtitutione ex ęquitate edicti Prętoris , pe-
rinde erit ac ſi ab initio adiuiſſet . Ad primum tamē aduerte,quod
iſta reſtitutio , de qua loquimur, non datur mero fauore minoris
ętatis.Nam in minori ętate non contingit lęſio, ſed datur,quia cō
tingit lęſio pp minorem ętatem,& mortis caſum,vt d.l.Pātonius.
& ſic eſt,vt arbitror,partim ex edicto de minorib.partim ex clauſu
la generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur . Et ideo ſi iſte hæ-
h res minoris poſſet habere aliud remedium, ʰ quia poſſet agere cō
tra tutorem negligentem, vel ſi huic hęredi poſſet imputari negli
gentia, ꝙ curatorem illi minori tutorem non habenti non petie-
rit , tunc non darei reſtitutio ſibi , quia non eſt iuſta cauſa, quare
debeat dari,ſed perinde ſit tanquam hæreditas delata non eſſet.Ita
loquitur iſte tex.& ita intelligitur opi.domini Iac.Bel.& ſi nulla po
teſt imputari negligentia,tunc competit ei reſtitutio in inte. vt d.l.
qui duos,de reb. dub. Et hoc caſu idem ſit in minore, quod in ab-
ſente,quod tenebat Iacob.de Are.vt dixi,& domi.Oldrad.ſequen
do eum, & do.Iaco. de But. licèt tranſiret multum ſub nube,& ee
12 hac lege mentionem non faceret.Ego teneo,† quod ſcientia tudo
ris inducit tranſmiſſionem iuris deliberandi , & adeundi hęredita-
tem, vt l.proxi.dicam quod videtur contra iſtum tex.dum dicit ita
intelligi , quaſi ab initio non eſſent delatę, ſed reſponde , vt dicam
j.prox. Venio ad tertiam partem,ſ.ad §.ca vero. Hūc §.nota,& exa
mina,vt dixi in 1. pat. Venio ad quartam partem,& ad id,ꝙ hic pri-
mo dr̄,ꝙ poteſt authorari filio pupillo, dic,vt dixi ſ.ea.l.in prin. Il-
13 lud vero,quod hic dr̄ vltimo, ꝙ † iudex ſupplet defectum tutoris,
dic vt plene dixi in l.ſi curatorem,ſ.de in integ.reſt.mino.& habui
ſtis tactum in l.bonorum,ſ.qui admit.ad bono.poſ.

ADDITIONES.

a Cogitabis.Adde,vt hic per Pa.de Caſt.,& latè per Alex. quibus adde quæ poſui in precedenti apoſtilla.

b Barb.Alij dicunt quod hic.Vide Bar.in l.ventre,ff.de acq.hær.& ibi Io.de Imo.& Lud.& Ang.Sal.i l.apud hoſtes.Bal.in l.2.ad Orfi.& in l.3. C.de his qui ante apertas tabulas.Sed dubium eſt,quid ſi ſuperextat alter filius, & mater,an præteriti veniant,vide Bal.in d.l.2.& in d.l.3.& Doc.in d.l.ventre.

c I.A.Conſului.Adde de infante,in quo eſt maius dubium,Barb.conſ.382.2.vol.& ibi an tranſmittat benefi.reſti in integ.& conſ.277.eo.vol.incip.In Chriſti noīe, punctus cauſæ talis eſt , & ibi etiam an tranſmittat beneficium reſti. in integ.& conſ.292.eo.vol.& conſ.21.vol.1.& conſ.95. & 210.eod.1.volu & conſ.387.& 423.eod.volu.& ibi an furioſus,& mente captus tranſmittat benefi. reſtitu.per Ro.qui tamen ſe intelligere non finit conſ.495.ſed conſ.18.clarè tenet communem opi.vide per eundem pulchrum dictum ad hoc conſ.442. & per Ang.cōſ. 261.& 286.Pau.de Ca.conſi.60.vide Pet.de Anch.conſ.289.
Menoch. Soc.in conſ.119.nu.20.lib.1.Dec.conſi.623.col.2.verſ.5.& primo conſiderandum.

d Pariſ.Indiſtinctè tranſmittitur.Sequitur Com.conſi.115.in prin.Ant.de But.conſ. 67.circa medium.

e Pariſ.Minor decedit.De iſta dicit Cō.conſ.119.poſt prin.quod adhuc eſt dubium, vide quod ſcripſi in l.Pomponius. ff.de acq. hær.vbi etiam Bar.& alij.Sed idem Com.conſ.109.incipiente,Nobilis domina,expreſsè tenet contrarium eius,qđ tenuit Bar.hic,& alibi.Et poſito quod tranſierat hæres ex dictis ſuis,& ibi circa finem ponit duas limitationes,vide ibi per eum,& pondera.vide etiam latè de hoc Are.conſi.161.20 & quando minor tranſmittat beneficium reſtitutionis in integ.circa reſtitutionem hęreditatis.Iaſ.hic,Soc.in l.qui duos,ff.de reb.dub.in prin.Are.101,Pantonius,de acqui.hæred.

f Meno. Delatæ.Ruy.conſi.129.nu.19.20.lib.5.

g Pom.Illius quæſtionis.Iſtod tenuit Ancha.conſi.363.de viribus aditionis.

h Pariſ.Aliud remedium. Et ideo ſi ad eum tranſmitteretur ius deliberandi ex beneficio l.fi.in fi.in eo non haberent,vide Comen. conſi.129.circa finem.Et ſi hæres pateretur aliud tempus labi,non poſſet ad illud redire, vide ibi per eū.Soc. in l.qui duos,in prin.de reb.dub.ver.quinta difficultas, & omnino conſ.177.

LEX XIX.

1 *Filius deliberans,decedens, quod tranſmittit hereditatem patris ad quoſcūq.*
2 *Ius adeundi,quando finiatur anno, & quomodo tranſmittatur .*
3 *Practica quomodo ſcribatur aditio ex virtute iuris deliberandi .*
4 *Ad inducendum ius deliberandi,ſufficit ſcientia patris pro filio, pupilli non habentis tutorem,& tutoris pro pupillo.*

a **Cum antiquioribus.** ªSciens hereditatē ſibi delatam,ius deliberādi, & adeū
di hęreditatem intra annum a tpe ſcientię tranſmittit ad quoſcūq;
hęredes.h.d.Primo ponit qs dederit cauſam huius legis condēdę.
Secundo ponit ſuum ſtatutum. Tertio illud repilogat, & declarat.
Secunda ibi,ideoque. Tertia ibi,& ſi quidem.No.ex prima particu
1 la,quod de iure antiquo filiusfamiliàs deliberās, decedēs, † pr̄nam
hęreditatē tranſmittit ad poſteriores. Contra vr̄ ad illud,quod de-
terminaui.ſ.l.proxi.& dixi ꝙ tranſmittit ad quoſcunque.Solu.Hic
eſt dictio,&,q̃ eſt implicatiua,& ponit̃ pro,et : ſed cū hodie ille co-
lor nō quęrat,vt ſ.dixi,puto quod illa dictio,aliàs clauſula,eſt am-
pliatiua,quaſi dicat,& in ſuam poſteritatem,& in extraneos poteſt
tranſmittere.Vel aliter,licet Pan. concederet tranſmiſſionē in po
ſteritatem,non tñ negabat in extraneos. Venio ad ſecundam par
tem,dr̄ hic ex teſtamento,vel ab inteſtato.vel aliter,&c. Cōtra, q̃a
impoſſibile eſt,quod deferatur alio modo,q̃ ex teſtamento,vel ab
inteſtato. Gl.ſoluit vno modo,quia poſſibile eſt, ꝙ aliquis deceſſit
nec teſtans,nec inteſtatus,vt ille qui non pōt facere teſtm̄ . Tu di-
cas,quod illa verba,vel aliter,reſpiciunt ſequentia, q.d.ſi teſtm̄ fue
rit inſinuatum,vel ab inteſtato,vel aliter ei cognitū.ſ. q̃ per inſinua
a tionem teſtamenti. Opp.& vr̄,ꝙ † ius adeundi nō finiat anno,nec
etiam decennio,vt ſ.eod. ti. l. j. licèt Pla. videatur velle,quod hæc
lex

ADDITIO.

a I.A.Cum antiquioribus.Vide Bar.in conſi.62.inc.Dominus Tadęa deceſſit,& vide Bar.in conſi. 97.vol 1.inci. Factum proponitur ſub hac forma, & vide Bar.conſi. 126.incip.In q̃ō.vertente inter Seium de ciuitate Aretij, vbi tangit , ſi tutor non conficit inuentarium,vide Bar.in conſi.209.incip. quidam nomine Ray. & vide Ludo.Roma.conſi.122.
Pariſ. Cum antiquioribus . An iſta lex procedat in bono.poſ.vide Alex. in l.emancipati,ſ.qui admit.
Pariſ. Cum antiquiorib. No.circa iſtam materiam, quod ad hoc, vt aliquis poſſit acquirere hæreditatem . Item quod deceſſerit intra annum à die,quo ſibi delata fuit,vide Alex.conſi. 121. Item aduerſus talem ignorantem an detur reſtitutio in integ.vide Alex.conſi.306.quid autem ſi ſtatutum diceret,ꝙ hæreditas delata, licet non adita tranſmitteretur an intelligatur in iſta l.vide Ant.de But.ꝙ nō, de quo habes ad Bar.in l.vnica,§.in nouiſſimo,j.de cadu.tol.

lex corrigatur. Tu verò dicas clarius: aut loquimur in suo hřde, & ille perpetuò pōt adire, & transmittit ius adeundi in suos successores, vt hac l. in prin. & dixi s. l. proxi. Eodem modo dico in infante, qui transmittit ad patrem ius adeundi perpetuo. Illud.n. ius patriū non coarctat anno, sicut istud. Si loqmur in hærede extraneo, si quidem decessit ignorans, ius adeundi non transmittit, vt s. e. l. qū, & l. si infanti. §. j. Si decessit sciens, transmittit ius deliberandi intra annum per hanc constitutionem, vnde super his sis cautus, qñ facies scribi aditionem ex virtute istius iuris deliberandi, quod tu narres, quomodo defunctus sciuit talem hřditatē fore sibi delatam, & merito istud probatur, aliàs de facili succumberes. Quomodo hoc ꝓbatur dixi in l. qui duos, in prin. de reb. dub. & ibi tractaui istā māīn. Si vero non decessit, sed ipse viuit, pōt adire, vt l. licet. s. e. Pla. in his aliter dicit, & malè. Contra hoc opp. & vř ꝙ hęres habeat quatuor menses, vltra defunctum, vt j. si pendē. appellatiors inter. l. fi. §. fi. Solu. Secundum quosdam ibi non loquitur de tempore, quod datur ad deliberandum, & in hoc vř residere glo. Alij dicunt, ꝙ istud tps suppletur per illam legem, & hoc tenēt quidam Doc. Expedinis gl. circa istam māīn essent tractāda infinita q̄ occurrunt hic ꝑꝑ mortalitatem. 3 † Primo, an ad inducendum ius deliberandi sufficiat scientia patris pro filio minore. a Item an sufficiat b scientia pupilli non habētis tutorem. Item an sufficiat pro pupillo infante, vel maiore infante. Et bř in oīb. istis qōnib. determino quod sit argumentum ad illud vltimum, l. sequitur. §. si pupillus, de vsuc. & hoc tangit hic Mar. Sil. Dixi multum latè in d. l. qui duos, & puto ꝙ est no. ꝙ sufficiat scientia tutoris, etiam qui inuentariū nō fecit, & ei administrō decreta non erat, vt dixi tibi in l. vlt. s. de tut. & cur. qui satis nō ded. Sed ꝯ hoc vř s. l. prox. §. j. vbi dicit ita intelligi, quasi ab initio nō esset delata, ergo non transmittit ius deliberandi. Solu. Hæc est veritas, & ita consuluimus hoc anno do. Fran. & ego, quod l. si infanti, fuit facta per vnum Imperatorem Theodosium, antequàm esset facta constitutio, cum antiquiuribus. Vnde de ista lege non cogitabat, quia non erat hodie vero per legem istam est inducta transmissio iuris deliberandi, & sic per hanc in hoc derogatur illi. Circa hanc materiam dic, vt d. l. qui duos, ff. de reb. dub. &c.

ADDITIONES.

a Paris. Filio minore. Vide etiam Co. quod sic, consi. 119. post prin. inc. Ioannes instituit Ioannem, & ibi etiam habes, quod illa transmissio impediat substitutum vulgarem datum defuncto ante aditionem mortuo. Idem tenet Cor. consi. 119. circa med. dici: ꝙ neutram opiturmat in hoc, sed tunc ꝙ ibi non impediebat, & ibi ēt circa prin. item de eo ꝙ dictum est de scientia patris, an prosit filio, & quid si postea moriatur pater, vide Bar. consi. 220. Item an sufficiat scientia tutoris, vt prosit infanti, & pupillo. & de remedio quod si ignorauit, vide Bar. consi. 173 vide et in mā multa per Soc. in l. qui duos, in prin. de reb. dub. & ibi. 7. q. an si pāt, & an trāsmittat in suum hęredē. si ipse decedat ignorans, & quod ista decisio procedat ēt vltra primū hæredē, licet alleget Ang. velle solum ꝙ procedat in prima parte l. bones. § hoc sermone, de verb. sig. sed Ang. hic hoc non dicit.

b I. A. Sufficiat. Adde an scientia tutoris, vel pupilli, vel patris sufficiat. Bar. cōs. 178. vol. j. incip. Perusinus quidam, & consi. 231. incip. Domina Cecilia, vol. j. & vide Bal. in l. si infantis, s. prox. q. tenet contrarium in parte pupilli, & tutore. Pau. de Cast. transit cum Bar. & do. Alex.

LEX XX.

1 *Quando plures portiones ex testamento vnius alicui deferuntur, an si vnam agnoscat, cogatur alias agnoscere.*

2 *Si alicui sunt plura legata in testamento, quando possit vnam accepeare, & reliqua repudiare.*

3 *Qui adiuit hæreditatem paternam, quando cogatur accipere pupillarem.*

4 *Existentia sui hæredis non operatur dato cohærede extraneo, secus quando habet fratrem.*

de dona. Idem refert Cy. in l. id quod pauperib. C. de epis. & cle. Vltimo[a] possumus dicere quod si expensae factae sunt magne, fiet probo eo modo quo habuistis in simili. C. de ali. pu. praes. l. fi. Vel forte etiã iudex taxaret inspecta qualitate causae, in qua expẽditur, vt dr in expensis litis. Modo habetis primum. Venio ad glo. magnam, quaero quod si defunctus † Titio tenebatur de euictione in duplum, & illum Titium re euicta fecit haeredem, vtrum contra creditores computabitur duplum. Vr quod non, vt ff. ad l. Fal. l. cum emptor. Sed forte ibi non fecerat inuentarium non fecit, quia inuentarij cõfectio ab haerede erat incognita, fm illa tempora. Vnde puto quod solũ simplum debeat computare, nam verè per aditionem actio cõfunditur, sed fingitur non confusa, ne haeres in damno moretur. Non aũt vr pati damnum, si non consequitur poenam, quae est lucrũ odio sum. Et pro hoc facit ff. de euic. l. si ei. Vnde d. l. cum emptor, nõ est correcta. † Item quaero, si defunctus vendidit fundum filij sui, & eundẽ filium fecit haeredem, qui adiuit cum beneficio inuentarij, vtrum iste filius poterit istũ fundum a patre venditũ vendicare ab emptore? Gl. in ista q. hic, licèt inordinatè procedat, sic distinguit. Aut haereditas est soluendo, aut non. Primo casu, aut filius fecit inuentarium, aut non. Si fecit inuentarium, aut habet debitum bonorum subsidium tm̃, & tunc poterit suam rem vẽdicare, quia illud debet hre sine onere. Aut habet vltra debitum bonorum subsidium, & tunc vendicans repellitur exceptione eatenus, quatenus hẽt vltrà debitum bonorũ subsidiũ facta cõputatione, respectu quantitatis, & non respectu quotae. Et hoc prosequitur gl. tua vsq; ibi, Item qđ si est extraneus, ibi omitte & assume. j. ibi, vbi vero non fecit. Si vero inuẽtarium nõ fecit, tũc aut hẽt tm̃ bonorum debitũ subsidiũ, & in solidũ repellitur, vt hic in gl. fm vnã lec. Alij dñt q in nihilum repellitur, vt hic in gl. fm aliã lect. quae sit verior, j. dicã. Si vero hẽt vltra debitum bonorum subsidium, tunc patitur exceptionem respectu quotae in qua est haeres, non respectu quantitatis quae sit vltra, dicit gl. Scdo vero casu qñ hrditas non est soluendo, nõ est tractãdũ de debito bonorũ subsidio, qa illud intelligit aere alieno deducto, vt l. Papin. §. quarta. j. de inof. testa. Nec ob. ff. de inoffi. test. l. Papin. §. si quis impubes, qui impubes, qui ibi debet intelligi qñ est soluẽdo haereditas, & hoc casu sine dubio si fecit inuentarium, totum fundum vendicat. Ita dicit gl. tua. Contra istam gl. hẽs aliã gl. C. de rei vend. l. cum a matre, & illam tenent cõiter Docto. Nam illud quod hic dr, q qñ habet legitimam non repellitur exceptione, qa eam debet hre sine grauamine, non est verum: nam legitimam debet hre sine grauamine. l. legatorum & fideic. Debita aũt & credita deducunt ante, vt l. Pap. §. quarta, de inof. testa. Praeterea, non est dubiũ q ltima põt a filio euinci, licèt possit hre regressũ contra alios haeredes, vt sibi reficiant, vt l. scimus. §. 1. C. de inof. testa. Iac. tñ volens sustinere istam gl. dicit sic, & optimè, ego intelligo istam gl. qñ pater vendidit fundum filij, hoc acto, q de euictione non teneatur ad restitutionem. Vel pone quod donauit, & licèt expressè gl. dicat vendidit, verbum, vendidit, est gñale. Vnde emptor filium agentem non nitebatur repellere tanquam creditor haereditarius, per illam regulam, quem de euictione tenet actio, &c. Sed cum nitebatur repellere per illam regulam. Ex qua persona lucrum sentio, &c. vt l. ex qua persona, de reg. iur. & l. si cum dotem. §. si pater. sol. mat. Et hoc satis placet mihi. Si verò emptor haberet regressũ de euictione, tunc haberet locum glo. quae est in l. cum a matre, & opinio. Doctorum, quae est contra istam gl. Modo venio ad illud membrum, qñ filius non fecit inuẽtarium, & habet debitum bonorum subsidium, fm vnam lec. in totum repellitur, fm aliam, in nihil. Dico quod si poneremus emptorem hre regressum de euictione, in totum repelleretur. Si poneremus eum non hre regressum de euictione, in nihil repelleretur, non obstãte quod est haeres defuncti. Istud probatur in l. 1. & 2. si in frau. pat. Nõ. n. vr sentire lucrum ille, qui habet debitum suum tantum,[b] vt ibi vidistis. Possumus etiam gl. sustinere alio modo, quod hic loquitur qñ filius est institutus in debito bonorum subsidio, non sub noĩe quotae, tunc. n. sicut non potest conueniri a creditorib. vt l. quoties. C. de haere. instit. ita non posset repelli illa exceptione. Quem de euictione tenet actio. &c. quare ipse de euictione teneatur, vt no. in d. l. cum a matre. Tñ nõ est verisimile. gl. istam hoc loquutam esse, cum de inuentarij confectione mentionem faciat, & etiam propriè in haeredem particularem non cadit, cum onera non subeat. † Quaerit gl. quid si est institutus haeres extraneus[c] cuius rem defunctus vendiderat? Dicit gl. q tunc ẽt si faciat inuentarium, & habeat quartam tm̃ debitam iure institutionis, repellitur exceptione pro ea quarta, qa illa quarta pot est dari cum onere, vt ff. ad Treb. l. Lucius. §. maritus, & ad l. Fal. l. si debitor, licet sit arg. contra, ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Titio. Dicit gl. & non soluit. Sed certè ille §. cõcordat, si bene inspiciatur. Vide gl. ibi, item quod si est, &c. Ista qõ potest intelligi qñ emptor habebat regressum de euictione, tunc non est dubium, q dr in hac glo. sed si emptor non haberet regressum de euictione, & haeres hẽret quartam tm̃ iure institutionis, patietur exceptionem, ẽt in ea quarta, ita demum si testator hoc dixit. Et ita loquuntur leges allegatae in gl. aliàs secùs. In eo verò q habet vltra quartam, nõ est dubium q exceptionem patiet. Venio ad vltimã qõnẽ positã in gl. pone q † statutũ est in Ciuitate, q nemo veniat contra instrm factum a se[d] nec haeres eius, & testator obligauit fundũ eius, quem postea fecit haeredẽ, q adiuit, & fecit inuẽtarium, nunqd poterit vendicare fundũ a creditore? Gl. dic. q sic, vt hic, & j. §. proxi. Quidam Doc. putant verba statuti esse interpretanda strictè, ne quis indebitè damnũ patiatur,[e] vt l. 2. C. de nox. & l. adigere. §. quis. ff. de iu. pat. & de pub. l. Caesar. Sed hic si haeres, q fecit inuentarium de suo proprio grauaretur, pateretur damnũ indebitè, & contra hanc l. Ideo verba gñalia statuti, quae dicunt, nullus veniat contra, &c. vel haeres eius, intelligo de hrde eius, q inuẽtariũ non fecit. Ita intelligit gl. ista notabilis, q vide. Et per hoc die practicamus,[f] si statutum dicit qđ executio instri fiat contra haeredem, sicut contra defunctum, intelligitur, nisi haeres fecerit inuẽtarium, vt hac glo. & per rationes praedictas. Tene menti, rogo te.

ADDITIONES.

a Meno. Vltimo. Crau. de antiq. temp. 6. par. pri. partis, nu. 18.

b L.A. Debitum suum tm. Contra hoc Doc. hic volunt cõiter facere q etiam qñ emptor non erat habiturus regressum de euictione, repellatur filius pro tota parte, pro qua est haeres, non autem solum quatenus vltrà legitimam habeat. Dicit Ale. prob. in d. l. cum a matre, in ver. sciente, & iuncta l. si fundũ sciens, j. de euic. & hoc tenet Fulg. hic, voluit Bal. in d. l. cum a matre, & ipse refert, pro quo facit quia etiam pro legitima debet obstare filio exceptio fundata in regula tradita in d. l. ex qua persona, quia legitima iudicatur regulariter, vt de lucro. l. 3. cũ gl. & ibi Bar. de iur. & fac. ign. Non ob. quod habetur in d. l. 1. C. si quid in frau. pat. quia vt dicit Cy. & alij ibi post gl. quod illud est ex eo, q donatio facta fuerat a defuncto, & in fraudem haeredis, & alia responsio data ibi per gl. esset contra d. l. cum a matre, vt dicit Cy. in l. 2. & cum hac opi. transit Alex.

c Meno. Extraneus. Crau. consi. 235. nu. 12.

d Meno. Factum a se. Calca. consi. 18. num. 19.

e Paris. Damnum patiatur. Vide Cur. in l. properandum. §. sin autem alterutra, C. de iud. & Ale. post alios ibi in illo arti. quod si statutum dicat quod victus victori condemnetur ẽt in expensis, procedat etiam si heat iustam causam litigandi, vide etiam in alio subtili casu Com. consi. 103. ad fi. & consi. 126. per totum, maximè ante medium, inci. Visa copia. Item pro intelligentia & limitatione huius dicti, vide do. Fran. consi. 106. & eundem in consi. 133. ad fi. vide Ias. hic.

f Pom. Tota die practicamus. Facit quae no. Barb. in consi. 40. 5. volu.

1 *Qualiter probetur haereditatem non esse soluendo.*
2 *Testes domestici sunt idonei ad probandum secreta patrimonij.*
3 *Haeres celans res haereditarias, qualiter puniatur.*
4 *Negans rem fuisse in haereditate, illam perdit.*

§. Licentia[a] danda.

Creditores & legatarij pñt probare maiorẽ esse substantiã hrditatis quam in inuentario sit conscriptum, q ẽt de domo hrdis probatio assumit. Et si hrs dolum fecerit, ad duplum refundet. h. d. vsq; ad §. donec. † No. casum[b] oo. qõ. Ego volo probare hrditatẽ nõ sufficere ad debita, qualiter probabo, cum ista sit negatiua tuerè? Gl. in l. cũ de lege. ff. de proba. dat modum probandi, vt dicat heres, tm̃ est in hrditate, qui vult dicere, q in ea sit plus, hoc probet. De hoc est casus hic. Haeres oñdit inuentariũ, dicẽs, hoc est in hrditate legatarij creditores si velint dicere plus esse in hrditate, ipsi probẽt,[c] vt apertè dicit hic text. † Scdo no. q ad probandũ secreta pr̃imonij pñt assumi testes de domo aduersarij, vt hic, Rõ, qa bñ per alios probari nõ põt quod habuistis in l. 1. C. de nat. li. de repud. l. consensu. §. super plagis. de naufragijs. l. quoties. lib. 11. No. de purgationis mora. concor. sunt in gl. Vltimo no. † q haeres, qui celauit res hrditarias, punitur vt duplum refundat. Contra hoc opp. q solũ in hoc punitur, q in eis perdit Falcidiam, vt ff. ad leg. Fal. l. bñficio. & l. Pau. ad Treb. Solu. circa hoc dẽs notare tria iura. Primũ, iᵒ Digestorũ, quo contra amouẽtem statuebat poena Falcidiae tm̃ perdendae, vt in contrarijs. & si erat suus hrs perdebat ius abstinẽdi, vt l. si seruũ. §. amouisse. ff. de acq. haer. Secundum

ADDITIONES.

a Barb. Licentia. Vide Lud. Ro. in cons. 74. inci. In cã nobilis. & an quis possit probare sua interesse per iuramentum, vide Lud. Ro. in consi. 80. inci. Licet in re cõi, & vide Lud. Rom. in consi. 100. Si admittatur ad iurandum haeres debitoris.
Paris. Licentia. Circa regulã huius §. q creditores praeferuntur legatarijs, limita vt procedat qñ hrditas non est soluendo, aliàs secus, vide Pau. cõsi. 255. Item circa modum, quem hic ponit Bar. ad probandum plura bona non extare, vide Ang. in addi. ad Bar. in l. quoties. j. de dilat. l. 10. vbi dicit istud procedere, ẽt si contra me scriptura ferretur, q patrimonium valeat, quia producẽti scripturam puta de aestimo patrimonij, incumbit ẽt onus probandi. In contrariũ tñ vide q hẽs p Ale. hic. gl. in l. cũ de lege, de prob. reprobat Are. in l. cũ ille. ff. de ver. obl. vide omnino Ale. in rub. ff. de ope. no. nun. vbi ẽt tenet contra Bar. licet dicat quod pp eius authoritatẽ sit tenenda, tñ in puncto iuris sibi non placeret. Ias. quem ibi sequitur Bar. in illa decis. sed ex alio fundamento q̃ ex gl. in d. l. cum de lege, sequuntur etiam alij Mod. ibi, vide Ale. in l. si constante, in prin. ff. sol. matr. vbi no. Item vide Ias. in §. item si quis in fraudem. Insti. de ac. post Are. ibi, vide etiam Ro. consi. 276. ad fi. quando est factum inuẽtarium. Item vnũ modum probandi facultates alicuius si per suspectã scripturam librorum defuncti dubiũ sit, vide per Are. in l. Arist. in j. no. de acq. haer. vide gl. in d. l. cum de lege. Alex. in rub. de ope. no. nun.

b Pom. No. casum. Vide Alex. cons. 34. vol. 4. & Ro. cons. 221. & cons. 276. in fi. & Fel. in c. ad aures, in ver. expressione, de rescr. & Alex. cons. 68. vol. 1. & 55. eo. Anch. in Auth. de iureiur. a moriente praest. & Are. 120. & Alex. in simili 83. vol. 2. & 101. vol. 2. & in l. cum ex cã quam legit. cum l. tempus, ff. de re iud. & aliquid per Bal. cons. 414. alias 434. in vlt. par. & vide no. Alb. & Fel. in c. ad aures, de rescr. in ver. 3. conclusio. Alex. cons. 41. vol. 4. vbi ponit, q ille, qui vult probare se nõ inuenisse merces pro onerando galeas, sufficit q dicat se non inuenisse, nisi tanti ponderis, & qui vult dicere cõtrarium probet, & 120. alias 140. vol. 3. vbi dicit, q qui allegat aliquem habere aliquid plus quam expẽdit, habet illud probare.
Meno. D. Alcia. tract. praesump. reg. 3. praesump. 10.

c L.A. Ipsi probent. Adde q idem voluit Bar. in l. si cõstante. ff. sol. mat. & in l. decem. de ver. ob. in l. sufficiunt. §. codicilli, de iu. codicil. Ang. & Imo. in l. mutuũ, de acq. haer. Ia. But. in l. actor. tenuit cõtrarium, de quo hic, & in d. l. si constãte, & p Alex.
Meno. Crau. consi. 235. in fi.

cundum, est ius Codicis, ꝙ duplum refundat. Tertium, est ius authenticorum, quo, propter suā subtractionem vnius rei perdit[a] Falcidiam in totum, vt in auth. de hęred. & falc. §. sancimus igitur. & ibi no. per gl. & per Iac. de Bel. licet Cy. videatur reprehendere illā gl. quod tantum in illa re perdat Falcidiam, vt ī. ad l. Falc. authen. sed cum testator, & ibi dicam vobis. Vlt. scias, † quod semel ante mortalitatem, & semel post, cum quidam peteret restitutionem fideic. in prosecutione causæ posuit, quod tales, & tales res fuerūt in bonis eius, q fideicommissum reliquerat, & sic subiacent restitutioni: aduersarius negauit, fuit probatum contra eum, ipse postea volebat deducere quartam Trebell. dicebatur, quod propter illā negationē ius detrahēdi illam quartam Treb. siue Falci. perdiderat.[b] Primo per hunc tex. ibi, vel celauerit, & per tex. in l. beneficio. ff. ad l. Fal. vbi dicitur, quando quis facit aliquid vt fideicommissum minuat, vel vt fidem euertat, in ea re perdit beneficiū Falcidiæ, sed negando rem fuisse in hereditate, facit vt fideicommissum minuatur, ergo &c. Induco ad idem §. sancimus igitur. in Auth. de hæred. & Fal. Teneatis menti, si vultis.

ADDITIONES.

a I. A. Perdit. Adde Rom. consi. 176. circa fi. ubi ēt quod hęres rogatus restituere, si occultat res hæreditarias, priuatur cōmodo Trebellianicæ. Bal. verò consi. 179. vt voluisse, quod princ. beneficio totius inuentarij, vide ēt Abb consi. 72. lib. 4.

b Menoch. Perdiderat. Ruy. consi. 115. in fi. lib. 3.

1 *Exceptio q quis ēst intra tempus conficiendi inuentarij, impedit litis cōtesta.*

2 *Hæres pendente tempore conficiendi inuentarij, potest alios conuenire.*

§. Donec tamen. [a] Intra tp̄s conficiēdi inuentariū, nō pōt hēs à creditorib. legatarijs conueniri, & ꝑ ira eos interim tpa non currunt. h. d. † Not. ꝙ hæc exceptio, qd quis est intra tp̄s conficiendi inuentariū, impedit litis ꝯtestationē, vt apparet ex tex. ibi, ad iudiciū vocare. Item apparet ex hoc tex. quod hęc exceptio impedit finię executionem, qd apparet ex eo, qd dicit non inquietare. & per hoc tota die practicaī hic, quod executio instrumentorum non fit ꝯ hæredes intra tp̄s conficiēdi inuentarium.† Iuxta hoc q̄ritur, licet hæredes nō pnt cōueniri, an possint ipsi alios conuenire intra tp̄s? Vr̄ ꝙ non, per tit. ff. quod qs. que iur. &c. Tamen in contrarium videtur veritas,[b] quia ille titulus hēt locum, quando alicui conceditur priuilegiū ad sui postulationem, sed priuilegium huius §. non est huiusmodi, ergo &c.

ADDITIONES.

a Parisi. Donec tamen. Nunquid autem tempus conficiendi inuētarium currat a tēpore sententiæ, an a tēpore, aditæ hęreditatis, vide Com. consi. 75. vbi ponit de eo, qui non poterat esse hæres, & gessit sę pro hærede, sine confectione inuentarij, & postea efficitur legitimus hæres, & conficit inuentarium, an sibi prȩiudicet puta in patre alio instituto, contemplatione patris.

b I. A. Veritas. Adde ꝙ idem tenet Ang. Pau. de Cast. hic, & Ale. & Pau. de Cast. dicit, in hoc §. esse casum contra Bal. in l. naturaliter. ff. de vsuca. qui dicit, quod de iure ciuili non reperitur, qđ ꝑscriptio inchoata dormiat. Et hoc ēt dicit Ia. de Bu. quia imo in casu huius §. ꝑscriptio, quæ uiuente defuncto inceperat cōtra creditores, desinit currere tp̄e confectionis inuētarij, & postea eo finito reincipit.

1 *Inuentarium conficiendi terminus currit a die adita hæreditatis.*

2 *Pœna hæredis conficientis inuentarium.*

3 *Legis beneficio non gaudet, qui incidit in ipsam legem.*

4 *Si hæres inuentarium non incæpit intra mensem, sed perfecit intra tempus gaudet commodo huius constitutionis.*

§. Sin verò postquam. Qui inuentariū solenniter nō facit, creditorib. a tenetur in solidum, & Falcidiam non detrahit. [a] No. hic, quod di 1 cit, si vero postquam adierit &c. Ex quo colligitur † quod tempus b conficiendi[b] inuentarium currit à die adnæ hæreditatis: dixi. ī. e. l. c §. 1 † Secundo no. pęnā [c] hęredis non conficientis inuentariū, quæ c hodie est augmentata: nam legatarijs tenetᷓ in solidū, vt ĵ. ad l Fal. 3 auth. sed cum testator. † Vlt. no. ꝙ ille, qui incidit in l. nō dēt gau 4 dere beneficio illius: concordantiæ sunt in gl. Quæritur, quid † si hæres inuentarium non incæpit intra primum mensem, tamen in cæpit, & perfecit postea intra tres menses, an habeat beneficiū huius constitutionis? Et quidam dicunt, quod non, per hunc text. ibi, ex eo ipso, quod inuētarium sm̄ formā p̄ntis ꝯstōnis nō fecerit sed iste non fecit sm̄ formam pręsentis ꝯstitutionis, ergo &c. Alij dicunt cōtra, per hunc tex. ibi, & datum iam à nobis tempus ad inuentarij confectionem effluxit. non. n. fuit ꝙ effluxit datum ad d inchoationem inuentarij, sed ad perfectionem, & ista videtur magis æqua[d] opinio. Probo, omissio modicæ solennitatis nō substātialis non vitiat, vt l. 1. in fi. de ven. inspi. Item, illa dicitur modica so e lennitas[e] non substantialis, cuius omissio est modici, vel nullius præiudicij, sed hęc est huiusmodi, ergo &c.

ADDITIONES.

a Parisi. Non detrahit. Imo hodie suplet de suo, vt legata integra soluat. §. si non fecerit. in Auth. de hæred. & fal. & vide Com. consi. 30. inci. Statuto cautum in effectu, vbi ponit casum singularem, in quo non confecto inuentario hodie æs alienū diminuit legata, vbi et ponit an hæres, q nō confecit inuentarium, præsumatur suberasisse bona, in tñ quod differatur inuentarium in l. scom. ver. cum, vbi ēt ponit an pœna non conficientis inuētarium habeat locum, si primus hæres fecit, vide Com. consi. 45. vbi ponit an per non confectionem inuētarij perdatur legitima, sicut perditur Falcidia, vbi ēt ponit quo perditur Trebellianica, sicut Falcidia. Item quid si sint plures hæredes non cōficientes inuētariū, quod inter se non possint hoc opponere, quia dolus cum dolo, vel culpa compēsatur, & vide de et ibi. Quid aūt ꝑ nō cōfectionē inuētarij, ao perdat quis illud, qđ hīc deat a defuncto, vide Com. consi. 5. inci. Proponit. ꝑ Bar. in 2. dub. Et qđ perdatur Treb. vide eundē consi. 191. in prin. hīc circa ea, ꝙ dicta sunt, quod non cōficies inuen-

tarium teneatur in solidum creditoribus, & legatarijs, limita vt per Bald. in l. voluntatem. ver. quæro nunquid. Item quid si cōstaret ex cōfectione creditori, vel legatario, quod res non sufficiebant, an hæres nō conficiens inuentariū nihilominus teneatur in solidum, vide Soci. quod sic, in l. 126. si q. ad Tre. contra Bal. & alios, vt per eum, qui ēt ponit an fideicommissarius vniuersalis in solidum teneatur non confecto inuentario. Item an ecclesia, vel fiscus teneatur conficere inuentarium ut hic, & an in foro conscientiæ non conficiens teneat, vide Barb. in c. 1. extra, de fo. comp. De istis vide Are. late in rub. de acq. hær. vbi ēt an his non conficiens inuentariū teneatur vltrà uires ad restōnē ablatorū, vel alias ex delicto debitoris, & q d de patre, vel monasterio, in quē transeunt bona ex persona filij, vel monachi. & quid si defunctus habebat beneficium ne conueniretur, nisi inquantum facere possit, & quædā alia, vide ibi per eū per discursum. & per Soc. in l. debitori. C. de fur. an grauetur ꝑ fideic. post tēpus si defuerit nō ꝯfecto inuētario, & an possit deducere sibi debita, & quid de dotib. maternis.

b Poma. Tempus cōficiendi. Quid aūt sit in hærede vsurarij, an ipse ꝑꝑ non factū inuētariū teneat in restituendis vsuris vltrà vires hæreditarias, vide de hoc Bal. consi. 178. in 1. par. vide Cu. cōl. 73. & aliquid per Fel. in c. 1. de cōst & in c. quoniam ver. fallit quinto. de prob. in c. 5. uer. fallit primo, de præscr. Ro. cōl. 270. in x. dubio. Anch. in c. canonū statuta. de cōs. & in c. possessor malę fidei. de reg. iu. in 6. & in c. peccatū. eo. tit. & uide Fel. in c. cū cōtingat de off. dele. Are. cōs. 148. & Ang. in l. in testō. supra de test. mil. C. ꝑpo. cau. sua 23. Pau. de Ca. consi. 164. in 1. dub. vbi ponit, an hæres non conficiens inuentarium, teneatur fideicommissario vltra uires hæreditarias, uide Com. in consi. 176. in 10. dubio.

c Pom. Secundo no. pęnam. No. tamen quod illæ pœnæ non haberent locum contra hæredem vsurarij non conficientis inuentarium, quia non tenetur ultra vires hæreditarias. Ita Anch. consi. 311. inci. Prima facie uidetur quod sic, & Fred. consi. 22. & illud no. Bar. hic. vide Ale. consi. 70. uol. 4.

d I. A. Magis æqua. Adde qđ idē uoluit Bal. cōsi. 424. uol. & ibi ēt ponit, quod si hæres nescit scribere, quod sufficiat gñalis subscriptio notarij pro ipso hærede. Adde ēt quod Bal. cōsi. 161. lib. 1. consuluit, si mos patriæ est non seruare laqueos legum, innodando hæredes per imprudentiam i. non subscribere inuentarium, & quod non sint testes adhibiti loco legatariorum, & creditorum. & quod non fuerint nominatim citati, quod non teneantur hæredes vltrà uires hæreditarias, si alias sine fraude fecerint inuentarium, secundum morē patriæ.

e Parisi. Modica solennitas. Vide quæ habes ad Bar. in l. 1. in fi. de uen. inspi.

§. Et hæc quidem. Hic incipit 4. pars princ. istius l. Qui vult tp̄s ad deliberandū, ā Principe consequitur annum, ab alio iudice, nouē menses ad plus, nec sæpius conceditur. h. d. Op. de l. cum antiquiorib. ī. e. So. ibi quidam dicunt, quod hęc corrigit illam, vt videbitis in vlt. gl. p̄mis l. Tu verò dicas, quod qn̄ deliberatio non petitur, illa l. in nullo corrigitur: secus quando deliberatio petitur, quia per l. illam statuebatur annus: hodie verò iudex inferior Principe, non potest dare vltra nouem menses, per hunc §. Op. & videtur, ꝙ ista deliberatio sit sępius concedenda, vt l. 1. §. si cui, vt lega. no. cauea. So. illud, quia testator sic disposuit. Op. tertio, de leg. 1. ī. de iu. deli. Sol. quidam dicūnt, quod hæc corrigit illam: Vel dic, & ista est vera, quod intra tèmpus statutum hoc §. potest tempus sępius concedi, ita tamen quod vltrà istud tempus nō excedat, & sic debet intelligi ista l. &c.

1 *Tacens quando habeatur pro adeunte, vel repudiante.*

2 *Hæres quando teneatur vltra vires hæreditarias.*

3 *Tempus conficiendi inuentarij currit a die adita hæreditatis.*

§. Sin autem hoc aliquis. Qui petit tempus ad deliberandum, licet inuentariū confecerit, & hæreditatē adierit, vel non repudiauerit, creditorib. ī solidū tenetᷓ, nec Falcidiā detrahit. Si repudiauerit res 1 hr̄ditarias, pfectè restituet. h. d. vsq; ad §. notissimū. † Dicit hic, qđ q nō adiuit, sed tacuit intra tp̄s datū ad deliberandū, hr̄ ꝑ adeūte ꝯ, ff de acq. hær l. q̄diu. Quidā dñt ꝙ istud habet locū, qn̄ in cōcessione temporis hoc fuit adiectū, vt tacens habeatur pro adeūte. Alij dicunt, quod illa corrigitur per istam, & hoc tenetur hic in gl. In l. contraria Gl. dicit, ꝙ si tempus est statutum ad petitionē creditoris, tunc tacēs habetur pro adeunte. Hic est casus hic. Ratio, qa creditoris interest, vt habeat quem conueniat. Sed si tempus statuiť ad petitionem substituti, tunc si tacet, habetur pro repudiāte, vt l. contraria. Ratio, quia substituti interest, vt habeatur hæres prius ꝑ repudiante, vt ipse possit adire. Et hanc so. tenet Dyn. & etiam Cy. hic, quod puto verum, & notabile. Sed contra hoc opp. quod immo per cursum temporis trium mensium habeatur pro repudiante, vt ī. ea. l. §. 1. So. quod hic dicitur, non habetur pro repudiante, loquitur in hærede, qui tacuit. sed si aliquid dixit, puta credo quod mihi non expediat, vel similia verba, tunc habetur pro repudiante concursu trium mensium, vt in contrario, & hanc materiā plenissimè expediui in l. si quis. ff. de iu. delib. Scdo opp. de lega. l. si vni 2 uersę. So. tria sunt iura, q̄dam sunt iura antiqua, & sm̄ illa † tenetur hr̄s creditorib. in solidum, legata verò nō dentur, nisi vsq; ad vires patrimonij, vt d. l. si vniuersę. Quoddam est ius Codicis, & sm̄ hoc si non petijt tp̄s ad deliberandum, & inuentarium confecit, non tenetur creditorib. nec legatarijs vltrà vires hęreditarias, vt ī. ea. l. §. & si præfatam. Si verò petijt tp̄s ad deliberādū, & inuentarium fecit, tunc habent locum iura antiqua, vt creditorib. teneatur in solidum: & ꝯ legatarios vtatur Falcidia. vt hic, in ver. sin autem hoc aliqui. Si vero inuentariū nō fecerit, siue petierit tempus ad deliberādū, siue nō, creditorib. tenetᷓ in solidū, & ꝯ legatarios nō vtiť Falcidia, vt ī. eo. §. sin verò postq̄. Et in ver. qs aūt temerario, tñ legatarijs nō tenetᷓ vltra vires hr̄ditarias, vt ĵ. d. l. si vniuersæ. cū si. Tertiū ē ius Authēticorū, quo iure si inuētariū ñ fecit, tenetᷓ creditorib. & legatarijs in solidum, vt ĵ. ad l. Fal. auth. sed cū testōr. Quærit. gl. qn̄ quis

a qs petit tps ad deliberandũ a vtrũ tps ꝯcessum ad ꝯfectionẽ inuẽta rij currat elapso tempore dato ad deliberandum? quicquid glo. di
3 cat, veritas est, quod istud † currit a die aditæ hæreditatis, vt d. §. sin vero postquam. Vnde si intra tempus datum ad deliberãdum adi uit, intra illud tempus, quo adiuit, incipit currere, &c.

ADDITIO.

a Men. Ad deliberandum. Tiraq. de retracta. consang. §. 35. gl. 4. nu. 16.

1 *Lex ista quod non deroget l. cum antiquioribus.*
2 *Dispositio huius l. in milite non conficiente inuentarium, quod non teneatur vltra vires hæreditarias, an corrigatur.*

§. Notissimũ. Hæc est vltima pars, in qua Imperator ponit vnã suã ꝯctonẽ, & bñ dicit hæc lex. Oia q̃ in alijs constitutionib. ꝯtinebant, cõplectit, & priuilegiũ mi
1 litum in robore remanet. † Quæro, vtrum per hãc ꝯstõnẽ sit dero gatum l. cum antiquiorib. s. c. Veritas est, quod non, qñ tps ad deli berãdũ nõ est expisè petitum, vt dixi vobis s. in §. proxi. & probat
a j. de cad. tol. §. in nouissimo. Quæro, † vtrum qd hic dr̃, qd priuilegiũ militis durat, hodie sit correctum? Gl. vr̃ dicere qd sic, per Auth. de hær. & Fal. §. fi. Quod an sit verum dicam vobis in auth. sed cum te
a stator. j. ad l. Fal. Istud est vtile scire pp ecclesiasticas a personas: qa ecclesiasticæ personæ debent hr̃e priuilegium militis, vt l. sacrosan cta. s. de epis. & cler. no. in l. miles, in prin. ff. de re. iu. & sm̃ hoc, si ec
b clesia, vel presbyter b adiret hæreditatem sine beneficio inuentarij, non tenetur vltrà vires hæreditarias, sicut miles: iõ est videndũ an lex sit correcta. Dicã tibi in auth. sed cum testor. si recordabor.

ADDITIONES.

a I.A. Ecclesiasticas. Adde Ale. qui in effectu vult qd ecclesia nõ cõficiẽs inuẽtarium non teneatur vltrà vires, & qd possit petere restitu. in integ. qd ꝯtriũ voluit Abb. cons. 34. j. vol. & 2. vol. cons. 74. in fi. in quo cõs. cõcludit et clericum teneri ad ꝯfectionẽ inuẽtarij, & dicit tñ videri tex. in ecclesia, vt ll. pẽd. & ibi ꝓbare Io. And. & Host. qd cõstõnes legales gñaliter disponẽtes licet pœnam adijciat, hẽant locũ in foro Canonico et ꝯ clericos & ecclesias, ex quo ꝯtrium nõ reperitur cautum de iure Canonico, & præsertim dicit hoc procedere, qñ l. pœnalis potest se habere quo ad ecclesiam quo ad commodum & incommodum & qd ll. loquẽtes de inuentario habeant locum de iure Canonico, dicit esse tex. in c. Ray. de test. tamen vt dixi dicit esse speciale in ecclesia, vt non teneatur, eo quia hæreditas intelligitur delata ecclesiæ, inquantum non sit onerosa, ne indirectè alienentur bona ipsius, argumen. auth. sicut, supra de sacrosanct. eccle.
b Paris. Vel presbyter. Vide Bal. in c. 1. de test.

De repudianda a vel abstinen. hæred. *Rubr.*

ADDITIO.

a Paris. De repudianda. Circa mãm nota casum, in quo qui repudiat hæreditatem non solum priuatur hæreditate, verum etiam omnib. bonis quocũq; titulo ad eum deuolutis per instituentem fauore fisci, vide Bar. per illum tex. in l. hæredes. C. de omni agro deser. lib. 11. qd ibi etiam Alex. in addi. ponit, an repudiata hæreditate, intelligatur tacitè repudiatum officium executionis, vel econtra.

LEX PRIMA.

Si paterna. Filius, qui abstinuit, si in domo patris ex iusta cã moratur, nõ vr̃ suã abstẽsionem reuocare. h. d. No. qd filius habitãdo in domo
a patris, a vr̃ se gerere pro hærede, nisi ꝓbetur qd ex alia
b cã fecerit. b Contra hoc op. s. ti. j. l. j. Gl. dicit, hoc spãle est in filio suo, secus in ex̃neo, seu filio emancipato. Istud nõ est verum sic simpliciter. Nam ille actus in ex̃neo inducit aditionem, in suo inducit immixtionem, vt l. cum bonis. ff. eod. Vnde possidere domum, eodem modo in suo, & in hærede extraneo, inducit pro hærede gestionem. Non ob. l. j. quia ibi loquitur in emancipato, q non poterat adire de iure ciuili, vnde per nullum actum extraiudiciarium pt̃ induci agnitio bonorũ possessionis, vt ibi dixi. Op. postq̃ filius repudiatur, nullo mõ põt esse hæres, vt l. sicut. j. eo. Sol. Contrariũ loquit in extraneo. sed filius suus põt suã abstẽsionẽ reuocare, vt j. e. l. fi. & istud est, qd facit dubiũ in l. nr̃a. Opp. ad l. nr̃am de l. si seruum. §. pretor. ff. eo. Sol. Ibi loquitur in filio, qui aliquid surripuit, propter qd priuatur beneficio abstinendi, secus si non surripuit.

ADDITIONES.

a I.A. In domo patris. Adde quod Odof. & Bal. exemplificauit in filio, qui tenebat domum obligatã pro dote matris, qd Pa. de Cas. intelligit verũ, si filius propria authoritate poterat accipere, vt qa esset data licentia apprehẽdẽdi in instru. iuxta l. 3. j. de pig. secus si non poterat, quia tũc vr̃ tanq̃ hæres fecisse, & vt creditor occupãdo propria authoritate deliquisset. l. qui restario, ff. de pig. ac. Sed quid si sit statutum prout est Florentiæ, qd si ille, cui delata est hæreditas ex paterna, si aliqua bona tenuerit, et ex alia cã, & non obstante quod aliam cãm hẽat, dicatur adiuisse, dicit Pau. hic qd dẽt adire iudicem, & facere sibi ꝓ iudicem assignari, nec tunc incidit in statutum, quia esset sibi iniuriosum si vellet hoc auxilium auferre, tñ ipse Pau. in l. si seruum, in vltimis verbis, ff. de acq. hær. dicit qd dẽt fieri repudiatio ad obuiandum fraudib. & hoc facto poterit occupare bona hæreditaria, & non nocebit statutum, quod et dẽt intelligi, qñ ẽt occuparet authoritate curiæ anteq̃ repudiaret expresse, & ibi dicit esse casum expressum, & mẽti tenendum. Ad hanc l. facit quod consuluit Bal. qd licet auus alimentet nepotes, non tñ per hoc videatur adiuisse eorũ hr̃ditatem maternã. eius cons. 524. vol. 4. Et quando filius inhabitando domũ patris, dicatur gerere se pro hærede, vide Bal. cons. 187. 3. vol. & omnino vide Ang. cons. 63. inter consilia Bal. 3. lib.
b Paris. Causa fecerit. Ad hoc faciunt no. per do. Ale. per illum tex. in l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. hæred.

LEX II.

1 *Filius, qui se abstinuit ab hæreditate paterna, si postea emit fundos paternos, quando videatur suam abstensionem reuocare.*
2 *Filius, qui prius emerat fundos paternos, si se postea immiscuit hæreditati paternæ, potest hypothecaria conueniri.*

Si paterna. Qui post abstensionẽ bona paterna bona fide emit, non vr̃ suã abstensionem reuocare. h. d.
1 Op. ff. e. l. si is q in bonis. Sol. Si † filius se abstinuit ab hr̃ditate pr̃na, emendo postea res paternas bona fide, non vr̃ suam abstensionẽ reuocare, vt hic, secus si mala fide, vt ibi a ꝯtrio sensu colligitur, quæ
a mala fides ꝓsumitur ex trib. Primo, si emit oĩa a bona, vt d. l. si is qui bonis. ff. eo. & l. oẽs. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cre. Item si emit per interpositam personam, vt ibi, & arg. s. de na. li. l. j. Item si hoc factum fuerit incontinenti post abstensionẽ vt l. si ventri. §. fi. ff. de
2 priui. cre. Tene menti, quia quotidiana sunt ista. Quæro, quid † si immiscuit se paternæ hæreditati ille, qui fundos paternos antea comparauerat a creditoribus. Glo. arguit pro, & ꝯ, finaliter determinat qd possit hypothecaria ꝯueniri, quia in proprio nulla fuit emptio, vt l. sicut. §. illud. qb. mo. pig. vel hyp. sol. Certè illa lex modicum facit, nisi eã intelligas sic, qd hæres q adiuit, ꝓsumit retro fuisse dñs a tpe mortis, vt l. hæres quoq;. ff. eo. & l. si ex re. §. fi. de stip. ser. de reg. iur. l. omnia ferè. Ergo apparet fictione harum legum, quod ipse emit rem propriam, plenè dixi in l. si is qui bonis. ff. eo.

ADDITIO.

a I.A. Oĩa. Adde qd Ang. idẽ dicit, sed solũ melior. all. tex. in l. sũma eã rõne. j. princ. ff. de pac. seqt Ful. hoc idem no. Ang. in l. omnes. §. Lucius. ff. de his q̃ in frau. cre. & melius probatur ex no. p gl. & Bar. in l. nomen. §. 1. de leg. 3. & per Bal. in l. j. s. & in l. si vnq̃. de reuoc. do. & in l. j. q bo. ce. pos. ubi cõcludunt, si qs in frau. pac. & in l. si vnq̃ ... resultat suspicio qd p alienationem maioris partis bon. et particulariter factam resultat suspicio in casu q̃ resultaret de alienatione oĩum bonorũ. Et de istis fraudib. vide p Bal. hic, & per Bar. in l. post ꝯtrum, de do. & per Bal. cons. 134. 3. vol. vbi etiam dicit, qd per venditionem omnium bon. vel maioris partis, inducitur fraus.

LEX III.

1 *Testamentum qui dicit nullum videtur adire.*
2 *Transactio inutilis non habet vim pacti.*

a Seruus hæres. Qui dicit testm̃ nullum a vr̃ adire, & inutilis transactio nõ habet vim pacti. h. d.
1 † No. duo, q̃ dixi in summario. Primo, qd q dicit nullũ, vr̃ adire. Cõ. cor. sunt. ff. de bo. pos. l. cũ quidã, qd plenè dic, vt ibi dixi. Scdo no. qd trãsactio, q̃ nõ valet iure trãsactionis, nõ hẽt vim pacti. Vidistis s. de transa. l. si cã cognita. Opp. de l. postq̃ liti. s. de pac. Gl. ponit hic plures so. Bñ tex. soluit ꝯtrium, ibi renunciauit volens remittere & do-
2 nare, hic vero voluit transigere, quæ † transactio cũ non valeat, nõ habet vim pacti, vt d. l. si causa cognita, & qd ibi Cy. nõ. s. de transa.

ADDITIO.

a Men. Nullum. Vanc. tract. nullit. quot, & quib. null. prop. poss. nu. 39.

LEX IIII.

1 *Differentiæ ratio inter repudiationem & confessionem.*
2 *Repudians quando possit adire, & quando non, reg. cum fall.*
3 *Repudiatio quando præiudicat repudianti.*

a Sicut a maior. Sicut hr̃ditatẽ repudiatã nõ põt qs adire, ita nec aditã repudiare. h. d. hæc subtilis l.
1 & pp hoc vtilis, Quæro, † q̃ est rõ dñe inter repudiationem & ꝯfessionem? Gl. assignat plures sol. tene illã, qa confessio fit ꝯ se ꝯfitentem, iõ sibi ꝓiudicat. Secus si fieret pro se, vt l. de ætate. §. j. de interrog. actio. Sed hæc repudiatio, de qua loquit hic, fit pro se repudiante, iõ nõ sibi præiudicat. Ita loquit hic. Hoc ꝓmisso op. ad primam
2 partẽ. j. eo. l. fi. Sol. † hæc est rĩa, qd q repudiauit, non põt adire, fallit in filio suo, vt j. e. l. fi. Itẽ fallit fauore vlĩs fideicommissi, vt l. nam qd §. j. ff. ad Tre. Itẽ fallit ex spãli priuilegio p restõnẽ in inte. vt s. si mi. §. j. ff. ad Tre. Itẽ fallit in casu l. cũ hr̃ditate ff. e. habuistis ab hær. absti. l. j. & p totũ. Itẽ fallit in casu l. cũ hr̃ditate ...
3 no. s. ti. j. in l. qdã eulogio. Venio ad secũdã partẽ, & † vr̃ qd hæc repudiatio ꝓiudicet repudianti, vt l. postq̃ liti. s. de pa. Sol. Gl. fatet ꝯtrium, qd ei ꝓiudicat respũ eius, cũ quo litigabat, eui renunciabat, vt in ex̃neo, vt in ꝯtrio, secus respectu aliorũ creditorũ. Vide gl. & eam Iac. de Are. reprehendit. Aliud. n. est renunciare liti, vt l. ꝯtria, aliud repudiare hr̃ditatem, vt hic. Tu dicas esse aduertendum ad quid fit hæc repudiatio, nã si qdẽ fit hæc repudiatio ad ꝯmodum repudiantis, puta ne ꝯueniat a creditorib. interrogatus an esset hr̃s, dixit nõ, imò dixit, repudio: tũc non ꝓiudicat. Non. n. voluit sibi ꝓiudicare, nec alijs prodesse, vñ vim pacti non hẽt. Ita loquit hic, qd apparet ex q. gl. quã s. dixi. Sed si ipse repudiat ad commodũ aduersarij, vt puta agebat petitione hr̃d. litis, & pẽdẽte iudicio dixit, renũcio huic hæreditati, certè vr̃ pactum, sicut renunciare liti. d. l. postq̃ liti, & ita loquitur glo. hic posita. Rõ, qa hoc facit ad cõmodum aduersarij, nã aduersario ꝓdest, & sibi ꝓiudicat. Itẽ op. de l. si filius. ff. de interro. act. vbi confitendo se hr̃dem sibi præiudicat, licèt prius repudiauerit.

ADDITIO.

a Paris. Sicut de materia huius l. vide Corp. caut. 249.
Sicut. Adde qd est lex bona, sm̃ Pau. de Ca. p puellis q̃ maritantur a fratrib. qui faciunt sibi renunciare hæreditatẽ paternam in bonis, in qb. feminæ succedunt, sicut masculi. Nã si filia adiuerat vel se immiscuerat, si postea dicit, repudio ad instantiam fratris, nihil valet repudiatio, & ea non obstante põt partem suam a fratre auocare, sed si dicat renuncio, & dono tibi partem meam, & oẽ ius qd hẽo in hæreditate paterna, bene tenet renunciatio, & h. d. menti tenẽdum. Et idem voluit in l. si actione, s. de pac. & in l. pactum. s. de coll. vbi dixit, quod si sunt plures fratres, & vnus renunciat alteri, qd per illam renunciationem vr̃ adiuisse, & successiuè donare, ar. l. illud. ff. de acq. hær. & idem voluit cons. 308. incip. In Christi nomine, viso puncto, sed in hoc vlt. dicit Ale. qd Io. And. sentit cõtrarium in addi. ad Spe. in ti. de test. §. 1. in addi. inc. Vbertus, & idem sentit Bal. in l. si defunctus. s. de suis & legi. per l. fuit qõnis. ff. de acq. hær. Tu de primo dicto Pau. de Cast. vide Bal. cons. 94. 3. lib. inci. Verba institutionis.

diuterit.Sol.Ibi confessio fuit facta ad commodum aduersarii, ideo sibi præiudicat quoniam ad aduersarium, hic uerò fiebat repudiatio ad commodum sui repudiantis.ita.n.debetis intelligere, quod no.in l.vlt.ff.de iter. act.

L E X V.

Pupillorum. Pupillus sine tutore repudiare non potest.h.d. Op de l.cum pupillus.j.resp. ff.de condi. & dem.Sol.Ibi loquitur de repudiatione tacita, hic de expressa.

L E X VI.

1 *Hæreditas materna repudiata per filium, an possit reuocari sicut paterna.*
2 *Filius emancipatus, an habeat in repudiatione beneficium sicut suus.*
3 *An idem sit in hæreditate auita, quod in paterna, ubi quod sic.*

a **Si quis.** a Suus hæres maior repudians, potest suam abstentionem reuocare intra triennium ante bona uendita: sed minor, vel in utili tempore constitutus potest etiam post triennium, & post bona uendita.h.d.hæc notab. & singularis lex.Op. de l. doli exceptio, uer.diuersum,ff.de nouat. Sol.Regula est, quod de eo, quod quis facit intra quadriennium, quod datur ad restitutionem petendam, non potest restitutio peti: fallit in 1 casu huius legis, qui casus sing.est secundum Dyn. Quæro hic dicitur de hæreditate paterna, quid de materna? Gl.dicit, quod ille qui repudiauit, potest reuocare intra annum, ut ff.ad Tert. l.filii. Communiter tenemus contrarium, nam ibi loquitur quando non repudiauit, sed dixit, nolo adire, quæ uerba sunt extensiua, & inducunt repudiationem cursu anni. Secus si simpliciter repudiaret, ut uidistis s. 2 de iur. & fac.ign.l.2. Item quæro, † quid in filio emancipato? Gl.tu adi cit idem, ut ff.de col. bon.l.nonnunquam. Veritas est in contrarium, ut l. 3. de iur. & fac.ign. Non ob.l.nonnunquam, quia ibi non loquitur in repudiatione, sed in eo qui nolebat adire, ut ibi dixi. Quæro, hic loquitur 3 de hæreditate paterna, † quid in hæreditate auita. Gl.uidetur dicere idem ut d.l. nonnunquam.de col. bo. & ego idem teneo, quia l.si quis.ff.de iu.deli.loquitur generaliter in quolibet suo, ut ibi plenè dixi, & materiam huius l.explicaui tibi, ergo dic, ut ibi.

A D D I T I O.

a Parif. Si quis An ista facultas reuocandi transmittatur ad heredes. uide Alex.in l.si filius qui patri.ff.de uulg & pup.Iate Iason l.qui se patris,C. unde libe & hic Are.in l.uentre,de acq hær.quod ad inducendum hanc reuocationem abstensionis sufficiat actus qui fieri non potest contra ius, & nomen hæredis, non autem requiritur expressa reuocatio uide Ale.& Mod.in l.1.supra de iu delib. contra Ang.& Pau.de Cast. Item an post terminum potest reuocari quantum ad legitimam, uide Alex.in l.quia poterat, ad Treb.

Quemadmodum test. aper. *Rubr.*

L E X P R I M A.

a **Vt testamentum.** Testamentum a petitur aperiri per officium iudicis.h.d.Materiam huius l.dic, ut ibi dixi, de eden.l.1.

A D D I T I O.

a I.A.Testamentum. Adde quod Pau.de Ca.hic dicit, quod notarius rogatus de testamento nuncupatiuo, potest compelli per iudicem ostendere testamentum illis, qui petunt si est renitens, dummodo iurent, quod putant sua interesse, & allegent aliquam iustam causam, seu quod non petunt animo calumniandi, ut inf. e.l 3.& dabitur eis particulæ copia pertinentis ad eos, ut l.2.& 4.de fi.instru. & hoc quis putat habere locum saltem utile remedium huius edicti, cum sit eadem ratio.

L E X II.

1 *Publicare aliud est, & aliud aperire.*
2 *Quando testamentum in scriptis aperitur, testes adhiberi debent si haberi possunt.*
3 *Testamentum in scriptis, quam fidem faciat, si testes sunt mortui, uel aliter haberi non possunt.*
4 *Testamentorum in solemnitate inspicitur locus, in quo actus fit.*

Testamenti. Testamentum debet aperiri secundum consuetudinem fori, ubi fit apertio, & absentib. testib.fit coram 1 viris honestis.h.d.Ad euidentiam debes scire, quod † aliud est publicare, de quo loquitur l.publicati, s.de tes.aliud est aperire, de quo lo2 quitur hic.Primò quæro hic, † utrum testes, quando apertio fit, debeant adhiberi: certè sic, si possunt haberi, ut l.sed si quis ex signatorib. 3 ff.eo.ti. Quæro † quid si testes haberi non possunt, quia mortui sunt. R n.istud non probat aliquid, quia est priuata scriptura, unde gl.uidete, vt aliàs dixi uobis, testamentum factum in scriptis antequam ueniant testes, & cognoscant sua sigilla, & deponant se interfuisse, est priuata scriptura, & nihil probat: sed postquam testes uenerint, & fuerit facta publicatio secundum formam l.publicati. s. de test. tunc semper probat.Prædicta sunt uera, si testamentum est scriptum manu priuata, secus si 4 manu publica licet sit in scriptis, ut ff.e.l.tabularum. Vl.no. quod † in so a lennitate testamentorum inspicitur locus, a in quo fit ille actus, de cuius solennitate quæritur.Dixi plenè in repetitione l. cunctos populos. s.de sum.Trin.& fide Cath. Dixi etiam s.de test.in l. si non speciali.

A D D I T I O

a I.A.Inspicitur locus. Adde quod Bal. & Ange.tangunt, an in testamentis conditis extra Romanum Imperium requirantur septem testes, prout requirunt ll.Romanorum si testator erat subiectus Rom. Imperio, an uerò sufficiat eis seruatos mores illius loci.Baeau l.qui à latronib.de test. dicit, quod testamentum factum in luco hostili Roma.Imperii, ut inter Saracenos, non ualeret secundum illas consuetudines, nisi solennitas iuris ciuilis perficeret.Sed Bal.dicit hic se consuluisse super quodam testamento facto inter Saracenos, dummodo habeat illa quæ sunt de iure gentium quod ubique uiget, quia ius gentium ubique est bonum & æquum.Et cum hoc transit Pa. de Castr. nec alleg. cons. Ego tamen, ubi ipse Bald. consulunt pro quodam testamento facto in Damasco à quodam Anconitano cum sex testi. ubi dicit primo uidari, quod testamentum ualeat, deinde do. Iaco. de Are. & Old. dicunt quod adnena, quia casu inter fideles testatur, debet secundum ius Ro.testari, si de Impe. Ro.est.Ideo hunc passum dimitto, & dico, quod vbi negatur testamentum factum, non sufficiunt sex testes, nec quo ad testamentum, nec quo ad legata test.&c.latius ibi uide.f.cons.163.3.li.inc.In Christi nomine, in Damasco non seruatur ius Romanum. Menoch.Soc.iun cons.95.nu.4.lib.2.

L E X III.

Eius quod. Facienda est copia eius partis testamenti, quæ pertinet ad petentem sine dic, & consule.h.d.

L E X IIII.

Codicillos. Codicilli petuntur aperiri eodem modo quo testamenta.h.d.

a *De edicto diui Adr.toll.* *Rubrica.*

A D D I T I O.

a Pom.De edicto.Adita hæreditate restat, ut heres institutus mittatur in possessionem rerum hæreditariarum, & super tali missione tractat edictum Diui Adria tol.Imperator tamen non ponit hic de constituendo, sed tollendo.Dicebat, nisi scriptus hæres postulasset se mitti in possessionem, non aliter fieri, nisi Reipublicæ daretur uicesima pars hæreditatis, & multæ erant interpretationes, & distinctiones circa dictum factum, hodie sublato edicto fit missio in possessionem rerum hæreditariarum, sub distinctione tamen, l.fi.eo.titu.

Post apertum testamentum, & aditam hæreditatem, petit scriptus hæres se mitti in possessionem, quod olim fiebat ex edicto Diui Adri. quod est sublatum ideo ponitur hic, de edict.diui Adria. toll.& quemadmodum scriptus hæres in poss. mittatur.

L E X P R I M A.

a **Cum inter.** Institutus mittendus est in possessionem, antequàm substitutus. h.d. uel aliter. In adipiscenda possess.institutus a substituto præfertur.h.d.Opp. institutus sub conditione habet bonorum possess. secundum tab. sed institutus est sub conditione institutus, ergo debet habere bonorum poss.probatur in l.2.§.si sub conditione.ff.de sec tab.Solu.ibi loquitur in eo, qui est institutus sub conditione in primo gradu: unde non est aliquis, qui eum præcedat. Facit ad hoc l. si quis institutus, circa prin.ff.de hæ.inst. Op.de l.3.§.fi.de libe.& posth. ubi substitutus instituto præfertur.Sol.dicit glo.ibi primus gradus institutionis erat nullus præteritione, hic secus.Contra hanc so. op. quod uitium præteritionis non impedit missionem in posses.ut j. l. prox.& sic etiam si à primo gradu filius sit præteritus, tamen institutus in primo gradu deberet mitti in posses.Sol.l. prox. j. loquitur, & debet intelligi, nisi uitium præteritionis appareret ex ipso testamento, ut statim dicam j.l.prox. & l.fi.sed in casu legis contrariæ, ex ipso testamento apparebat, quod ex primo gradu erat præteritus, a secundo filius erat exhæredatus, unde in ipso testamento fiebat mentio filii, & sic apparebat filium præteritum à primo gradu ulterius op.Inst.de uulg.subst.§.fi.vbi admittitur institutus, & substitutus, ut l.si paterfa.ff.de hær inst. Sol. ibi est specialis casus, in quo admittitur concursus instituti & subst.Ratio ibi patet, & dixi in l.cum proponas.s. de hær.insti. Præterea ibi loquitur in petitorio, hic in possessorio. Quærit gl.quid in proprietate? Dicit gl. certè idem, quia quamdiu locus est institutioni, non fit locus subst.l.quamdiu.ff.de acqui. hære.Quid in legato? Dic idem, ut habes in gl.tua.

A D D I T I O.

a Institutus. Sed quid si primo est scriptus substitutus quam institutus. Spec.dicit nihilo minus hæredem prius mittendum, in tit.de test.§.fi. uer. quid si primo.

L E X II.

1 *Quæstiones requirentes altiorem indaginem, an impediant hoc edictum.*
2 *Falsi exceptio, not impedit iudicium possessorium.*
3 *Persona litigans in iudicio quantumcunque summario, plenè legitimari debet.*

Quamuis. a Hæc est notab.lex. Vitium testamenti inuisibile, quod requirit altiorem indaginem, non impedit scriptum hæredem mitti in posses.h.d.Contra l.nostram op. Primo ad primum, de reg.iur. l.dolo facit, ff. de doli excep.l.dolo. Sed si testamentum esset nullum ex causa præteritionis, scriptus hæres deberet restituere ista bona, ergo dolo facit, quia petit. Gl. optimè soluit.hoc est uerum, ubi filius sit paratus incontinenti pro2 bare.a Istæ enim † quæstiones, quæ requirunt altiorem b indaginem, 1 non impediunt istud iudicium possessorium, quando agitur summatim, b ut l.3.§. ibidem.ff.ad exhib. & l. si is à quo. in prin. ff. ut in poss. leg. Habuistis.j.quo.bono.l.fi.& in l.cum quærebatur.vnde ui.ubi etiam habuistis not. facit l.ille à quo. §. si de testamento. ad Trebel. Se2 cundo opponitur, quod † exceptio falsi habeat impedire c unde uidec tur obstare supra de or. iud. l.pe.& l.fi. & l.diuus, §. fin.& l.seq. ff.de petu.hær.So.Ibi cum agitur petitorio, hic quando agitur possessorio.

A D D I T I O N E S.

a Peris.Paratus incontinenti probare.Vide Ange.in consi.129.in 2.dubio. Menoch.Gozad.consi.7.nu.3.

b I.A. Altiorem. Quando exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, & quæ possit probari incontinenti, & quæ non, uide per Bar. in d.l.si is a quo. & in extrauag.ad reprimendum. in uerbo, summarie. per Bal.in l.3.ff.ad exh.& l.1.inf. ut in pos.leg.in l.si ex falsis, sup.de trans.& in l.fi.inf.de ord.cog. & Ange.in l.ille à quo.§.si de test.ff.ad Treb.per Card.in c.uenions, de test.per dom.Card.Flo. & Io.de Imo.in c.cum in iure.de off.dele.per Ro.consi.244.

c Menoch.Habeat impedire.Cur.in consi.31.in fi.Ruy. consi.129.in fi.lib.2.

rio. Vlterius op. de l. Papi. §. si filius, ff. de inoff. test. ubi querela pôt opponi in modū exceptionis. So. ibi qñ agit petitorio, hic qñ agit possessorio. Vlterius opp. de l. 1. j. proxi. ubi ēt in possessorio pôt opponi de vitio testamenti. Sol. Ibi loquitur de vitio uisibili, quod apparet ex ipso testamento, hic verò de uitio inuisibili, q requirit altiorem indaginem. Opp. s. de pe. hær. l. liber. So. eo modo, ibi opponebatur de statu defuncti in iudicio petitorio, hic in possessorio. Ad hoc op. de l. lites, j. de or. cog. Sol. & habes optimam gl. ibi dicebat seruus ille cum quo agebatur, & sic erat in iudicio. Vnde persona cum qua litigatur, ante omnia debet legitimari. Sed pñsens lex loquitur, quando defunctus dicebatur seruus. Ex hac solutione no. q † in iudicio quantūcunque summario, persona cū qua litigatur, debet plenè legitimari, licèt ipsa causa requirat summariam cognitionem, quod tene menti.

ADDITIONES.

c Ale. Haerede. No. hic quando quis dicatur decedere sine haerede, & adde, quod ille non dicitur decedere sine haerede, vel succedere, cui fiscus succedit, vt l. habere licere, de eui. ubi est rex. aureus, quem perpetuò no. licèt Ang. in l. ergo. ff. de fideic. lib. contrariam partem secutus sit, & malè, & vide tex. cum gl. sing. in l. cũ facta. §. fi. ff. ad Treb. & dicit Bal. quod Vniuersitas, & Communitas, non potest habere haeredem secundum eum in l. generaliter, in prin. de reb. cred. Et de ista practica, quando constat bona defuncti vacare, & ideo not. Bald. in l. si bona. supra de bo. auth. iud. pos.

tem repudiant, & ista est practica multum certa, sed est dura. Vnde alij dicunt, & h.d.gl. † q ille dicitur decedere sine hærede, qui statim, cum moritur [a] non habet hæredem. Vide istam gl.no.super verbo, nullo hærede, quod puto verum, Puto tamen, quod ad hoc, quod debeat aliqua discussio fieri, vt fiat saltem aliqua proclamatio [b] si est aliquis, qui velit esse hæres talis, ar. j. de renun. pe.l. si eo tempore, tunc nemine comparente [c] transeunt actiones ipso iure authoritate huius l. Venio ad tertium casum, tertius casus est, quando primus fideicommissarius est rogatus de restituendo. Op. quod tunc sit necessaria restitutio, vt l. 1. §. de illo. ff. eo. Gl. hic, & ibi ponit multas sol. Quidam dicũt, quod hic loquitur, quando primus fideicommissarius fuit in mora, ibi secus. Istam reprehendit gloss. quia secundum hoc non esset differentia inter primum commissarium, & hęredem, quod vult hæc lex. Petrus sustinet illam, & dicit, q † differentia est inter hæredem, & fideicommissarium primum, quia in hærede non sufficit simplex mora, sed debet latitare dolo in primo vero fideicommissario sufficit simplex mora. Alij dicunt, q hæc lex corrigit illam, & ista placet magis. Modo habetis contraria particularia huius l. Sed dices tu, † quæ est ratio differentiæ inter hæredem, & primum fideicommissarium? Glo. dicit, Primum fideicommissarium solum habere vtiles, quas transfert per restitutionem, sed hæres habet directas, ideo in fideicommissario primo, non est necessarius ille circuitus. Istud nihil ad propositum, quia & hæres vtiles transfert. Alij dicunt ideo esse, quia hæres potest retinere quartam, nõ primus fideicommissarius. Sed certè hoc, quod de primo fideicommissario dicitur, simpliciter nõ est verum, quia saltem in casibus retinet, qui no. in l. 1. §. inde Neratius. ff. eod. Tu dicas, q ratio potest esse, quod etiam restitutio postquã est facta semel, & sic actiones cęperunt transire de vno in alium, magis de facili transeũt vt l. patre. §. quindecim, de lega. 3. & quia restitutio facta primo per hęredem, prodest secundo [d] vt videatur hæres restituisse sibi primo pro se, & pro secundo, cum casus secundus fideicommissi aduenerit, ar. l. 1. §. de illo. ff. eo. & l. cogi. §. Metianus. ff. e. Quæro, † vtrum sint alij casus, in quibus transeunt actiones sine restitutione. Glo. ponit aliquos, primo quando rogatus de restituendo alienat, tunc. n. in reb. alienatis non est necessaria restitutio, vt habuistis in l. fi. §. sin autem sub conditione. ?. communia de leg. Item est alius casus. ff. eo. l. 1. §. sed & quoties. Item est alius casus secundum quosdam. ff. eod. l. ita tamen. §. si pater. Sed certè ibi fit restitutio si bene inspiciatur. Vltimo not. † quod in omnibus istis casibus, in quibus actiones transeunt sine restitutione [e] indubitanter puto, quod fideicommissarius habet remedium l. fi. ?. de edi. di. Adria. tollen. vt ibi dixi. Tene menti ista, quia sunt bona.

ADDITIONES.

a Paris. Cum moritur. Vide Io. de Ana. consi. 20. in prin.
b Menoch. Proclamatio Neuiz. consi. 33. nu. 25.
c Paris. Nemine comparente. Vide Ale. consi. 37.
d Menoch. Secundo, Goza. consi. 93. nu. 1.
e Menoch. Sine restitutione. Gozad. consi. 93. nu. 1.

LEX VIII.

[a] **Quidam.** [a] Legata, & fideicommissa relicta simpliciter in dubio, à fideicommissario sunt præstanda. Op. ff. eo. l. cogi. §. deinde quæritur. Solu. ibi iussit restitui deductis legatis. Item opp. de l. Marcellus, in princ. ff. eod. Solu. ibi reliquit legata ab hærede nominatim, hic simpliciter. Dic, vt ibi. Opp. 3. de leg. 2. ?. eo. Sol. ibi fuit rogatus restituere partem, hic totum.

ADDITIO.

a Barb. Quidam Et uide Lud. Ro. consi. 272.

Ad legem Falcidiam. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Quod per legem Falcidiam defalcatur, est naturaliter debitum.*

Scire debes. Si Falcidia non detrahitur, donatio non videtur: imò iussus impletur. Hic est casus, & ponitur per glo. nostram, & cam al legaui in l. cum quis, sup. de iu. & fac. igno. Ex hac l. colligitur [a] secundum vltimam rationem dubitationis positam in gl. † quod illud, quod per Falcidiam defalcatur, est naturaliter debitũ: si enim nullo iure deberetur solutio, vt lege hoc iure, §. pe. ff. de do. & l. donari. de reg. iur. & l. cuius per errorem. ff. eodem tit.

ADDITIO

a Ale. Colligitur. Vide quod no. in l eum. qui. sup. de iur. & fac. ign.

LEX II.

Falcidiæ. Falcidia resecat omnia legata pro rata. h.d. Gl. q̃rit in hac l. vtrum Falcidia possit detrahi de vna re & disputat hic: & Cy. etiam & ego etiam dico in l. in quartam. ff. e. ti. & fortè dicemus in l. filium quem habentem. ?. fam. ercis.

LEX III.

Etiam. Etiam quando hæreditas aufertur ab indigno, locus est Falcidiæ. h.d.

LEX IIII.

Et in legatis. Contra Principem est locus Falcidiæ. hoc dicit

LEX V.

1 *Falcidia an detrahatur de mortis causa capione.*

Si mortis. De mortis causa donatione detrahitur Falcidia. h.d. Hoc est clarum, quod de mortis causa donatione detrahitur Falcidia. [a] Sed qd † de mortis causa capione, vtrũ detrahitur Falcidia? Gl. dicit melius, quàm alibi in l. qui pretio. ff. de donatio. causa mor. & ibi ego plenè dixi, etiam dixi multum plenè in l. j. §. item si ita, ad l. Falc. & ibi recitaui etiam opin. Moder. contra gloss. & Dyn. finaliter hoc teneas tu menti, quod de mortis causa capione proficiscente ab hęrede, de voluntate defuncti detrahitur Falcidia, vt infra eod. l. pen. Secùs si absque voluntate defuncti procedit, vt d. l. qui pretio, de donatio. causa mortis. Tu vide in d. l. 1. §. item si ita.

ADDITIO.

a Ale. Falcidia. An de mortis causa capione detrahatur Falcidia, vide omnino in l. pe. infra eod.

LEX VI.

In imponenda. In ratione legis Falcidiæ ęs alienum deducitur, etiam quod hæredi debetur. h.d.

LEX VII.

[a] **In testamento.** In testamento militis cessat Falcidia, non autem cessat deductio æris alieni. h.d. Oppo. ff. ad Treb. l. 1. §. hoc autem, vbi in testamento militis habet locum Trebellianica. Solu. gloss. & benè, quo ad remedium deducendi quartam non habet locum in testamento militis, vt hic, cum si. sed quo ad alia remedia sic, vt ibi. Quæ autem sunt remedia Trebellianicę? gloss. melius hic dixit, quam alibi & vide gloss. quam tene menti, & no. dixi tibi in l. non iustam, supra ti. 1. Quæro vtrum sint alij casus, [b] in quibus Falcidia cessat, quàm in testamento militis, gloss. hic enumerat. Vide & no. Sequitur auth. sed cum testator, quam legam in fi.

ADDITIONES.

a Ale. In testamento. Hæc lex est hodie correcta.
Paris. In testamento. Auth. similiter positam super ista l. repetit latè Ro.
b Ale. Alij casus. Et inquantum hic dicit glo. de legato dotis detrahi Falcidiam, est contra gl. in l. talis. ff. de iur. do. Pro illa facit, quia legatum dotis æquiparatur legato ad pias causas, sed de leg. ad pias causas &c. authent. similiter. inf. eod. tex. est bonus in l. si cui. ff. de condi. & demon. aliàs de condi. inde. Hoc tamen verum est quando dos constituitur pauperi personæ, & imo in omnibus non æquiparatur. De quo vide in l. cum dotem. alleg. in gl. & per Bal. in l. 3. j. de fal. caut. & vide in l. cum dotem, & in l. vsufru. ff. eo.

LEX VIII.

Irritum. Grauatus de restituendo, impeditur testari, licèt fideic. vt ęs alienum veniat deducendum. h.d.

LEX IX.

Error. Indebitum per Falcidiam solutum per facti errorem, repetitur, secùs si scienter, vel ab errante in iure solui.

LEX X.

1 *Filius purè de restituendo grauatus detrahit vnam quartam. Si autem sub conditione detrahit duas.*

[a] **Quamquam.** [a] Frater grauatus de restituẽdo, quod potest detrahere per Treb. ad suos hæredes transmittit. h.d. † Quæro, vtrum sint detrahendæ duæ quartæ. hoc est, legitima debita iure naturæ, & Trebellianica? Glo. disputat hic, & ff. de inof. testa. l. Papinia. §. meminisse. in fin. in Auth. de hæred. & Fal. §. si quis autem non implens. Hodie habemus casum in Decre. cap. Raynutius, & in cap. Raynald. extra, de test. & hoc est verum, & consuetudo obseruat, [b] q possent duæ detrahi, & c. illa loquitur, quando quis est rogatus de restituendo sub conditione, si decesserit sine liberis, vel alia, nam tunc legitimam habet ab initio: Trebellianicam detrahit, cum restitutioni est locus. Sed quando rogatur de restituendo purè, tunc est standum iuri communi, [c] hoc est, iuri nostro, secundum quod in veritate non detrahitur nisi vna quarta,

ADDITIONES.

a Alex. Quamquam. Et ad istum tex. qui probat, quod ius defalcandi transit ad hæredes, vide & adde simile in l. c. inf. quo lega.
And. Barb. Quamquam. Vide Lud. Roma. in consi. 272. & consi. 309. vbi loquitur de duabus quartis detrahendis.
Menoch. Bello. consi. 19. nu. 9. 12.
b Paris. Et consuetudo obseruat. Vide Ale. consi. 185. ad fi. Fr. cõsi. 150. Ro. cõsi. 206.
c Ale. Cõi. Adde Bar. in l. 1. §. interdum ff. si cui plus. q̃ per l. Fal. Sed quid in ascendentib. quia c. Raynu. loquitur in descendentib. Bal. dubitat in l. si à milite. §. pater. ff. de test. mil. & hic adde in l. iubemus, in prin per illum tex. sup. titu. 1. & latius per Oldr. in consi. 158. inci. Factum tale, & Ang. in consi. 118. & Old. in consi. 215. & hic vide Bar. in l. Papi. §. meminisse, de inof. test. & Bal. in l filiæ, in fi. sup. fam. erc. vbi vult, quod filius possit detrahere vnam quartam, & alteram, quatenus in ea plus esset. Idem vbi esset rogatus sub conditione potestatiua & per eundem plenissimè in l. filium, sup. fam. erc. & ibi dicit q sicut institutus in re certa licet grauatus sub conditione non detrahit duas quartas, & q̃ dẽt si grauatus sub conditione, si testm̃ nõ valet, vel nõ valebat, iure testi, valeat iure codicillori si. Et uide Bald. in d. l. Pap. §. meminisse, vbi vř eatẽdere id, qđ dr in Treb ad omnẽ quartã, q̃ accipitur iure instõnis, & sic ad l. Falc. Adde quomodo filius detrahat duas quartas, Bal. consi. 120. 2. vol. Old. consi. 205. Pet. de Anch. consi. 25. in co. vo. quod do. Ale. indecisum reliquit, an ascendentes possint detrahere duas quart. dicas tu, quod Rom. consuluit ascendentes, duas quartas detrahere posse, in sua consi. 239.

ta, vt l. 1. §. pe. si cui plus, quam per l. Fal. Præterea, in legitima computatur quicquid peruenit ad aliquem de bonis defuncti, vt l. quoniã nouella. s. de inof. testa. Ergo si detrahetur primo Trebellianica, illud quod habet iure Trebellianicæ, computatur in legitima vt ibi. Istud autem, quod purè rogatur, sæpè accidit propter clausulam appositam in testamento: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, tunc. n. si ex aliqua causa testamentum est nullum, videntur rogati venientes ab intesta. de restituendo purè. Ideo filius, seu filia non detrahit nisi legitimam.

LEX XI.

Si vt allegas. Si testator pro Falcidia species reliquit, sunt species æstimandæ: & quod ad Fal. deficit, est hæredi supplendum hoc dic. t.

LEX XII.

In donationibus. [a] In donationibus quæ morte cõfirmantur, locus est Falcidiæ. h. d.

ADDITIO.

a And. Barb. In donationib. Pro hac l. vide Lud. Ro. in consi. 73 an detrahatur Falcidia, & consi. 17. an de donatione causa mor. possit detrahi Fal. incipit, Totum fundamentum.

LEX XIII.

Si ea. Glo. sua prima hic ponit casum, & nihil aliud facit. Relictum pro libertate, vsque ad serui pretium non defalcatur, sed in residuo. Et qui relictum agnouit, seruum suum cogitur manumittere. h. d.

LEX XIIII.

Licet. Per successioné extinguitur actio pro hæreditaria portione, tamen in ratione leg. Falc. vt æs alienum deducitur. hoc dicit ista l. leuissima.

LEX XV.

Si prædiorum. De instrumentis prædiorum, Falc. non detrahit, vel aliter. De cartis relictis Falc. non detrahitur. h. d.

LEX XVI.

Successores. Quod relinquitur vltrà vires patrimonij, non valet. hoc dicit.

LEX XVII.

A cohæredibus. De legatis relictis incerto cohæredi detrahitur Falcidia. h. d.

LEX XVIII.

Si quis quadringentorum fortè. De mortis causa capione quæ proficiscitur ab hærede testatore disponente, detrahitur Falcidia. h. d. hæc singularis lex. Circa legem nostram venirẽt quærenda duo, vel tria. Primum, vtrum iste hæres posset adire hæreditatem, antequàm istam conditionem pro solido impleat. Tex. hic videtur dicere, quod sic, ibi, sancimus hæredem si adierit. Pet. dicit contrarium, nam conditiones debent ante omnia impleri in forma specifica, secundum iussum testatoris, vt l. qui heredi. in prin. de cond. & demonstratio. & l. mulier. §. 1. de condi. insti. Nec obstat tex. quia glo. exponit, adierit. i. adire voluerit. Contrarium huius tenet gloss. in l. huius¹ no. l. in princip. de le. 1. vbi videtur dicere, quòd post aditam hæreditatem, siue post aditionem, ista conditio adimpleatur, sed hoc non placet, per tex. hic, ibi, prius eo dato, vel retento, &c. Dic ergo, quòd hoc videtur de mente gloss. hic, quod si quidem illud, quod debet dari causa conditionis implendæ, non excedit dodrantem, ante omnia debet dari, vt ibi prius eo dato, &c. Si vero excedit dodrantem, tunc illud in quo excedit, non debet dari, sed per hæredem retineri. vt in tex. ibi, vel retento, &c. Nec est verum quod dicit Pet. quia imo debet primo totam conditionem implere, & postea residuum repetere, quod est contra istum text. ibi, retẽto. Præterea, sicut legata resecantur per Falcidiam ipso iure ita istud relictum in vim conditionis, in eo quod excedit Falcidiam resecatur ipso iure, &c. Secundo est quærendum, an de mortis cã capione detrahatur Falcidia: tetigi in l. si mortis. s. eo. & plenè in l. 1. §. item si ita, ff. eo. ti. Tertio esset quærendum, an illud, quod datur hæredi causa conditionis implendæ computetur in Falc. Gloss. tangit hæc plenissimé, & ff. eo. l. in quartam.

LEX XIX.

Cum certum. [a] Patia sunt promittere, & dare. h. d. No. vbi est eadem ratio, ibi est idem ius.

ADDITIO.

a Ale. Cum certum. Vide Bal. hic per istum text. infert ad no. q. quando promittit maritus restituere integram dotem, an possit retinere partẽ, quæ sibi defertur ex forma statuti: qualiter hæc l. intelligatur, uide Bar. in l. quod nomine, ff. de cond. indeb. & ad supradictum q. Bal. unde gl. & ibi Aug. in d. Auth. de hær. & falc. §. si verò expressim, & quæ dixi in l. si patronus. ff. de dona. Bar. in l. Centurio.
Paris. Cum certum. Vide ad hanc leg. Fely. in c. veniens, extra, de testamen.

AVTHEN.

1 Testator non possit Falcidiam prohibere, quod sic.
2 Portionem debitam patrono, testator prohibere non potest.
3 Trebellianicam prohibere potest testator.
4 Per legem antiquam possumus extendere legem nouam.
5 Testator quando præsumatur scire vires sui patrimonij, vel ignoranter.
6 Clausula apponenda in testamento, quando testator prohibet Falcidiam.
7 Solutum indebitè per Falcidiam, quando repetatur.
8 Falcidia non detrahitur Inuentario non confecto & integra legata præstantur.
9 In confectione Inuentarij citantur etiam creditores.
10 Si hæres in confectione inuentarij non adhibuit testes loco creditorem absentiũ an inuentarium sit nullum quo ad absentes, & præsentes.
11 Legitima non perditur per non confectionem inuentarij.
12 Trebellianica non perditur per non confectionem inuentarij.
13 Ecclesia hæres instituta non conficiens inuentarium, an incidat in pœnas statutas contra non facientem inuentarium.
14 Inuentarium factum ab hærede an prosit fideicommissario.

Sed cum testator, [a] Primo ponit, quando Falcidia cessat propter defuncti prohibitionem. Secundo ponit pœnam propter hæredis cessationem. Tertio dicit Falc. cessare propter solidi legati præstationem. Quarto addit solennitatem testium ad inuentarii confectionem. Quinto limitat tempus statutum instantiæ. Secunda ibi, & si hæres. Tertia ibi Item si hæres quidam. Quarta ibi, hac quoque. Quinta ibi, nulla. n.

1 Expediamus primam partem videtur, † quod testator non possit prohibere Falc. vt s. eo. l. quod de bonis. §. 1. 2. & si. Sol. aliud olim, aliud hodie: & sic illa iura corriguntur. Istud est certum, sed vnum fecit me iam dubitare. s. ratio l. quod de bonis, §. 1. quæ dicit, quod ideo testator non potest prohibere, quia est contra publicam vtilitatem: si illa ratio esset vera, videtur quod adhuc hodie non possit prohibere. Domini pro certo ista nostra iura moralia [b] variãtur ex tempore, secundum morum varietatem, l. quod de bonis, fuit facta tempore quo erant pagani, nec vita in alio sæculo sperabatur: sed aliud cogitabant, nec aspiciebant merita animæ. Et ideo cogitauerunt, quod si hæres non lucraretur ex aditione hæreditatis, omitteret hæreditatem, & sic testamentum remaneret nullum, quod esset contra publicam vtilitatem. vt l. vel negare. ff. quemad. test. aper. Postea tempore huius authen. Romanum Imperium erat Christianum, & Imperator Iustinianus fuit Christianus, & sic ipse considerabat aliud sæculum, & salutem & merita animæ: vnde cogitauit [c] quod licèt hæres non lucraretur aliquid commodi pecuniarij, tamen ex eo solo, quod facit illum pium actum quod adimplet voluntatem defuncti, habet meritum apud Deum, & propter lucrum istius meriti cogitauit. quod non omitteret aditionem hæreditatis. Præterea Imperator statuit [d] quod in isto casu quando testator prohibuit detrahi Falcidiam, si hæres repudiat hæreditatem, nihilo minus testamentum remanet validum, & vadit ad personas enumeratas auth. hoc amplius, s. de fideicom. vt expresse dicit text. in Auth. de hæredi. & fal. §. si vero expressim, & ideo hodie hæc prohibitio non est contra publicam vtilitatem, quia non tendit ad interitum testamenti, quod tene menti, & iste fuit vnus de casibus quem addidi vobis ad gloss. in l. eam, quam. supra de fideicommiss. quod valent legata, & debentur ex testamento, ex quo non aditur hæreditas. Opp. supra de inof. test. l. quoniam in prioribus, & l. scimus. Solu. ibi loquitur in Falc. debita iure naturæ, quæ non potest prohiberi. [e] hic in Falcidia debita iure institutionis. Et hoc etiam verum apparet, quia
2 etiam † portionem debitam patrono non posset testator prohibere, vt in Auth. de hæredi. & Falcidia. §. penul. Oppo. de lege si vt allegas. s. eo. Insti. de fideicommiss. here. §. sed quia dicit gloss. hic, ibi loquitur in Trebellianica, hic in Falcidia. q. d. testator [f] non potest prohibere Trebellianicam, idem not. in lege si vt allegas, supra eodem. Contrarium tenet gloss. in auth. eadem, vnde sumitur, & Insti. de fideicommiss. hæredi. §. sed quia. dom. Iaco. de Belui. in authenti. eadem, tenet istas gloss. quia non est nostrum legem extendere. Præterea non inducetur legis correctio, nisi in eo quod est in l. corrigente

ADDITIONES.

a Paris. Sed cum testator, Adde circa istam prohibitionem Falcidiæ, quod requiritur, quod expresse prohibeatur, vt per Ang. in §. si verò expressim in Auth. de hære. & Fal. adeo quod non intelligeretur prohibita, si testator iuberet solui legata omni exceptione remota, vide Comen. consi. 191. inc. Magister Ioan. ad fin. Item circa istam materiam detractionis Falcidiæ, vide Franc. consi. 12. vbi ponit an in testamento militis debeatur, & quid de relicto facto filijs, & quid de legato facto matri pauperculæ, & quid quando est dictum, relinquo omnia bona, nunquid autem de donatione causa mor. & de alijs donationib. quæ firmantur morte, detrahi debeat vide Bal. vide & Rom. consi. 7. Quid autem si testator instituit aliquem in vsufructu, & grauet post mortem restituere hæreditatem, an poterit detrahere Treb. vide Roma. consi. 206. Item no. quod si extraneus sit institutus, vt sit custos nomine filij, filius ipse dicitur institutus, & ideo non detrahitur Trebe. secundum Bal. in c. 1. in tit. an agna. vel fil. sep. hære. poss. quid autem si testator instituit plures, inuicem substituit vlt. loco. & deficientibus de domo sua substituat piam causam, an eueniente casu prima subst. possit detrahi Trebel. uide Alexand. consi. 377 ad fi. Item quod ille, qui negat fideicommiss. vel legatum, vel negat aliquam rẽ subiectã esse fideicõmisso, vel aliter quærit subuertere, fideicommiss. priuetur iure detrahẽdi Fal. vel Tre. vide no. Bar. in l. rescripta, in prin. ff. de his q. b. vt indig.
b Ale. Iura moralia. Adde Bar. post gl. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & Barto. in l. nemo potest, de leg. 1.
c Ale. Vnde cogitauit. Illud fuit nouum & sing. dictum Ia. de Belui. in Auth. de hær. & Fal. §. hic nobis, quærit ibi Bal. nunquid isto casu sicut legatum tenet, teneat etiam fideic. vniuersale, & dicit quod nõ, cũ sit in potẽte fideicõmissarij cogere hæredẽ adire.
d Ale. Statuit. Et uide quod dixi in l. eam quam, in uersi. ego addo alium casum. &c. Et addit Bal. in l. filium.
e Ale. Prohiberi. Adde Bar. & Doc. in l. nemo potest, de le. 1. ubi tenent contrarium per Bar. in d. l. Marcellus, hic alleg. Sed quid de altera quarta, quæ debetur alicui rõne cõsuetudinis, uel statuti, an prohiberi possit per testatorẽ, Bal. in uer. de mã quaritur supra, fam. ercis. alleg. cap. Raynutius de test. & ibi per Bald. de quæstio. gloss. hic.
f Paris. Testator. Vide Bar. consi. 6.

a gente expressum, l.præcipimus. in fi.j.de appel. Ego dixi a semper
3 contrarium,†quod etiam Treb.posset ꝓhiberi. Et si dicas, non est
4 nostrum legem extendere, concedo: sed† lex antiqua bene pōt ex-
tendere legem nouam, ut habuistis in l.si quis seruo.de fur. Clarius
no.in l.sed & posteriores.ff.de leg. Sed legem habemus, quæ dicit,
quod in quibuscunq; testamentis cessat Falcidia, in illis cessat Tre-
bellianica, ut in testamento militis, & si qui sunt alii, ut in l.Marcel-
lus.circa prin.uer.quod autem.ff.ad Treb.ergo,&c. Quero, dr̄ hic,
5 sed cū testōr hoc expslit, &c.nō ignarus &c. Quid in dubio, † utrū
b ꝓsumatur b scire testator uires sui p̄rimonii an ignorare? Glo. dicit,
quod præsumitur scire.ut ī.de rescind. uen. l.quisquis.licèt sit arg.
contra Insti.qui manu.non poss.§.in fraudem. vide primam gloss.
Circa hoc dicas. Aut loquimur in actib. morientium, & generali-
c ter testator.c præsumitur ignorare vires sui patrimonii, vt in Auth.
ea.§.si uerò.ver.hoc autem. Insti.qui manu.non poss.§.in fraudem.
& argu.ī.qui test.face.poss. l.hac consultissima.§.at cum humana.
Aut in actib.uiuētium, & tunc aut iste habet bona, quæ ad eum de
nouo peruenerunt, & præsumitur ignorare vires, ut ī.de hęred.uē
di. l. qui nondum. Aut peruenerunt ab antiquo, & tunc aut erant
bona immobilia, & præsumitur scire, ut l. quisquis.ī.de rescin. ven
di. Aut erant mobilia, & tunc si quidem erant præsentia, presumit̄
scire, sed absentia præsumitur ignorare, ut l. in fraudem. ff.qui & à
quib. Prædicta, quæ dixi, quod in actib. morientium præsumitur ig
norare, intelligo, nisi ex aliqua qualitate aliud præsumatur: ut puta
si detrahi uetuit Falcidiam, ex hoc præsumitur sciens, ut hac auth.
6. cum gl.sua. † tamen consilium est, quod in testamento ista uerba
ponantur quando testator uetuit detrahi.Falcid.sciens uires sui pa
trimonii, & non ignorans. Item in ciuitatib. istis, in quib. fit cata-
strum.debet qs alligare omnia bona sua mobilia, & immobilia,
& de his soluuntur collectæ. Ego in his præsumerem scientiam.nō.
n.esset tolerabilis ignorantia facti in suo proprio, quod ita sæpe re-
uideret. Venio ad secundam particulam, quæ non hēt ꝯria.iō trā-
seo ad tertiam. Op.ī.de fideic.l.2.ubi nō præiudicat, nisi in solutis.
Sol. Ibi legata erant inutilia ex alia causa, quā p Falcidiam. Op.de l.
error.j.e.Sol. distingue, quando legatum est indebitum per Fal. si
d quidem hr̄s soluit ignoranter, ignorātia facti in nullo prǣiudicat, d
7 quia† etiam solutū repetit, ut d.l.error. Si uerò soluit sciens indebi-
tum ignorantia iuris, nocet in eo quod soluit, & non in aliis, ut d.l.
error. Si uerò soluit sciēs ius, & factū, ꝑiudicat in eo & ī aliis, ut hic.
Sed si esset indebitum per aliam cām quā p Falcidiam, solutio fa-
cta in uno, nō ꝑiudicat in aliis, ut l. fi. ī.ne uxor pro mari. & habui-
stis no. ī.de test.l.non dubium. Opp.de l.qđ de bonis.§. non idcir-
co.ff.e.Sol. Illa corrigitur per istam. Op.de l.si ex plurib.c. ti. Solu.
ibi nullum legatum fuit integrè solutum in secunda parte illius le-
e gis: in prima parte per istam corrigitur. Venio ad quartā e partem
in qua no. in ultum quod dixi illam solennitatem istorum testium
8 q adhibenī loco absentiū.l.hēno.qđ † inuentario non ꝯfecto, non
pōt detrahi Falcidia, sed p̄stanī solida legata ēt si excedant subam,
Op.de l.successores.j.eo.tit.& de leg.l.si uniuersæ, ff.ad Treb. l.j.§.
pe.Sol. Iura antiqua in hoc corriguntur. Huius ratio est, quia qñ
hr̄s non facit inuentarium, præsumitur quod res hæreditarias sub-
traxerit, & sic hereditas esset soluendo, ut probatur ex tex. in auth.
e.uū sumitur. Quæro, circa istam partem de plurib. primo, hic dr̄,
9 quod dēreui citari legatarii, quid † de creditoribus. Gl. dicit idem,
f & bū, f dic ut in gl. Sed quæro, ecce qđ hr̄s † non adhibuit testes lo-
10 co absentium, de quibus dr̄ hic: inuentariū est nullū, an sit nullum
quo ad oēs ēt p̄ntes, an tm̄ quo ad illos absentes, quorū loco de-
buerunt adhiberi testes? & lex hic uī sonare, qđ sit nullum in totū.
Contra uī in l.de unoquoque.in princ.ff.de re. iu. & l. Fulcinius, §.
quod si aduersus, ff.qb.ex caus.in poss.ea. & in l.non idcirco de iud.
& sic fortè debet intelligi iste tex. salua meliori deliberōne. † Quæ-
11 ro.utrum per non cōfectionem g inuentarii perdatur debitum iu-
g re naturę. Dicit gl. ꝙ non in uer. naturale, qđ puto uerum per text.
in corpore.eo, §.pe.ubi dr̄, quod debita p̄r ono non ꝑduntur. Dice
res tu, quod releuat hoc, cū ipse dēat p̄stare solida legata ēt de suo
proprio, vt hic dr̄. R ñ. dīn Doc.hic. Ric. Mal. & ēt Cy. ꝙ legitima di
minuet legata, & ista legata sic diminuta per legitimam præstabun
tur solida, ēt si excedunt uires patrimonii. Ita intelligunt istā auth.
12 Quæro, an † per non ꝯfectionem inuentarii ꝑdaī Treb. h Ista qō nō
h mouetur à nīis gl. sed à Mod. Doc. sic Do. Cy. vr̄ hic tenere qđ perda
tur. Do. Ia. de Bel. uī tenere ꝯrium, principaliter ꝑ illam rōnem, nō
est nī m legem extendere. Ego aliàs de facto dixi pluries, qđ Treb.
non pdaī ꝑꝑ non ꝯfectionem inuentarii. R ñ. quia non debet indu
ci correctio legū, nisi in casu legis corrigentis, ut j. de ap. l. ꝑcipim⁹
in fi. sed hoc nō reperiī expressum, ergo, &c. dices tu, imò vr̄ exp̄s-
sum in d.l. Marcellus, §. quod abī, in eo qđ dicit, in oī testō, in quo
cessat Falcidia, cessat Treb. ut in testō militis, & si qui sunt alii. R ñ. il
la lex loqtur, qñ Falcidia cessat rōne ipsius testī, sed in casu nostro
non cessat propter testm̄, sed ꝑꝑ delictum hæredis postea cōmis-
sum in non conficiendo inuentarium. & nos non habemus regu-
lam dicentē, in quib. casib. hr̄s perdat Falcidiā ꝑꝑ delictum, perdat
Trebellianicam: ergo non est nostrum legem extendere, & ita ob
13 seruatur cōiter. Quæro circa istam partem, † qđ si ecclesia i vel ali-
i qđ hospitale instituitur hæres, an patiatur pœnas statutas ꝯ nō fa-
cientem inuentarium? Tex. uidetur quod sic, & in auth. ea.§.fin. ubi
dicitur istas pœnas habere locum, siue sit institutus Imperator, si
ue ꝑsona aliqua posita in clericatu, siue pupillus, licet pupillus pos-
sit petere restitutionem. In contrarium facit de iure uī l.i §. an bo-
na. & l.non possunt, vbi fiscus non potest teneri nec creditoribus
nec legatariis ultrà uires patrimonii. Nescio quid dicam, dubito
14 modo. Cogitabitis. Quæro circa istam partem † utrum inuentariū
factum ab hęrede prosit fideicommissario, & utrum fideicōmis-
sarius teneatur facere inuentarium, & vtrum inuentarium fa-
ctum à pupillo prosit substituto suo. dic vt plenè dixi in l. in ratio-
ne.§. quod vulgo, ff.eo. Opp. & videtur, ꝙ mitantia litis debeat esse
triennium, ut l.properandum, ff de iud. Sol. Specialis casus est hic.
quod no. & tene menti ista, quia vtilia sunt.

CONTRARIETAS.

Aduerte, quod Doc. q̄runt in plurib. locis in iure, an ignorantia in
rebus suis præsumatur. & Bar. tam in l. 2. quam in l.quisquis. C.de
rescin.uend. tenuit quod sic. Cōtrarium tñ tenere allegatur in hac
auth. sed cum testator.ver.quęro, dicitur hic. volens hanc regulam
solum procedere in vltimis voluntatib. non in actib. inter viuos. Et
hoc senserunt nouissimi in §.item si quis in fraudem. Insti. de act.

CONCORDIA.

Pro concordia. Tu dic indistinctè, Bar. non sibi ꝯdicit, si videatur
concordia sua in sua distinctione in hac auth. quam subiicit post
specialitatem p̄dictam, qa sunt bona nobis de proximo obuenien
tia, & præsumitur ignorantia, vel maximè, si sunt mobilia, & ita lo
quatur in d.l.quisquis. & in d.l. 2. Si autem sunt bona nostra de anti-
quo, & maximè immobilia, & tunc præsumatur scientia.

ADDITIONES

a Paris. Ego dixi. Ad apostil. ibi positam, uide etiam Com. consi. 25. inci. Franc. instituit in l. Marcellus, ubi etiam Bar. ad l. 1 reb. in prin. uide Bar. consi. 6. & Rom. singu. 791. incip. Est dubium, ubi dicit quod illa dubitatio cessat in filio, qui habet duas quartes, posito ꝙ in aliis sit dubium: retento tamen quod possit prohiberi, stat solenne dubium. utrum in dicendo, grauo te restituere totam hæreditatem, uideatur prohibere Treb. uide Ale. consi. 5. in 2. dub. Ro. consi. 75. ubi etiam ponit quod si dixit, plenarie. & uide omnino eundem consi. 79. & ibi dicitur secundum communem opi. quod possit testator prohibere Treb. ut non procedat in filio. de quo vide Alexan. exclamantem in consi. 67. Quid autem si testator dixit, restituat integram hæreditatem, an uideatur prohibere Treb. V. de Ang. in addit. ad Bar. in l. 1. infra quomodo, & quando 4 pars debe. lib. 10. Alex. in l. Centurio. de uul. & pup. & latius Are. Quid autem si iussit solui legata, omni exceptione remota, uide Com. cōsi. 130. de quo habet supra in alia apost. parua. Item per quæ uerba dicatur prohibita Falc. uel Treb. uide singulariter Pau. consi. 150. & hic, ubi etiam ponit an possit prohiberi in don. causa mor. item per quæ uerba uideantur prohibita, & quid de verbo, totam, uide Pa. consi. 164. Item de eo quod dictum est, quando testator dixit totam hæreditatem, uel similia uerba, an uideatur prohiberi, uide Are. in l. Centurio. de uul. & pup. & faciunt quæ habes in repet. in uerbo, dixo, circa dictionem integrè, uel integraliter, quæ uide omnino.

b Paris. Verum præsumatur. Vide omnino contra hoc Are. in consi. 47. Menoch. Gomes. § item si quis in fraudem, nu. 24. 25. Inst. de actio. Ray. consi. 57. nu. 2. 3. lib. 2. Are. consi. 42. nu. 2.

c Ale. Testator. An generaliter testator præsumatur ignorare uires patrimonii sui, uide per Bal. in l. 2. in 2. q. supra de rescin. uen. & per Iac. de Bel. in d. l. quisquis.

d Ale. Præiudicat. Sed quid in legato annuo, quod solutum est per unum aut duos annos, & non plures, an sibi præiudicet in aliis præstationib. annuis eidem faciendis, uide singulariter Bal. distinguentem in l. non dubium, C. de test.

e Ale. Venio ad quartā. Sed an hoc sit uerum, uide omnino Bar. in l. in ratione, §. quod uulgo, ff. eo & singulariter Bal. in l. filiam. supra fami. erciscu.

f Alexand. Et benè. Et idem tenuit Bald. in l. si omnes, C. si ut se ab hære. absti. & Imol. in capitulo quoniam frequenter, in fin. princip. ut lit. non contesta. & Bald. hic, & in l. fin. supra de iure deliberan. & per Ange. in l. prima § hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per l. Falcid. per Ludo. in l. prima § pen. de uerbo. obliga. per Bar. in consi. inci. maritus fecit.

g And. Barb. Quæro, utrum per non confectionem. Adde Bal. in l. 1. in fi. § pe. ff. de iure delib. & in l. filium, C. famil. ercis. Ang. in auth. hoc amplius, C. de fideic. Sal. contra in l. si § 1 de iure delib. & uide Io. de Imo. in l. 2 ff. si cui plus.

Ale. Confectionem. Adde Bal. in l. cum [illegible] matre, sup. de rei uen. & in l. 1. de bo. autho. iudi. pos. & in l. 1. in fi. ubi per glo. supra de iure delibe. & Iac. Bar. in d. auth. hoc amplius, & ibi etiam ponit quid refert, & plenè per Pau. de Cast. in consi. 11. & Spe. & Io. An. in tit. de instru. edi. § nunc. quid de suo.

Paris. Confectionem. Sequitur Io. de Ana. consi. 42. in fi. Menoch. Dec. consi. 236. nu. 5. ubi latissime. Soc. consi. 133. nu. 7. lib. 1. Dec. consi. 480. nu. 15. 16. consi. 495. nu. 44. Curt. in consi. 54. nu. 7. 8. 9. & Alcia. consi. 309. nu. 1.

h Ale. Perdatur Treb. Communis opinio omnium est, quod per non confectionem inuentarii Treb. non perdatur: contrarium consuluit Bar. in consi. quod incip. Nic. Mat. & hoc idem tenet Lud. in auth. similiter. infra eo. tit. ubi tex. in Auth. de hære. & Falc. § si uerò non fecerit. ibi, & fideicōmissa, quod perpetuo no. & ita uidi de facto seruari, & pauci habent illud consilium quod optimè facit. Sed reperio eundem Bar. consuluisse in alio consi. incip. Quæsitum est an hæres, qui omisit inuentarium, quod nō perdatur Treb. dixi post Imo. in l. 1. § hæc stipulatio. si cui plus quam per l. Falc. Adde an per non confectionem inuentarii perdatur, Treb. quod Bal. pulchre examinat cō. si. 17. 1. lib. & dicit quod de iuris rigore perdatur, nō de æquitate Canonica, de quo uide per eundem consi. 189. 3. lib. Old. consi. 134. Pau. de Cast. consi. 200. & Roma. consi. 276.

i Alexand. Quid si ecclesia. Vide Bar. in l. 1. supra de sacros. eccl. & l. 6. §. fi. infra de iure delib. ubi hoc firmatur, licet hic dubitauerit, & uide Mod. in c. 3 de sol. & 10 in. libri. de acq. hęr. & uide Imo. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per l. Falc. & Bar. etiam in Auth. de hæred. & Fal. tenent primam partem in fi. Adde Abb. cōsi. 34. 1. lib. & 73. 2. lib. tenent speciale in ecclesia, quod non incurrat pœnas statutas contra non conficientes inuentarium, quia esset indirectè alienare bona ecclesiæ. Clericos autem dixit subiacere pœnis illis, quia illæ pœnæ habent locum de iure Canonico, ut dicit ipse per c. Raynal. de testam.

AVTHEN.

1 *Relictum pro anima, dicitur ad pias causas.*
2 *In legatis ad pias causas cessat Falcidia, & est onus hæredis, et legatariorū.*
3 *De fideicommisso uniuersali non detrahitur Trebellianica.*
4 *Legata ad pias causas, ob quæ diminuuntur. & nu. 5.*

a **Similiter.** Opp. ff. e. l. 1. §. ad municipium. Dicunt quidam, quod ibi fuit relictum pro anima, non autem fuit relictum ad pias causas, quia pia causa est, quando relinquitur ad fabricam ecclesiae, uel ad pontem, uel ad aliquid aliud simile. Breuiter, † quicquid relinquitur pro anima, uidetur ad pias causas, ut no. in l. si quis Titio, ff. de leg. 2. Vnde uera sol. est, quod haec lex corrigit iura antiqua. Quaero † in illis legatis ad pias causas cessat Falcidia, an hoc grauet ad onus haeredum, uel ad onus legatariorum. Vide gl. in l. ex asse, ff. eod. & in l. si in testamento. Tu dic, quod onerat haeredes, & legatarios, quia illa legata debent ante omnia detrahi, ut aes alienum. l. sed si non seruus. & l. aeris alieni, ff. eo. & sic ex hoc heres habebit minorem quartam, & alii legatarii habebunt minus de legato. Quaero, utrum b de fideicommisso uniuersali c relicto † ad pias causas detrahatur Trebellianica. Istam q. format Spec. in ti. instru. de edi. §. compendiose, uer. sed cum deductio, & eam format gl. de testa. c. si pater l. 6. Quicquid gl. dicat, ego pluries consului, quod cessat Trebellianica per regulam positam in d. l. Marcellus. uer. quod autem ad Treb. ubi hoc no. & ego ibi examinaui. Quaero, legata minuuntur quandoque propter defectum patrimonii; ut si testator legauit plus quam habebat. Item minuuntur quandoque per Falcidiam, ut l. in quartam, §. 1. ff. eo. Quaero † an legata ad pias causas recipiant diminutionem propter defectum patrimonii, sicut alia legata[a] & uidetur quod non, quia detrahitur ut aes alienum, ut s. dixi. Contrarium puto, sicut dicimus in testamento militis, in quo licet cesset Falcidia, tamen diminuitur propter patrimonii defectum: quae diminutio fit aequaliter in testamento militis, etiam non militantis, ut dicit tex. expresse in l. si post missionem, ff. e. Nec ob. quod dicitur, detrahitur ut aes alienum. Intelligo quo ad quid, s. quo ad computationem falcidiae, non quo ad alia. Quod apparet ex eo, † quia talia relicta ad pias causas minuuntur propter debitum iure naturae, ut ubi tus no. in l. si quis ad declinandam. s. de epis. & cle.

ADDITIONES.

a Alex. Similiter. No. ad han. auth. similiter, quod si relinquuntur uni centum ad pias causas pro anima, non tamen detrahitur Falcidia, si tamen relinquatur ei equus de illo detrahitur tantum quod sufficeret ad utrumque, l. si seruum. cum seqq. & ibi no. Ang. & Imo. ff. eo. & in l. si post missionem, eo. titu. Et hanc auth. similiter, limitant, si locum pius esset institutus, quia a legatis piis detrahitur Falcidia, secundum Ang. singular. §. sed hoc praesenti, in fi. Auth. de sacros. eccl. Item limita singulariter, ut per Ang. in l. decem, de fideicom. lib. Et ad illud quod dixi secundum Ang. in §. sed hoc praesenti. Adde Abb. in cap. praesentia, de prob. adde an si testator legat ad pias causas, & alias personas plus quam habeat in patrimonio, debeat solum fieri detractio de aliis, non de factis ad pias causas, uide Oldra. consilio 111. ubi dicit quod de omnibus.

Paris. Similiter. Circa has duas auth. quas Bart. solummodo legit. Adde primo circa auth. sed in ea, quod procedat etiam in Treb. secundum Bal. hic. Item procedit in prohibitione expressa, secus in tacita quae fit per grauamen de restituendo, secundum Rom. consi. 206. quem reprobat Alexand. hic in apostil. ad Bald. uide etiam de materia d. Fran. consi. 48. Item secundum Rom. ubi supra non procedit in filiis, de quo in de Alex. in l. Marcellus, in prin. ad Treb. & ibi per nouissimos. Nunquid autem ista uerba respiciant legitimam, & quid in Treb. uide dom. Franc. consi. 19 quod ista auth. uidetur singulariter limitanda, ut non procedat quando ille, qui uellet detrahere, esset de familia. Ita probatur in simili ex his quae scripsit Iason prael. seu. Circa uero auth. Similiter, an de relicto ad pias causas Treb. detrahatur uide Rom. consilio 139. Pau. de Cast. consi. 49. uide in materia. Ale. consi. 12. ad fi. in 3 uol. Fran. consilio 6. ubi fortius dixit. Istud uidi procedere in eo, quod immediate relinquitur pauperibus. Item an & quando relictum non mediate, sed immediate peruenturum est in piam causam, impediat detractionem Trebel. uide Roma. consi. 109. circa fi. Item quod etiam si relinquatur alicui hospitali non pio loco, quod tamen non detrahitur Treb. nec Fal. uide Pau. consi. 20. Item an de legato facto a filio patri, uel extraneo, tanquam sit pium possit detrahi Falcid. uel Treb. uide Are. consi. 13. uide Crem. singu. 9. Item an pia causa aduersus piam causam detrahat Treb. uel Falcid. uide Bart. in §. sed hoc praesenti. in Authen. de sanct. episco. Item quod quando in priuilegium alicuius personae impeditur detractio quartae, tale priuilegium non perdit, si illa persona sit grauata alteri restituere, uide Rom. sing. 513. Nunquid autem de legato male ablatorum incertorum possit detrahi Treb. uide Bertach. in tract. de Gabel. in 5. parte 8. partis prin. circa fi. Item an ecclesia aduersus aliam ecclesiam gaudeat priuilegio isto, uide late Barb. quod sic, in consi. 15. uol. 3.

Menoch. Adde de materia quando, s. non sit immediate restitutio ecclesiae. sed extraneo, an debeat detrahi, Bar. Soc. inter consi. Maria. consi. 77. col. 6. & consi. 78. colu. 1. & 2. & consi. seq. & consi. 80. colum 6.

b And. Barb. Quaero utrum. Vide Ludo. Roma. in consi. 203. si cessat Trebe. uide omnino.

c Alexand. De fideicommiss. uniuersali. Vide omnino Ang. in d. l. Marcellus, uersic. quod autem.

a *De caducis tollendis.* a *Rubrica.*

ADDITIO.

a Paris. De cadu. tollen. Circa istam materiam, quid sit non scriptum, quid caducum, & quasi caducum, & de ratione in omnibus, uide Cap. cau. sua 71.

Gl. continuat, quia legata, & fideicommissa multis modis efficiebantur caduca, & inualida, seu perdita, Imperator tollit multos casus, in quibus fiebant caduca, & ideo ponit de cad. tollen.

LEX VNICA.

In nomen. Primo ponit suum procemium. Secundo illud exequitur. Secunda ibi, & cum lex Papia. In isto suo procemio Imperator primo ponit causam, quare fuerunt introducta ista caduca. Secundo ponit unam rationem iniquitatis eius, quia d. l. erat odiosa. Tertio ponit aliam rationem iniquitatis, quia erat contra uoluntatem defuncti. Secunda ibi. & quemadmodum. Tertia ibi, sed & ipsi. In isto principio non habemus alia.

1 *Dies legati quibus casibus cedat.*
2 *Quando dies legati cedat quo ad obligationem.*
3 *Dies legati quando cedat quo ad translationem dominii.*

§. Et cum lex. Haereditas potest adiri a morte testatoris a dies legati, & fideicom. pure, uel in diem certum relicti, a die mortis cedit quo ad transmissionem sublata iniquitate legis Papiae h. d. Primo ponit iniquitatem l. Papiae. Secundo illam corrigit. Secunda ibi, primum hoc corrigens. Opp. j. eo. ti. §. sin autem sub conditione. Sol. hic loquitur in legatis pure, uel in diem certum, ibi in legatis relictis sub conditione. Op. j. e. ti. §. in nouissimo. So. fallit in casib. ibi positis. Op. de l. haeres meus. ff. de cond. & de. Sol. licet ibi dies incerta sit, tamen quia est omnino extitura in uita legatarii, habetur pro pura. Op. de l. si dies, §. fi. ff. quando dies leg. ced. Sol. ibi erat conditio tacita, quae non habet suspendere legatum. Venio ad gl. super uerbo, cedere quae est difficilis, & seipsam male explicat. Opp. & uidetur quod dies legati non cedat, nisi ab adita haereditate ut l. si tibi homo. §. cum seruus ff. de leg. 1. & l. & eleganter, §. item si seruus. ff. de dolo. Gl. quae est hic dicit quod istud, quod hic dicitur, quod dies cedit a tempore mortis, est uerum quo ad transmissionem, non quo ad inducendam obligationem, uel transferendum dominium, uide gl. si dicis hoc. Op. de l. cum quis Calendis, ff. de uerb. ob. Sol. dicit gl. aliud in contrahib. aliud in ultimis uoluntatib. Sed certe hoc non est uerum simpliciter, quia quo ad obligationem idem est in contractib. quod in ult. volun. ut statim dicam. Tria sunt ergo hic examinanda. Primo, † quando cedat dies leg. quo ad transmissionem, & in hoc non est dubium, siquidem legatum est purum, uel in diem certum, cedit a tempore mortis, ut hic. Fallit in casib. qui ponuntur j. e. §. in nouissimo. Si uero legatum est conditionale, ut sub die incerta, cedit ab euentu conditionis, uel diei incertae, ut j. §. sin autem sub conditione. Fallit quando dies est incerta omnino extitura, uiuente legatario, ut in l. haeres meus. 1. responso. ff. de cond. & dem. Item fallit in conditione, quae tacite inest, ut l. si dies, §. si quando dies leg. ced. & l. conditiones extrinsecus, ff. de cond. & dem. & l. 3. ff. de leg. 1.

2 Secundo est uidendum, † quando cedat dies legati quo ad obligationem. Resp. ante aditam haereditatem non potest cedere quo ad obligationem, quia non est persona, quae obligetur. Item obligatio illa oritur ex quodam quasi contractu, qui contrahitur aditione, ut Instit. de obli. quae ex quasi contractu, §. haeres, & l. ex maleficiis, §. haeres, de act. & obli. & l. apud Iulia. in fi. quib. ex cau. in pos. ea. unde ante celebratum istum quasi contractum, non potest dici obligatio, post aditam uero haereditatem si quidem legatum est purum, statim contrahitur obligatio, quia haeres obligatur. Si uero legatum est in diem certum, & tunc idem regulariter, quia statim nascitur actio, licet obstet exceptio. l. 1. in fi. ff. quando dies ususfruc. leg. ce. Fallit in ususfruc. ut ibi dicitur, & sic quo ad obligationem est idem in contractib. quod in legatis. Unde gl. hic, in hoc non bene dicit. Si uero legatum est sub conditione, uel die incerta, tunc cedit quo ad obligationem adueniente conditione, ut l. cedere diem. de uer. sig. & si conditio sit tacita, ut no. in l. item quia. ff. de pac. Tertio est uidendum, † quando cedat dies legati quo ad translationem dominii. Respond. si quidem legatum est purum, cedit ab adita haereditate uere, a tempore mortis ficte, ut l. si tibi homo, §. cum seruus. de leg. 1. & l. a Titio. in fi. ff. de furt. & ibi no. Si uero est relictum in diem, tunc non transfertur dominium nisi die adueniente: ut l. Sempronius Attalus. de usufruc. lega. & l. si seruu. usufru. quemadmodum cau. Si uero est relictum sub conditione, non est dubium quod non cedit, nisi conditione adueniente, ut l. fi. §. sin autem sub conditione, supra comm. de leg.

ADDITIO.

a Ale. Sin autem. Sed iure antiquo ante l. Papi. quo tempore cedat dies leg. uide Bartol. post gl. in l. cum qui. de cond. & dem.

2 **Et cum triplici.** a Legata aut sunt pro non scripta, aut quasi caduca, aut uere caduca. h. d.

ADDITIO.

a Paris. Et cum triplici. Circa declarationem istorum omnium, quid sit pro non scriptum, quid caducum, & quid quasi caducum, uide Cepo. cau. 71. de quo scripsi in rubrica.

1 *Legatum pro non scripto, quando accrescat coniuncto.*

2 **§. In primo.** a Hic incipit exponere primum, & habet hoc d. Pro non scripta uadunt ad substitutum uel coniunctum, uel remanent apud eum, a quo relinquuntur sine aliquo onere. Op. de l. si quis cum. ff. de cond. & dem. Sol. ibi legatum primum ualebat, sed onus ei iniunctum erat inutile. Opp. ff. de leg. 2. l. codicil. in prin. Sol. eo. mo. Op. de l. si duob. §. fi. ff. de leg. j. Plures sunt sol. Illa est uera, quia ibi persona eius cui relinquit, licet in rerum natura non esset, tamen sperabatur esse: hic non erat, nec esse sperabatur. Op. ff. de leg. j. l. plane, §. si coniunctim. Gl. quae est hic, dicit † quod certa est, quod pro non scriptum accrescit coniuncto. Fallit in quibusdam casib. in quib. non accrescit coniuncto. Gl. ponit hic tres casus, quos uide. Dy. in d. l. plane. §. si coniunctim, ponit unam suam distinctionem per unum modum. Distinguit. n. aut legatum est inutile ratione personae legantis, aut ratione legatarii, aut mixta consideratione utriusque; &c. quae distinctio infert uarietatem casuum, non rationem eorum, & ideo sic ex ea nihil utilitatis potest is percipere; Tu ergo dicas sic. Quando legatum est omnino pro non scripto, coniuncto accrescit, ita loquitur hic: sed quando legatum est aliquo respectu

ADDITIO.

a Alex. In primo. Hunc §. notanter limita per tex. in l. fi. & ibi no. Bar. C. de his quae pro non scrip. haben.

respectu validū, tūc nō accrescit ꝯiuncto: ita loquuntur omnia cōtraria. Primo qn̄ testator legat Titio, & seruo suo, nam legatum seruū licet mero iure non teneat, tenet tamen de quadam æquitate, quia nō debet esse hæres ita impius, quin det: ita loquitur l. pe. ū. de necessar. ser. hęr. inst. Item secundus casus quando testator legat mihi, & Titio seruum meum legatum rei meæ, non est inualidū, quia saltem ego habeo ius retentionis in parte mea. Tertius casus est quando legat mihi, & non capaci, non est omnino inualidum, quia debes intelligere tali incapace, à quo auferatur tanquàm ab indigno, & non applicetur fisco, aliàs dictum gl. non procedit. Plenè dixi in d. l. planè, §. si coniunctim. Op. ī. e. §. his ita. & ff. de leg. 1. l. ciuitatib. §. Lucius. Sol. vt dicam in d. §. &c.

[a] ## §. Pro secundo verò.

[a] Quasi caduca vadunt ad substitutum, vel cōiunctū, [b] vel remanent apud eum, à quo sūt relicta cū onere suo.[b] h. d. Op. ff. de adi. leg. l. filio. §. matri. Dīt qdam, ꝙ illa corrigit. Alij dīt quod ibi mater fuit electa vt nuda ministra, quod esset ꝯ illum text. licèt glo. sic videatur tenere vbique. Dicit Per. quod ibi ideo, quia deficit ibi legatum ex volūtate testatoris: hęc lex loquitur qn̄ deficit casu. Item op. & videtur quod substitutus non admittatur, vt ff. de capti. l. quod si filius. Sol. Ibi loquitur in pupillari substitutione, q̄ non pōt hr̄e locū in filio decedente in vita patris, nam cum pupillaris substitutio, sit testm̄ filij, oportet, qđ filius sit talis conditionis, quod pos- [c] sit testari, nisi impediretur p p ętatem, sed si decedit in ptāte,[c] est ibi aliud impedimentum, merito non potest hr̄e locum in decedente in vita patris: hic loquitur in substitutione vulgari. Op. & vr̄, qđ non sit de nouo inuentum, quia erat de iure antiquo, vt l. si Titio, & Mæ- [d] uio. §. Iulia. ff. de leg. 3. Bf, q cquid glos. dicat,[d] dic, qđ hic fuit inuentum de iure antiquo Digestorum, postea erat correctum per l. Papi. hodie verò per hanc ꝗōnem reditur ad ius antiquum Digestorum. Opp. de hær. instit. l. sub condit. Dicit gl. ibi loquitur in ꝯditione, cuius existentia non hēbat alteri inferre commodum, hic verò erat talis ꝯdō, quę alteri cōmodū inferebat, merito intelľr repetita. Op. de l. Celsus. §. pe. & fi. de leg. 2. Sol. vt dicam ī. e. §. his ita. Vlt. quęrit glos. quid si legatum tenet, sed non tenet onus sibi annexum? Dic plenè vt l. codicil. in princ. de lega. 2. vbi glo. ibi ego plenè dixi.

ADDITIONES.

a Ale. Pro secundo verò. Limita istum tex. in eo, quod dicit, quod substitutus pręferatur coniuncto per casum l. quamuis, supra de impub. & l. quidam testamento, de vulg. & pup. vide Bar. in l. a. in prin. in vlti. q. versi. item quæro. ff. de vulg. & pup. Bar. Pro secundo, & de iure accrescendi, vide Lud. Rom. consi. 79. incip. Quod reliqua hæredem.

b Paris. Cum onere suo. Vide latè Soc. in l. quæ conditio. ff. de condi. & demon.

c Ale. Decedit in potestate. Adde Bar. in l. si duob. in prin. de leg. 1. & gl. & Doct. in l. fi. in ver. dabitur ff. si pars hære. pet.

d Ale. Dicat. Bar. tenet contra in l. si sub conditione, & in l. quæ conditio. ff. de cond. & demon. vide hic Cy. & infra eod. l. ubi autem.

1 *Legata in quibus casibus transmittantur hæreditate non adita.*
2 *Quare in casibus hic expressis non cedat dies legati, nisi ab adita hæreditate.*
3 *Quid in seruitutibus realibus.*

[a] ## §. In nouissimo.

[a] Legatum purè, vel in diem certum, cedit à tpe mortis quo ad transmis- [b] sionem, exceptis casib. hic expressis. hr̄ditas verò non adita[b] non transmittitur. h. d. Opp. ff. ad Syll. l. si quis ingrauescente. §. eleganter. 1 Sol. Fallit in † casu illo in quo hæreditate non adita transmittitur, 2 & in alijs, qui no. in l. ventre. ff. de acq. hær. Quæro † quæ est ratio, ꝙ in casib. hic expssis non cedit dies, nisi ab adita hr̄ditate. Rō est, quia quando legatario non expedit, ꝙ cedat dies à tempore mortis, nō cedit. Hoc aūt ꝯtingit in istis trib. casib. nam libertas non pōt trāsmitti ad hæredē, & iō nō pōt dici, ꝙ cedat dies quo ad transmissionem. Item qn̄ relinquit̄ aliquid seruo, nō expedit sibi, ꝙ cedat dies legati à tpe mortis: quia cū reperiret ipsum seruum, acqreret dn̄o suo, & sic ipsi hr̄ditati, q̄ interim est loco dn̄i, merito expectatur hæreditatis aditio, quia tūc erit liber, vel alterius. Idē in vsufructu, quia vsufructus nō transmittitur, merito nō dr̄, ꝙ cedat dies eius quo ad transmissionem. Ex quo apparet solu. cuiuisdam q. quam facit glos. 3 † Quid in seruitutib. realib. Glo. videtur dicere, ꝙ cedit dies sicut in vsufructu. quod est falsum, quia cessat illa ratio quæ est in vsufructu. Facit ad hoc ff. de ser. leg. l. si fundum. Vide circa hoc quod no. in l. j. & 2. ff. quando dies lega. ced. vbi glo. dicit idem, quod hic.

ADDITIONES.

a Ale. In nouissimo. De ista dictione nouissimè, vide Barto. in rub. ff. de no. ope. nunc. Barb. In nouissimo. Adde Bart. in consi. 159. inci. Proponitur, ꝙ domina Cuciarella, & vide Lud. Ro. in consi. 321. de legato non agnito transmisso, utrum legatum debeatur à substituto si relinquitur ab hærede, & vide eundem Lud. Rom. consi. 32. Paris. In nouissimo. An aūt illa regula, ꝙ hæreditas non adita non transmittatur, habeat locum in monacho, ita, ꝙ si non adeat, ecclesia priuetur, vide Ange. consi. 26. inci. In Dei noīe, super 2. puncto, in 4 dub. & de hac transmissione, hæreditatis, vide Ale. consi. 454 nunquid autem fideicom. ꝙ debeatur ex clausula codicillari rupto testō transmittatur non aditum, vide Bar. consi. 12. & in consi. seq. circa fi. ubi ponit, quid de fideicom. Item plures casus in quibus transmittatur hæreditas non adita, vide per Bar. & alios in l. ventre ff. de acq. hære. Itē, quid si statutum diceret, quod qualibet hæreditas delata transmittatur non adita quæ intelligatur, & an opus sit, ꝙ ipsa sciat sibi delatam, & qn̄ delata dicatur, si fortè erat relicta sub conditione, quæ in rerum natura sub conditione erat purificata, sed institutus ignorabat, vide Ant. de But. consi. 79. concludit, quod sufficiat esse delatam, licet hæres ignoraret, & multa alia ut ibi, per eū. Item de materia & plurib. rationib. an hæreditas non adita transmittatur, vide Iaso. in l. emancipata, vbi per discursum multa alia ponit de materia transmissionis hære. l. vel bon. poss. &c. qui admi.

b Non adita. Et quæ sit ratio, vide Bal. in l. si auia, ff. de iure delib. & Sal. in l. apud hostes. supra de suis & legi. quod limita vt per Bar. no. in l. a. in fi. ff. de vulga. & pup.

[a] ## §. Sin autem aliquid.

Legata relicta sub conditione, vel in diem incertū cedunt à die aduenientis ꝯditionis, vel diei incertæ, & si efficiantur caduca, vadunt ad substitutum, vel substitutos, vel coniunctos, vel remanent apud eos à quibus relictum est, si sunt hæredes grauati pro hæreditaria portione: si sunt alij pro virili cum onere suo. h. d. Opp. de l. heres meus, in princ. ff. de cōdi. & demon. & l. si cum hæres. ff. quando dies leg. ced. Sol. Breuiter, ꝙ hic dr̄ de cōdit. intelligo nisi sit talis conditionis, quę insit tacitè, vt l. 3. de leg. 1., & l. conditiones extrinsecus. de condi. & demon. vel nisi sit omnino extitura in vita legatarij, vt in legibus contrarijs. Oppo. ff. de acqui. hæred. l. qui patri. Solutio ille est mirabilis casus, & singularissimus ibi. Ratio, quia ius substitutionis erat vnitum cum iure accrescendi, vt ibi plene dr̄.

ADDITIO.

a Paris. Sin aūt. Circa istam materiam qđ legata sub conditione non transmittantur, si ante purificati conditionē moriatur legatarius, limita signāter procedere, qn̄ esset conditio momentanea, secùs si esset successiua, puta si habitauerit cum tali vsquequo mr̄imonium contraxerit, vel mortuus fuerit, quod si legatarius cœperit habitare, licet postea moriatur ante tempus litatum in cōdōne, habeat legatū integrū, vide Io. de Ana. cons. 8. incip. Viso puncto, & eundem no. in cōs. 79. Item ꝙ vbi constat de voluntate testatoris expressa, vel tacita con fitione, transmittatur, & econtra, nisi de voluntate constat, vide Soc. in l. 3 de leg. 1. & ibi dī, ꝙ legatū de se non efficitur cōdōnale, ubi apparet de mēte. Et de eo qđ dictū est qn̄ cōstat de mēte cōdōnaliter transmittitur, vide Soc. in l. hr̄edes me. §. cū ita, ad Treb. Ale. Sin autem aliquid. Quando legatum soli conditione transmittatur, vide Bal. in l. 1. sup. ut act. ab hære. & contra hæred. Ad intellectum istius tex. vide Barto. in l. quamdiu. l. a. 3. ff. de acqui. hære.

Barb. Sin autem. Vide Barb. in cōsi. 159. incip. Proponitur Domina Cuciarella. & in consi. 170. incip. Rathat. condidit testa.

Menoch. Adde Castr. consi. 291. lib. 2. Cran. consi. 15. num. 3. Dec. consi. 129. Paris. consi. 54. lib. 1. & Castr. l. 2. C. si à non comp. iud.

[a] ## §. Nec autem.

[a] Quod dictum est quod legata transeunt vel remanent cum onere suo, intelligitur de onere, quod consistit in dando, vel faciendo id, quod potest per alium explicare: secus si constat in facto, quod certæ per [b] sonæ cohęret.[b]

ADDITIONES.

a Ale. Nec aūt. Vide eum in l. si decesserit, qui satis. cog. qn̄ aliquid videatur commissum cōsciæ alicuius, præsumitur ex qualitate facti, vel personæ, ut est text. licet in alijs terminis quam hic. qui tex. vr̄ melior de iure in c. si. ubi hoc declaratur per gl. & Doc. de of. dele. Plus dicit hic Imo. qđ si Papa in literis delegatorijs dixit, & in hoc tuā cōsciētiā oneramus, quod vr̄ electa industria personæ, tex. est ubi no. do. Card. in Cle. 2. de iureiu. Facit l. probatorias. inf. de diuer. offi. lib. 12. & l. per hanc inf. de ero. milit. li. 12. Sed uide gl. in l. eos, in prin. inf. de appel. quæ intelligit textū istū, qui dicit prima sententia hēt locum, sicut fuerit lata per delegatū, uide text. l. vel singulos. ff. de test. in ver. proprio chyrographo. contra gl. quæ vr̄ dicere cōtrariū. Itē si requiritur, ꝙ al quis interfit, & requiritur pītia in aliquo actu, nō pōt uices suas alteri committere, ut dicit Bald. in c. quamuis. de offi. deleg. & ibi aliquid per Moder. & Bald. & in l. a. in fi. sup. qui admi. adde quando testator committit, quod fiectur conscientiæ alicuius quid importet, Rom. consil. 359. per Angel. consi. 93.

b Paris. Personæ cohæret. Vide in materia legatorum, q. 10. l. si testator apposuit aliquod onus alicui, quod censeatur onus cohærere personæ, nec transit ad successorem, uide Anto. de But. in consi. 48. inci. Absque diffusione allegationum.

1 *Legatum pro non scriptum, non transit cum onere.*
2 *Ius accrescendi habet locum etiam si ille cui accescit, sit defunctus.*
3 *Portio vnius ex hæredibus deficiens, quare accrescat cohæredib. inuitis, & quod aliud sit in legatis.*
4 *Coniuncti verbis dicuntor illi qui in vna & eadem oratione ponuntur.*
5 *Disiuncti uerbis dicuntor illi, qui ponuntur in diuersis orationibus.*
6 *Quando copula cadit inter duas orationes, non inducit coniunctionē uerbalem.*

§. His ita.

Illa est bona materia. Portio vnius ex cohr̄dibus deficiens, cohr̄dib. inuitis accrescit pro hæreditaria portione, si oēs sunt ꝯiuncti, vel disiuncti, ꝯiunctis primo, postea disiunctis accrescit cū onere suo. h. d. No. istam tex. ibi, hoc ita tam variè, &c. q dicanī ꝯiuncti verbis, & qui disiuncti, de quo facio magnum festū in l. re cōiuncti. de leg. 3. Dr̄ hic, qđ portio hęreditatis, quocunq; mō deficiens, vadit ad cohr̄des cum onere. Contra, 1 † p non scripta[a] nō transeunt cum onere, vt ī. eo. §. in primo. Solu. [a] Dicit gl. aliud in legatis, vt ibi, aliud in hr̄ditate, vt hic. Rō, quia legatum pro non scriptū, ab initio est nullū, cū non sit psona, in qua fuit deī, neq; verè, neq; fictè. Sed hr̄ditas hēt psonam repræsentatā, vt l. noua. ff. de noua. & l. hæres qn̄que. de acquir. hęred. & l. si ex re. §. fi. de stipul. ser. & l. omnis hęreditas. & l. omnia ferè. de reg. iur. Sed cōtra hoc oppo. ff. de legat. 2. l. Celsus, §. pe. & fin. gloss. videtur dicere quod hic corrigit. Tu dic, quod ibi hæreditas fuit pro non scripta, tamē legata erant relicta ab hærede, cuius portio deficit in totum, merito, quia tunc est eadem rō, quæ in legato accrescit sine onere, & istum passum gl. examinat, & ibi plenè dixi in l. quæ conditio. in prin.

ADDITIO.

a Ale. Contra, pro non scripta. Et est differentia inter §. istum, & §. 1. supra eod. quia hr̄ditas iacens repręsentat psonā defuncti, & sic si hæres institutus est mortuus, hr̄ditas manet iacens, q a tenetur ad omnia onera, ad quæ tenebatur defunctus, cum ipsam repręsentet, unde ad quęcunq. trāsit cū onere. Legatum verò defunctum in aliquo non repræsentat. Et ita vult hic sentit e Bald. & melius in l. re coniuncti. de leg. 3. ubi dicit hanc rationem esse, nec tactam ab aliquo alibi.

prin. ff. de cond. & dem. Opp. de l. 2. §. fi. de legat. 3. Sol. ibi vadit hęreditas ad alium venientem ab intestato pręter spē defuncti. hic verò vadit ad cohęredes succedentes ex dispōne defuncti. Secundo habes hic, † quod ius accrescendi habet locum, et si ille cui accrescit, sit defunctus. Simile de condi. & demō. l. hęc scriptura, §. fin. & ff. de suis & legit. l. ex plurib. Inst. ad Orfi. §. fi. Contra istud opp. ff. de vul. & pupill. l. sed si plures, in princ. & ī. ea. l. §. in nouissimo. vbi dicitur, quod hęreditas non adita non transmittitur, siue sit institutio, siue substitutio. Sol. aliud in iure accrescendi, vt hic, & similibus, aliud in iure instōnis, vel substōnis. Ratio, qa ius accrescendi in omnib. pręter quam in vsufructu, dr̄ inesse portioni, nō personę, vt l. Titio. §. t. de vsufru. & l. an eadem. §. j. & ibi no. de excep. rei iud. meritò transit istud ius ad quemcunque transit portio hęreditatis, vt l. si totam. ff. de acq. hęre. Ius vero institutionis, & substitutionis, inest personę, vnde merito ante aditionem nō trāsmittitur. † Tertio habes hic, ꝙ accrescit inuitis.[b] Contra ĵ. prox. §. Sol. Aliud in legatis, aliud in hęreditatibus. Ratio patet, non pōt quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt l. ius nostrum, ff. de reg. iur. quod non accidit in legatis etiam nemine volēte legatum, cū sint hęredes apud quos remanet. Et istum passum vtrum hrdītas accrescat inuitis, dic vt dixi ī. de iure delib. l. quidam eulogio. in illa q. qn̄ vna portio defertur à testatore, alia ex legis dispōne. Ad vltimum dictum oppo. & habetur hic, quod primo vocantur coniuncti, q̄ disiuncti. Cōtra ff. de hær. inst. l. item qd̄ Sabinus. §. j. Istud est difficile ꝯtrarium. Breuiter ista est vera solu. quod ibi omnes sunt disiunctim, & nullus est ibi coniunctus. Vltimo rogo te, quod teneas menti istas duas regulas, quæ ponuntur hic in ver. hoc ita tam variè † quod illi dicūtur coniuncti verbis, qui in vna & eadem oratione ponuntur. Illi † dicuntur disiuncti verbis,[c] qui ponuntur in diuersis orationibus, quia alibi non habes ita clarè. Ex hoc dico ego quod † quando copula cadit inter duas orationes, non inducit coniunctionem verbalem text. est in l. sicut in annos §. j. ff. quibus modis vsusfruct. amitt.

ADDITIONES.

a Ale. De lega. 3. Vide Bar. in l. si duobus. §. 1. de leg. 1. & ista l. Celsus, hic alle. facit magnam limitationem ad ea quæ dicuntur d. l. si quis a filio, in princ. de leg. 1 ibi relicta ab instituto censentur relicta à substituto, illud est verum nisi nominatim ab hærede fuerint legata, vt puta à te Titio lego. quo casu ita videntur relicta solum, si ille sit hæres, d. l. Celsus. unde Bar. in l. non iussam, ad Treb. ad de Bart. in terminis in l. Titia. l. 3, de leg. 2. & in §. 1. & ibi per gl. Insbt. ad l. Fal.

b Ale. Accrescit inuitis. Ad istum §. unde Bart. in l. 1. sup. quando pet. par. & vide Cy. melius loquentem, & Bal. in prox. § in princ.

c Alex. Disiuncti verbis. Vide hic per Bar. in §. proxi. per Bal.

---

1 *Coniuncti re dicuntur illi quib. ex exp̄ssa dispositione testatoris tota res assignatur.*
2 *Legatarij quando sunt coniuncti verbis, & disiuncti re, tunc portio vnius deficiens remanet apud alios sine onere per ius accrescendi.*
3 *Quando plures sunt coniuncti verbis tantum, tunc est locus iuri accrescendi cum onere.*
4 *Quando plures sunt re coniuncti tantum, est locus iuri nō decrescendi sine onere.*
5 *Si sūt coniūcti re, & verbis, an accrescat seu nō decrescat cū onere, vel sine onere.*

§. Vbi autem.

[a] In legatis portio deficiens accrescit cōiūctis cū onere suo. Sed si legatarij sunt disiuncti verbis, & coniūcti re, omnes acceptāt, sibi partes faciunt per concursum, nisi testator aliud expresśe disposuit. Et si vnius portio deficit, apud alios remanet per ius non decrescendi, sine onere. h. d. Ex isto §. no. singulariter istud quod † illi dicūtur re cōiuncti, qb. expressa dispōne testatoris tota res assignatur cuilibet. Vide text. quia sermo testatoris, &c. Simile habetis in l. idem Neratius. de vsufruct. accrescend. Opp. ad istud prin. & videtur quod non accrescit cum onere, vt ī. eo. §. 1. Solut. Ibi in pro non scriptis, in caducis, vel quasi. Opp. ĵ. eo. ver. sin aūt ad deficientis, quem modo legi. Solu. ibi loquitur † in coniunctis verbis, & disiunctis re, qui cum veniant per ius non decrescendi, remanet apud eos sine onere. Oppo. dicitur hic, volentib. cōtra ī. prox. §. Solu. Aliud in hęredib. aliud in legatarijs. Venio ad §. sin autem[b] ad deficientis. & opp. ī. eo. pro secūdo. & §. in nouissimo. Sol. vt modo dixi, hic veniunt per ius non decrescendi, ibi per ius accrescendi. Circa hanc l. forino q. nos habemus, † quando plures sunt coniuncti verbis tantum, tunc est locus iuri accrescendi cum onere. Item † quādo plures sunt re coniuncti tantum, tunc est locus iuris non decrescendi sine onere. Quæro, † quid si sunt cōiuncti re, & verbis, vtrum accrescat, seu non decrescat cū onere, vel sine onere. Gloss. hic dicit cum onere. Vide eam super verbo, non sentiat, in fi. Pet. de Bellaper dicit contrarium. Cum non sint coniuncti re, & verbis, ex eo, quòd sunt coniuncti re, veniunt per ius nō decrescendi: apparet, quod debet remanere sine onere, dicit ipse. Glo. tenet contrarium, & ego, vt uidetur mihi, teneo glo. nostram in l. re coniuncti, de leg. 3.

ADDITIONES.

a Barba. Vbi autem. Vide Bart. in cons. 181, incip. Pro examinanda veritate pro §. vbi autem, si habet locum ius accrescendi in fideicom.

b Paris. §. sin aūt. Circa istum §. dum dr̄ in eo, & alleg. q. si testator idem voluisset in vno, qd̄ in alio, vtiq; expressisset, uide Ale. cons. 155. vol. 2. & cōs. 102. uol. 3. ad fi.

---

§. Quæ autem.

Quę dicta sunt de hędītatib. q̄ auferuntur ab indignis, intacta permanēt. h. d.

§. Cum autem.

Hęreditas nō adita non transmittit̄, sed vadit ad cohęredes, vel ad venientes ab intestato, vel ad fiscum.

1 *In donatione, causa mortis habet locum ius accrescendi.*
2 *Quæ prosunt omnibus, debent præferri vtilitatibus priuatorum.*

§. Hęc autem omnia.

[a] Hac lege statuta locum hn̄t in testamētis, codicillis, & donationibus causa mortis. h. d. Not. ex isto tex. † quod in donatione causa mortis habet locum ius accrescēdi, qa formaui quęstionem de hoc, quando repetij l. re coniuncti, de leg. 3. & eam dimisi indecisam, sed hic hēs tex. Vltimo not. † q̄ ꝓsunt omnib dēnt p̄ferri vtilitatib. priuatorum, vt in auth. res q̄. ī. commu. de lega. &c.

ADDITIO.

a Alc. Hæc autem omnia. Et uide Bar. in l. si mihi & Titio de uerb. obli. & Bal. in l. 1. in fi. quando non pet. par. & Barto. in l. cum hi, in princ. ff. de transac.

De his, qui ante apertas tabulas. **Rubr.**

LEX VNICA.

1 *Filius, vel alius in potestate decedens, hæreditatem sui parentis non aditam, & ignorans, transmittit ad quoscunque.*
2 *Descendentes qui non sunt in potestate, hæreditatem ascendentium non agnitam transmittunt ad descendentes, non ad extraneos.*
3 *Hæreditas non adita, an etiam transmittatur ad descendentes.*
4 *Fideicommissum conditionale relictum ab ascendentibus non transmittitur ad descendentes, fideicommissario defuncto conditione pendente.*
5 *An ista lex habeat locum siue isti descendentes fuerint nati in vita illius, de cuius hæreditate agitur, siue postea.*

Per hanc.

[a] Hæreditas ascendentium nō adita trāsmittit̄ ad descēdentes, nisi repudiata sit. Idem in legato nō agnito. h. d. Diuidit in tres partes. Primo ponit vnum statutum qd̄ cōtinet ius speciale. Secūdo ponit aliud, qd̄ ꝯtinet ius cōe. Tertio ponit rōnem. Scd̄a ibi, qd̄ si. Tertia ibi, si qdē. Hæc est singularis ꝯstitutio, & noua. Opp. sup. de iur. delib. l. 3. Dīt qdā, ꝙ hic loquit̄ de filio, qa erat in ptāte, & ibi de emancipato, hoc est falsum per istum tex. qui loquitur in matre, & auia: dicas ergo, ꝙ hoc spāle in descendentib. vt hæreditas ascendētium non adita transmittatur ad descendentes. Contra hoc opponitur, quia descendentes transmittūt hęreditatem ad quoscunque, vt l. hrdītate. §. filius, de castr. pecu. dixi plenè ī. de iure delibe. l. si infanti. Sol. † Filius, vel alius in ptāte decedens hæreditatem sui parentis non aditam, & ignorās transmittit ad quoscunque, vt dixi in l. si infanti, & hoc operatur existētia sui hęredis, vt videbitis infra tit. 3. l. apud hostes. † Descendētes verò, qui nō sunt in ptāte, hæreditatem ascēdētium nō agnitam trāsmittūt ad descēdētes, nō ad extraneos. hic est casus singularis: illi verò, qui nō sunt de descēdētib. hęreditatem nō aditam nō trāsmittūt regult, vt in d. § in nouissimo, j. titu. 1. Item qui sunt de descendentib. & nō in ptāte, si nō hn̄t descendētes ex se, hæreditatem nō aditam nō trāsmittunt, fm regulam in d. §. in nouissimo. Ita debetis istam materiā intelligere. Contra prædicta opponitur,[b] & vr̄, qd̄ ēt † ad descēdentes hrdītas non adita trāsmittatur. ĵ. tit. 3. l. apud hostes. Glo. q̄ est hic, hoc fatetur, & male, qa ꝯ casum l. 2. §. si quis ex liberis, ff. ad Tertul. Non obst. l. apud hostes, ĵ. tit. 3. qa ibi loquitur de suis. q trāsmittūt ad oēs. Quærit glo.[c] quid si isti descendentes non sunt instituti hęredes ab illis, quib. fuit delata hæreditas non agnita. Dicit glo. non admittuntur, arg. ad hoc de cōiun. cum emācī. lib. l. j. §. ij. Itē q̄rit, quid si hrdītas non fuit delata ex testō, sed ab intestato. Glos. dicit idem, quia eadem est ratio: hoc tenēt oēs. Quæritur circa hāc legē,[d] vtrū † fideicommissum ꝯditionale[e] relictum ab ascendentib. trāsmittatur ad descēdētes fideicōmissario defuncto ꝯditione pēdēte. Certè gl. tua determinat, ꝙ nō, & bn̄, dic, vt in gl. Quæro, † vtrū ista lex hēat locum[f] siue isti descendentes fuerint nati in vita illius, de cuius hæreditate agitur, siue postea.

ADDITIONES.

a Paris. Per hanc. Beneficium huius l. hēt locum etiam si tractetur de hæreditate nō adita per descendentem transmittenda in nepotes, vide Rom. cons. 463. ad fi. quid autem si statutum diceret, ꝙ existentib. masculis fęmina non succedat, an filius isto casu transmitteret totam hæreditatem non aditam ad filiam suam fęminam, an verò transmitteret, quæ sibi de iure cōi spectant, vbi verò non esset tale statutum quasi in ea sola sit hæres, non in portione fœminæ, quæ ei aufertur in masculum, vide omnino, & latè Ias. in l. si arrogator. ff. de adopt. quin autem ex beneficio huius transmittatur, bon. pos. agnita, vidè Ias. latè in l. emancip. C. qui admit.
Barb. Per hanc. Vide Bar. in cons. 152. incip. Proponitur, Domina Cucitarella.
Ale. Per hanc. Vide Bar. in l. si auia, per totam l. sup. de iure dot. sed vtrū ista lex habeat locum in trāsmissione bono. pos. de iure prætorio, gl. & Bart. in l. si emancipata. sup. qui admit. dn̄t, ꝙ sic, sed Bal. ibi dicit, ꝙ fallit in bon. pos. ꝯtab. & ibi post Bald. dixi quid in iure dicendi testm̄ nullum, de quo per Imo. in l. filio prętermisso.

b Paris. Contra prædicta opponitur. Vide in l. 2. inf. ad Orfie.
Ale. Contra prædicta opponitur. Vide hic Compo. & Nic. Mat. quam refert Bal. in l. cum antiquioribus, de iure delibe.

c Ale. Quærit gl. Vide Bar. in l. 2. ff. de leg. 1.

d Paris. Circa hanc legem. Sequitur do. Ias. in l. cum filiofa. ff. de leg. 1.

e Ale. Fideicommissum conditionale. Vide gl. & Doc. in l. is cui. ff. de act. & obl. Adde ꝙ gl. sequutus est Bal. cons. 409. 2. uol. consi. 430.

f Ale. Hēat locum. Vide tex. no. in l. Titius, ff. de suis & legi. & tex. in l. Paulus. §. pen. & ibi gl. ff. de bo. lib. & hoc sequitur Bal. in d. l. is qui filium, vide qd̄ no. Bar. in l. si, in ver. quæro quid si filia. ad Treb. & Bald. in l. q se p̄ris. ad fi. & qd̄ no. Barto. in l. item prætor, ff. de suis & legi. & Bal. in l. si in personam. Bart. in d. l. si quis à filio. ff. de inju. testa. & ibi Ange. & Cy. in l. si. inf. ad Orfi. & ibi uide glos. & Bar. alias in l. si quis filium. sup. de inoffi. testa. & per Barto. in l. si cui. in princ. ff. de lega. 1.
Menoc. Ias. cons. 105. in fi. lib. 4. Rub. consi. 20. lib. 5.

postea Dy. tenet quod sic, & Cy. hic ponit eam, & facit de ea magnum festum, quia dicit quod ipse habuit eam de facto. Et alle. dictum Dyn. in l. Gallus. in magna distin. & ponit ipse hic, & in l. qui se patris. supra, unde lib. & in l. si quis filium. supra de inoffi. test. & glo ordinaria hoc videtur uelle, referendo illam gl. ad illum tex. supra de fideic. l. si in persona.

Quando dies legati vel fideicommissi cedit. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

Si competenti. Dies annui legati, etiam quo ad exactionē cedit in principio cuiuslibet anni. h. d. Op. de l. qui anno. ff. de ver. obl. Sol. ibi debebatur anno, unde erat annua præstatio. hic debebatur singulis annis. Op. de l. lecta. ff. si cer. pet. Sol. Ibi dies fuit adiecta causa differendæ solutionis, hic verò causa multiplicandæ obligationis. Plenissimè dixi in l. qui hoc anno. de uerb. ob.

LEX II.

Agrum. Substitutio facta quod deueniat in superuiuentes, nō habet locū in psona ultimi superuiuentis. h. d.

LEX III.

Si Pontionilla. Dies legati relicti in tempore certæ ętatis, cedit adueniente ætate.

LEX IIII.

a **Cum vxori.** Dies relicti in tempore liberorū, cedit statim cum filius nascitur. a hoc dicit.

ADDITIO.

a Ale. Nascitur. Et si legatarius moritur uxore pregnante, ualet legatum nato posthumo, ff. eo. l. si cui.

Nascitur. Adde quod Pau. de Ca. querit, quid si grauo hæredem de restituendo, si liberos nō habuerit, an habeat locum substitutio. Videtur quod non, per istum tex. quia uerum est dicere ipsum liberos habuisse, contrarium dicit ipse, quia illud est in casu huius l. cum habuerit liberos, quia statim purificata est conditio: aliud est grauare sub conditione negatiua, si non habuerit, quia debet intelligi tempore mortis suæ, sic ut si dixisset, si decesserit sine liberis, quo casu non sufficeret habuisse, si tempore mortis liberos non habebat. l. ex facto, §. pe. ff. ad Treb. Si testator dixerit, si filios non procreauerit, uel si non nascantur, & nati sint, & mortui uiuente ipso grauato, & substituto, cui nescit substitutio. Et ita consulint Bald. consi. 123. 2. uol. ubi ex eius uerbis colligi potest confirmatio huius dicti Pau. de Ca.

LEX V.

Ex his verbis. Cum tēps certæ ętatis adiicitur præstationi legati, legatum conditionale non facit, & legatarius decedens trāsmittit, expectabitur tamen dies. h. d. Oppo. de leg. i. l. si cui legetur. in prin. Sol. Ibi dies fuit apposita legato, hic præstationi, a ut d. l. si cui, de lega. i. & ibi plenè dixi, & Cyn. ponit hic unam distinctionem. Iac. de Aret. quam ponit hic. & de manumiss. test. l. si ita. & illa distinctio deficit in multis, sed supple ut dixi in d. l. si cui.

ADDITIO.

a Paris. Hic præstationi. Sequitur Comp. consi. 127. uide omnino eundem consi. 164. in 3. dub. ubi ponit, quod quando aliquid adiicitur executioni, suspenditur executio, secus si uerba expressè non suspendant executionem, sed inducant necessitatem solū aliquid faciendi, unde ibi exemplum per eum, uide Bar. in l. i. uer. tertia est differentia, ff. de cond. & dem. quid iuris quādo conditio adiicitur dispositioni. & quid quādo executioni, & quando per distinctionem, et quid in ultimis uoluntatibus, et quid in contractibus, uide notata per Pau. de Castr. in l. quib. dieb. §. quidam Titio, ff. de cond. et dem. ubi uerò loquitur, et assignat rationem differētiæ inter contractus, et ultimas uoluntates, uide etiam omnino Bar. in §. quidam Titio, qui etiam aliter loquitur.

LEX VI.

Si fideicommissum. Legatum à legatario ignorante ab intestato relictum, transmittitur. hoc dicit.

Vt in possessionem legatorum. *Rub.*

LEX PRIMA.

Quoniam. Cum petitur satisdatio, debet adhiberi summaria cognitio.

LEX II.

a **Ipsis.** a Cautionem de legato prętando potest testator remittere. h. d. Quærit gl. vtrum testator possit remittere hypothecam, & dicit quod sic. ar. huius l. & benè, dic vt in gl.

ADDITIO.

a Barb. Ipsis. Vide Bar. in consi. 169. inc. Literas magni. uestræ, quomodo alle. istam l.

LEX III.

a **Si postquam.** a Quando concurrit pignus prætorium, & conuentionale, qui prior est tempore, potior est iure. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Si postquam. No. hic casum quod pignus prætorium per dominum alienari pōt. Ad idem est tex. quem ibi no. Doc. secūdum unam lec. in l. si quis missum, §. fi. de dā. inf.

LEX IIII.

a **Cum Archimedoram.** a Ante euētum diei incertæ, non potest fideicommissum peti, sed cautio de eo præstando. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Cum Archimedoram. Vide in materia l. inter omnes, & ibi Doc. ff. qui satisd. cogan. Sed utrum hodie hæres cogatur cauere fideicommissario de fideicommisso præstando iure nouissimo auth. uide gl. & Doct. omnes in l. cum tale, §. 1. ff. de cond. & dem. Adde & intellige secundum Pau. de Cast. quod Archimedora non erat filia testatoris: aliàs cum habuisset restituere fratrib. non potuisset compelli ad præstandum cautionem, ut supra ad Treb. l. unboni.

LEX V.

a **Qui legati.** a Missio in possessionem causa legatorum, solum pignus constituit, & actionem ex testamento impedit. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Qui legati. Adde, quod Pau. de Cast. dicit, quod per hanc legem patet quod si statutum dicat, quod habēs instrumentum possit petere executionem realiter & personaliter ad sui uoluntatem, quod si creditor fecerit se mitti in pos. bon. debitoris, & debitor non soluit, quod potest facere personaliter ipsum detineri & econuerso, quia per electionem unius non uidetur præiudicasse sibi in alia, alle. l. 1. §. quid ergo de uen. inspec. & quod no. Bar. in l. consentaneum. infra quomodo. & quādo iud. Arch. in rub. de eo qui mit. in pos. cā rei ser. li. 6. & in l. iter, §. creditor. cū ibi no. de fideius. Aliqui th tenēt cōtrariū p l. rescriptū §. fi. de dis. pig. & l. qui spāli tot. ... & l. fideius. foras magistratuū. §. p. Aurelio, ff. de fideius. ... dic qd primū pat. tenuit Ro. cōs. 132.

LEX VI.

1 *Sententia lata contra possessorem in rei uendicatione, mandatur executioni contra alium possessorem quando primus dolo desiit possidere.*

Certa est forma. Legati causa potest fieri missio in res hæreditarias, quas hæres possidet, uel dolo desiit possidere, & in res proprias post sex menses. h. d. Nouum est quod dicitur, & no. legem. Dicunt Doc. per istam l. 1 & similes, licet non allegent istam, quod si est lata snīa in rei vendicatione contra possessorem, fit executio contra aliū possessorem quādo primus possessor dolo desiit possidere, ut hic, & l. is cui. §. qui in possessionem legatorum, & l. si legatorum, ff. e. Ita refert Cy. in l. 1. j. de alien. iu. mu. cau. fac. in 7. q. per l. 1. ff. si mul. ventris nomi. in poss. missa fuer. eadem pos. do. ma. ad alium transini. esse di. Dico ibi plenè in §. necessariò. & in rep. l. creditores. j. de pig.

LEX VII.

a **Scire debetis.** a Cautio legatorum potest remitti per testatorem, non cautio fructuaria. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Scire debetis. De hac materia uide Bar. in l. pactum inter hæredem, ff. de pac. & in l. nemo potest, de leg. 1. circa prin. & per Bar. in l. 1. supra de usufructu.

Paris. Scire debetis. Vide Ale. consi. 425. Pau. consi. 191. in prin. ubi etiam ponit de remissione inuentarii.

LEX VIII.

Contra eos. Administratores Reip. poterunt conueniri, si satisdationem de legato prętādo non exegerunt. h. d.

De suis & legitimis, &c. *Rubrica.*

Dictum est s. de successionib. ex testō, sequitur videre de successionib. ab intestato: uerum quia primus gradus est liberorum, ideo ponit de suis & legitimis. verum quia in nepotib. ex filia seruātur quędam specialia, merito annectitur, & ex filia nepotib. &c.

LEX PRIMA.

Si fratri. Succedenti de iure ciuili non est limitatum tempus centum dierum.

LEX II.

Nepotes. Nepotes succedunt auo in stirpes, non in capita. hoc dicit.

LEX III.

Vt intestato. Nepos ex filio defuncto, succedit æqualiter auo cum superstite filio. h. d.

LEX IIII.

Intestato. Filius etiam posthumus, præfertur sorori. hoc dicit.

LEX V.

Si te parens. Filius adoptiuus succedit cum filiis naturalibus, & legitimis. h. d. & hoc videbitis in l. cum adoptiuis. j. de adop.

LEX VI.

a **Ex libera.** a Conceptus ex patre seruo, est spurius, & ei nō succedit. h. d. ista lex.

ADDITIO.

a Ale. Ex libera. Ad hanc l. uide no. Insti. de ser. cog. in prin. adde quod Pau. de Cast. refert hic Cy. consuluisse per l. Pau. de stat. ho. quod licèt super matrimonio a principio inualido fortè ratione consanguinitatis Papa dispenset, quod filii prius concepti, licet postea nati, non efficiātur legitimi. Et cum hac decisione transit ipse, de cuius decisionis ueritate, & in fortioribus terminis uide Petr. de Anch. consi. 410. incip. Viso & diligenter inspecto.

LEX VII.

Filium. Libertus potest habere filium in potestate, & cum potest habere suum hæredem. h. d.

LEX VIII.

a **Apud hostes.** a Hæc est bona lex. In primo anno, quo legi Codicem, tractaui materiam sui tatis,

ADDITIO.

a Ale. Apud hostes. Istam l. limitat Bal. in l. qui se patris. supra unde lib. quod an sit uerum, ibi uide Ale. & Salic. & uide etiam Bal. in l. qui se patris, & uide etiam de materia, supra in l. h. de acqui. hæred.

tatis, quàm tractaui postea plenius in l. si filius qui pri. de vul. & pu.

a Existentia sui hæredis operatur transmissionem,ᵃ hæreditatis non agnitæ, etiam in filio ignorante. h. d. De hoc dic, ut dixi in l. si infante. ʒ. de iur. delib. Ratio huius est, ut dicit hic tex. quia est sua.

ADDITIO.

a Paris. Operatur transmissionem. Istam reg. q rigore suitatis transmittatur hæreditas adita ad quoscunque, limita nisi filius haberet filium, qui non uellet sibi succedere, sed auo suo, & alius extraneus succederet filio, quia in hæreditate aui non adita p filium, præfertur nepos. uide Ias. in l. qui se patris. C. unde lib. & latius de materia. ubi ut & eundem in d. l. si infanti, sup. de iu. delib. etiam ponit, an rigore suitatis etiam transmittatur ius decendi nullum testamentum.

LEX IX.

a **Si defunctus.** ᵃNepotes ex filia succedunt cum diminutione certæ partis, siue ab intestato, siue contra testamentum ueniant. h. d. Est hodie hæc lex correcta, vt habuistis. ʒ. de colla. auth. quæ tertæ portiones.

ADDITIO.

a Ale. Si defunctus. Ad intellectum huius tex. adde in Auth. de trien. & semis. §. neque illo. Et ex illo tex. posset probari q exhæredatio possit fieri ab intestato, contra l. filium, §. sed cum exhæredatio, ff. de contratab. licet gl. hic intelligat aliter.

LEX X.

Vbi auiarum. In successione fœminarum, emancipatio non attenditur. h. d.

LEX XI.

Si matre. Descendentes excludunt ascendentes. h. d. Ibi in tex. ipso iure succedunt: non intelligatis ipso iure, quod non sit opus aditione, qa hoc non est uerum in hæreditate

a materna ᵃ videbitis. ʒ. ti. 2. l. 2. & ff. ad Tertul. l. 1. §. si quis ex libe. Sed intelligatis ipso iure, si volunt: sicut dicimus in compẽsatione, q̃ fit ipso iure, l. si opponatur ab homine, ut not. in l. si constat. ʒ. de compen. & l. si quid a fideiussore. ff. de compen.

ADDITIO.

a Menoch. Materna. Tiraq. tract. le mort saysit le uif, parte. 7. declara. 2. nu. 7. 8.

LEX XII.

Quoties. Descendentes, licèt non hẽant vñ liberi, cæteros agnatos in toto excludunt. h. d. Ad euidentiam scias, q cum tractatur de successione fœminarum, non hẽt locum bon. pos. cõtra tab. nec bo. pos. unde liberi, ut l. illud. §. ad test. ff. de contratab. & ff. si ta. test. nu. extra. l. 1. §. rectè, & §. liberos. hic habemus unam auth. cui stamus potius quam toti isti titulo.

AVTHEN.

1 *Filiusfam. hodie in aduentitiis habet hæredem.*
2 *Edictum de coniungendis cum emancipato liberis, an sit correctum.*
3 *Cognati usque ad decimum gradum admittuntur.*
4 *Dominus an succedat cognato serui.*

a 1 **In successione.** ᵃNot. qđ hodie † filiusfamil. hẽt hæredem. Certè hoc erat & de iure Codicis, ut uidebitis ʒ. de bon. q̃ lib. l. 3. in prin. qđ est verum in aduentitiis: In pfectitiis non reperitur hodie immutatũ, ut no. in auth. vñ hęc sumitur: tũ an hoc sit uerũ simpliciter, & sic an filiafami. possit hẽre hæredem in dote pfectitia, plenè dixi in l. post dotem, ff. sol. mat. Quæro, qđ est hoc dictum, sola naturali cã inspecta? Quidam dñt quod remouet adoptiuos. Alii dñt, & istud est uerum, quod re mouet distinctionem emancipationis, & patrię potestatis. Iuxta

2 hoc quæritur, † an edictum de coniun. cum emanci. libe. sit hodie sublatum? Gl. q̃ est hic, dicit qđ sic. Doc. Vltramont. dñt ɔ̃rium. Vñ mihi, qđ ego tenuerim uobis gl. ff. de ɔiungend. cũ emanci. lib. cir.

3 prin. in gl. mag. Quæro, † vsq; ad quem gradum admittatur cogna

b tioᵇ R. ndet gl. & benè, vsq; ad decimum, cum exæquati sunt cogna

c ti agnatis. Quærit gl. ᶜ vtrum † dñs succedat cognato serui sui. Dic

4 vt in gl. & bene, q non, quia nullo iure reperitur cautum.

ADDITIONES.

a Paris. In successione. Vide Com. consi. 1. ex. inc. Qualiter. circa med. & consi. 88. circa fi. & ideo etiam in eo requiritur aditio, sicut in extraneo, ut ibi per eum.

b Meno. Cognatio. Non procedit in successio. Illustrium Comitum & Baronum, Dec. consi. 85. nu. 3. & Marsil. sing. 412.

c Ale. Quærit gl. Vide in simili Bar. in l. 1. ff. de leg. 3. & gl. & Bar. in l. si supra. uñ cogna.

Ad Senatusconsultum Tertullia. *Rub.*

Vidistis qualiter succedant descendentes ascendentib. restat uidere qualiter succedant ascendentes descendentibus · uerum quia hoc fuit introductum per Tertullianum, ideo de hoc ponit, &c.

LEX PRIMA.

Licet. Mater succedit filio, etiam infanti. hoc dicit.

LEX II.

In successione. In successione liberorum, pater præfertur matri. h. d. Ista lex est hodie correcta per auth. defuncto, positam ʒ. e. l. ti.

LEX IIII.

a **Matres.** ᵃIn successione filii puberis non obst. matri exceptio nõ petiti tutoris. h. d. hæc bona lex. Not. ergo hic casus, in quib. mater nõ petens tutorem excusatur, quos casus

b ponit gl. quam vide. Dñi, hoc qđ dicit gl. q mr̃ excusat, ᵇ si pupillus hẽt alium tutorem, puta legitimũ, pcedit ĩ tpa huius l. ut in l. 2. ff. de his qui pe. tu. ĩ m quæ tpa mr̃ non poterat esse tutrix: & iõ suc

c cedebat tutela legitima. Sed cum mater hodie ᶜ si uult, pferat omnib. tutorib. legitimus & datiuis, ut in auth. matri & auiæ, non potest dici, q excusetur propter legitimum, quia nun est legitimus locus, nisi ipsa prius declaret se nolle. text. est, qui hoc dicit, in l. 2. §. si mater. ff. co. tene menti benè, rogo te.

ADDITIONES.

a Alc. Matres. Vide Io. An. in addi. Spec. in ti. de tut. uers. an matri. & Imo. in c. ex parte. de appel. Bal. hic, & in l. precib. uers. quid si mater sup. de impub. & aliis subst. & ibi vide plures qui hac materia per Bal. & ibi uide Bal. in l. sancimus, de adm. tu.

Paris. Mater. Ista materia de matre non petente tutorem non habet locum, si intra annum moriatur pupillus. Item est annulandum & probandum hoc, quod non petierit, uide Com. consi. 115. post prin. inc. Domina Catharina. Quid autem si mater esset minor, tamen efficeretur maior ante annum & non petierit, uide Ias. in l. in tui noris. ad si. C. de his quib. ut indig.

b Alc. Mater excusatur. Et quid in matre tutrice transeunte ad secunda uota, an etiam per hoc excusetur, uide Bal. in auth. eisdem, supra de sec. nup. & uide in d. l. 2. §. quod si pater. ff. ad Tert. & ad gl. hac bene facit tex. in l. cum mater. & ibi Bal. supra qui pe. tut. & his adde Bar. in l. 2. ff. qui pet. tuto.

c Alc. Mater hodie. Vide omnino Lud. in rub. sup. unde li. ubi pulchrè probat q etiam ubi tractatur de successione fœminarum, competit bon. pos. unde lib. Adde Pet. de Anch. consi. 4. Bal. consi. 367. li. 2. & an si mater fuit negligens, priuetur aiua, uide & Pet. de Anch. consi. 202.

LEX IIII.

Si qua mulier. Hæc lex modicum valet. Si mulier intra tempora luctus ad secunda uota transiuerit, est infamis; & si restituatur, filius non succedit, quousq; alius superent. h. d. Istæ pœnæ hodie sunt correctæ per ius Canonicum, vt dixi uobis in l. 2. ʒ. de secun. nup.

LEX V.

a b **Mater.** ᵃMater, quæ ad scđa uota non transiuit, eorũ q̃ p filii mortem q̃siuit, siue acquisierit si fuerintᵇ pr̃na, vsum

c fructum si aduentitiaᶜ retinet plenũ ius. h. d. Opp. in Auth. de non eligẽ. secũdo nub. §. cũ igitur. Sol. illa auth. corrigit istã l. sed postea illa auth. corrigitur per Auth. de nup. §. hĩc nobis. ubi redit ad distinctionẽ huius l. Ita dicit gl. qđ intellige verũ in his, q̃ mr̃i obueniũt ab itestato: in his verò, q̃ obueniũt ex testõ, ñ redit ad distinctionem huius l. imo ista lex remanet correcta, ut in auth. ex testamento. ʒ. de secun. nup. quam auth. tenere debes in ista materia.

ADDITIONES.

a Barb. Mater. Vide pro intellectu huius l. mater, Bar. qui dicit hic quòd est correcta per d. auth. ex testamento. & istud dicit esse uerius hic Bal. Sed hic Ang. dicit eam non esse correctam. & alle. §. hinc nos. in Auth. de nup. & idem uoluit in d. auth. ex testamento sed pendet nunc de facto. Pater instituit duos filios sibi hæredes, & natum ex alio filio defuncto, & substituit sibi matrẽ, decessit iste filius relicta ipsa matre, quæ post secundo contraxit relicto ipsi patruus. mõ d. §. hinc nos, dicit, quod proprietas remanet penes fratres ipsius filii defuncti, fit dubitatio, quid in istis patruis, & utrũ sit idem dicendum. Et uidetur quod sic, quia concurrunt duo in odium matris transeuntis ad secunda uota. ipsa lucratur bona ueniẽtia ex substantia patris. concurrit aliud, quia ista bona relicta sunt ab auo paterno illorum patruorum, & ista mater cõtra uoluntatem ipsius aui lucratur dicta bona. & licet d. §. hinc nos. loquatur in fratrib. fuit facti frequentia. idem erit si sunt patrui, arg. l. pactum, § 1. ff. de pac. & maximè si iste auus cogitauit dictam mulierem non transituram ad secunda uota, & singul. dixit Bal. hic, & ista pars est æquior, ne bona transeant in extraneos.

Ale. Mater Sed an ista lex habeat locum in patre, uide gl. Bar. & Doct. in l. si. supra de secund. nup. Adde an habeant locum in patre, quæ posui in d. l. fœminæ.

b Paris. Si fuerint. Vide Io. Dama. consi. 73. in 5. dub. ubi dicit istud procedere quando extarent sorores, uel frater defuncti, in tract. de suc. ab intest. uer. item omnia prædicta, & uide eundem consi. 93. in 4. dub.

c Menoch. Si aduentitia. Ruy. consi. 123. in fi. lib. 2.

LEX VI

a **Omnem.** ᵃMater, quæ assumpta filii tutela ad secunda uota transierit, anteq̃ alium tutorem dari fecerit,

b & rationem reddiderit, ab omni filii successione excluditur. ᵇ h. d. Quærit gl. utrum ista lex habeat locum, si mater est tutrix in testamento. Tenet opin. Io. quod sic, ut in gloss.

ADDITIONES.

a Paris. Omnem. Circa materiam huius l. uide Com. consi. 93. ubi uult, q quando mater transiuit ad secunda uota, & petit tutorem dari filio, iudex debet dare illũ quẽ mater petit, & sic locus est dationi, etiam si adessent legitimi, qui etiam non sunt de necessitate citandi, & talis potest dari sine inquisitione, & ibi etiam quod si mater non redderet rationes prius quam transeat ad secunda uota iuxta formam huius l. per hoc uitiatur, datio tutoris, uide in auth. sacramenta, quando mul. offi. tut. fung. pôt: per Bar. & alios quando sit locus datiuo, & an debeat de necessitate dari quẽ mater petit. Item ista lex procedit etiam de iure Canonico, secundum Pan. in ca. Ecclesiã S. Mariæ. extra, de consti. limita no. per Pan. consi. 264. qsi uerò habuisset penes se aliqua restituenda. An autem quemadmodum si mulier tutrix secundo nubat non petito tutore, priuatur successione, ut hic, & patitur alias pœnas, de quib. in §. si autem tutelam. in Auth. de nup. & in auth. eisdem sup. de secun. nup. idem sit si stuprum committatur, uidetur q sic, quod communiter stuprum incurrat, l. ois, C. de reuo. do. d. Abb. no. in c. uxoratus. extra, de conuer. cõiug. no. Ang. & Mod. in l. cũ ẽdi puella, ff. de iuc. omn. iud. in prin. Fel. in c. pastoralis. de iudi. & per hoc vr̃ decisio Bar. post gl. in auth. sacra. in prin. C. qñ mulier tut. offi. fun. pt ubi sicut secũdo nubens pdit tutelã, ita ẽt si stuprum committat, uide Ang. Are. in §. actionũ. Inst. de ac. & uidẽ Abb. in c. uxoratus. & alios in d. auth. sacra. & eũdẽ Bal. in consi. 293. in 3. parte. In contrarium est gl. in d. § si. in Auth. de nup. sed aduerte quod quãtum ad hoc, ut desinat esse tutrix, uidetur procedere decisio Iac. But. & seq. quod sit eadẽ rõ, sc. quia illa est suspecta qñ cõmittit stuprũ, in tutela filii, sicut si secũdo nuberet, ut declarãt Bar. & alii in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tutc. Sed quantum ad alias pœnas, præsertim ut priuetur successione filii, uidetur militare fundamentum gl. in d. § si. sed quia nulla l. cauetur, ideo non potest priuari à Iudice, §. cum igitur. in Auth. de non eligend. secundo nub. pro quo uide Alc. & Ias. in l. fideicom. C. de fideicom. contra

Pau.

Pau. de Ca. nec. militat eadem ratio quæ in secundo nubente, quòd talis potuerit prouidere facere filio de tutore, vt dicit tex. in d. §. si asit tutelã, quod stuprũ committens nõ debuit allegare turpitudinẽ suã, & potuit pudori suo parcere, l. quintus, ff. manda. non detegendo stuprum, quòd detegere oportuisset si voluisset, & propter illud prouidere debet tutor filio, vt tamen quòd mater excludatur propter stuprum etiam si non fuisset tutrix, vt decidit Iaco. Butr. quem sequi vr̃ Bar. in l. 1. arg. a contrario §. cum igitur. in fi. in Authen. de non eligen. secundo nub. sed illud non puto uerum, quia in contrarium est tex. vbi no. Ang. in §. 1. in Authen. quib. mod. nat. effic. legi. vbi etiam si esset meretrix succedit quocunque iure proximitatis. licet Prac. Pap. in for. libel. quando petitur hæreditas ab intestato, sequatur simpliciter dictum Iac. de Bellaper. de quo suprà. sed in contrarium stringit rõ Bart. alle. vbi supra, contra opi. Iac. de Bellap. Sed opi. primam tenet Lud. Bolo. in additione ad Mathes. in tract. de succes. ab intest. in 2. art. prin. qui tamen non loquitur in matre tutrice, sed generaliter excludatur, pro excluderetur, si secun. nup. contraxisset eandem opi. tenet Barb. cons. 1 1. vol. 3. in 1. dub.

b Ale. Excludit. Et alias pœnas subit mater in isto casu, quæ ponuntur in authen. eisdem. de secun. nup. & vide Bal. in materia huius l.

LEX VII.

1 *Per mortem filij non extinguitur vsufruc. patri.*

Si quis. Ista lex est hodie correcta, nisi in vno casu tãtum: & ideo nescio quid dicat: habet tres partes. Primo quãdo decedens reliquit matrem, & fratrem. Secundo quando decessit superstite matre, & sororib. Tertio loquitur, quando decessit superstite patre, & matre, & erat emancipatus. Quarto loquitur quando decessit superstite patre, & matre, & erat in ptãte. Secunda ibi, ita tamen. Tertia ibi, sin autem defuncta. Quarta ibi, sin verò defuncta.
1 & hoc tibi sufficiat pro summario. No. hic, quod † per mortem filii non extinguitur vsusfructus competens patri, quod hodie non est correctum, licet omnia quæ hac l. dicuntur, sint correcta. Habetis hic tres authenticas.

AVTHEN.

Et cum. Ista auth. corrigit legem Codicis, quæ dicebat, quod cum sororibus defuncti mater habeat maiorem portionem.

AVTHEN.

In testamento. Ista auth. nõ venit ad legem Codicis corrigendo, sed magis addẽdo: Et aduerte, & forma casum sic, vt adaptes ad text. Video quod pater succedit filio ab intestato, sed vtrũ possit pater venire ꝯ testã filij. Ad
a hoc responder Imperator ibi, in testõ quoq;, &c. Op. aut tu dicis [a] filiũ fuisse testatum de aduentitio, & non valet, vt ī. qui testa. fac. pos. l. pen. aut de castrensi, vel quasi, & tunc tale testũ non subiacet retractationi, vt l. fi. ī. de inof. test. Sol. prout loquitur hic de filio emãcipato, potest stare: sed prout loquitur hic de filio in ptãte, dicas
b quod leges antiquæ sunt hodie correctæ. [b] Ita tenet gl. hic, & quia sunt gl. contrariæ, dicam tibi plenè in auth. ex causa. de lib. præterit.

ADDITIONES.

a Ale. Tu dicis. Vide Bar. in rub. ff. si quis à pa. fue. manu.

b Parif. Sunt hodie correctæ. Vide in auth. successione. supra de suis & leg.

AVTHEN.

1 *Auus in successione excludit fratrem defuncti.*

a Defuncto. [a] Hęc auth. magis practicaĩ, quàm alia. Gl. quęrit, dicitur hic, vocantur cum ascendentibus
1 in gradu proximis. † Vtrum frater defuncti excludat auum defuncti? Quidam dicunt ꝙ sic, per hunc tex. qui dicit, in gradu proximis. Alii dicunt contra, quia proximus est ille quem nemo pręcedit. hæc est opi. Ioan. quæ communiter tenetur.

ADDITIO.

a Ale. Defuncto. Adde ad intelligendam hanc auth. secundum Pau. de Ca. de patre naturali & legitimo, ut concurrat in successione filii cum matre, sed si pater est adoptiuus, præfertur matri, vt l. 2. §. obiicitur. ff. eo. Item intellige in successione hæreditaria, sed in feudali, vel emphyteutica non succedunt parentes, sed descendentes, ut in c. 1. de grad. suc. in feud.

Parif. Defuncto. No. quòd in casib. quib. fratres succedunt vnà cũ parentib. vel filiis, nunquam parens attingẽt rum eis acquitur vsusfruc. parentib. in quorum sunt ptãte, vide Ang. Are. in trac. de testa. in gl. in verbo, volens intestatus decedere. & idẽ est ubi relinquitur simul patri, & filio. Vide eundem in d. tract. in versic. Item relinquit Seio filio Caijo. lib. Bon. vide quæ habes in auth. recipitur. inf. de bon. quæ lib. ad Bar. Item circa illud quod vult Iacob. Butr. hic, quod mater non præferatur auiæ paternæ, vide in contrarium Io. Dama. consi. 74. & latè Barb. cons. 59. vol. 4. ubi etiam de auo paterno, & ibi etiam ponit de interpretatione cuiusdam statuti.

Ad Senatusc. on Orficianum. *Rubr.*

LEX PRIMA.

Si intestati. Filij excludunt patrem, & fratres. hoc dicit.

LEX II.

Non pro. Hęreditas ascendentis, in cuius ptãte qs non est, non adita non trãsmittiĩ, & ad descendentes. h. d. Et ista lex loquiĩ magis clarè quã postlis: nisi ꝙ gl. destruit eam. Op. & vr̃ ꝙ hr̃ditas non adita penitus trãsmittaĩ, vt l. 1. ī. de his qui ante aper. tab. Sol. Fateor, ꝙ trãsmittiĩ ad posteros: sed hic non erat po-
a steritas, vnde meritò nõ pt transmitti. Ista est prima sol. [a] quæ ponitur in glo. & est veritas. Alii dicunt, quod hęc corrigit illam, quæ est prior. Alii dicunt, ꝙ ibi loquitur de hæreditate obueniente ex testamento, hic ab intestato. Ista est falsa, vt ibi dixi vobis. Alij dicunt, ꝙ hic filii defuncti repudiauerunt. Istam tenet hic glo. in fi. Nam prima sol. ei non placet, quia ita fit transmissio s̃m gl. ad ascendentes, sicut ad descendentes, sicut hic erat pater, quia erat de descendentibus. ergo, &c. vt l. apud hostes. ī. de suis & le. ista gl. non placet mihi, quia est cõtra illum tex. qui vult, ꝙ propter hęreditatem non aditã excludantur illi, & de repudiatione nulla fit mentio. Non ob. l. apud hostes. quia ibi loquitur in filia sua, quę transmittit hęreditatem nõ aditam: hic verò loquitur in filiis, quib. defertur hęreditas matris, quam constat non hr̃e suos hr̃des. Opp. de l. cum antiquiorib. ī. de iure delib. Sol. fateor, ꝙ hic transmitteret ius delib. si sciuisset. Op. ī. debo. quę lib. l. cum non solum. §. 1. Sol. vt ibi dicam, &c.

ADDITIO.

a Ale. Prima sol. Vide Bar. in l. si matre. sup. de suis & legi.

LEX III.

Quoties. Filij excludunt patrem, & matrem. hoc dicit breuiter.

LEX IIII.

Matri. Matri succedit filius per Orficianum. hoc dicit.

LEX V.

1 *Spurij qualiter succedant matri.*

a Si qua Illustris. [a] Illustri mulieri non succedit filius spurius extantib. legitimis: secus si ex coitu
1 concubinario filiũ habuerit. h. d. Quęro, † utrum filij spurij succedant matri? Ad hoc respõdet gl. ma no. quam tene menti, quia semper remittitur ad eam. Quidam sunt spurij, qui habent patrem incertum, vt nati vulgo ex coitu meretricario, qui coitus non est damnatus: isti succedunt ęqualiter cũ legitimis, vt Insti. de suc. cog. §. vulgo. fallit in matre illustri, vt hic. facit Instit. eod. §. nouissimè. Si
b verò est spurius natus ex coitu reprobato, [b] vt adulterino, vel incestuoso, tunc isti tales non succedunt, neque patri, neque matri, vt in Auth. quib. modis nat. effic. sui. §. fi. Nati verò ex concubinatu, succedunt nisi secundum formã positã in auth. licet. supra, de natu. lib.

ADDITIONES.

a Barb. Si qua Illustris. Nec ex testõ, nec ab intestato, no. probatur in c. fi. de clan. despõ. & c. cũ hi et. de eo q̃ dux. in vxo. quã po. & ibi Zabar. hoc dicentem. & p Bar. Parif. Si qua illustris. Illam l. repetit latè do. Io. Bap. Caccial. & ibi latissimè tangit materiam spuriorum, & naturalium, & eorum successionem, & qui dicantur spurij, & qui nãles, & alia in mã naturalium, uide oĩno ibi per eum, & perquire in tabula directa reper. ubi habes per ordinẽ materiam positam per eum in ista l. vbi etiam latè ponit quõ puniatur Cõitas inter omnes personas. Item quid de natis ex damnato coitu, & incestuosis, vtrum succedant, vide Ioan. de Dama. cons. 95.

[b] Paris. In quib. patri. Contrarium hoc tenet Bar. in tract. differ. inter ius cu. & Can.

[c] Ale. Tenent contra. Filiusf. potest agere ut procurator alterius sine consensu patris. In contrarium facit tex. in l. quæsitum. & ibi per Bald. & Docto. de hoc. ff. le in ius voc. & iõ est decisio in c. qui generaliter. in 2. respon. de procur. in 6. qđ nõ requiratur cõsensus patris, & qđ no. gl. in l. lis nulla, ff. le iudi. to sim. ibi. dum dicit, nisi hoc faciat alieno, & c. a. l. de qđ ho. sic est probatũ in c. q gñaliter. § 1. de pc. lib. 6.
Menoch. Tiraq. de leg. b. connub. gl. 3. nu. 163. & gl. 3. nu. 28.

[d] Barbat. Quæro, quid si. Et quid si sententia est lata contra filium, an possit exequi contra patrem, vide l udo Rom. consil. 152.

[e] Ale. Sententia interlocu. Et per Bar. in l. 3. §. a. idem scribit. ff. de procu.

[f] Menoch. Consensu. Neuiz. cons. 18. nu. 5.

[g] Ale. Consensus pr̃is. Vide gl. Bar. & Doc. & Bar. & Bal. in l. si quis mihi. § iussum, de acq. hæ. & vide Bal. in l. t. in 3. opp. sup. qui admi. ubi dicit, qđ non requiritur in præparatoriis iudiciorum consensus patris, sed in lit. contest. & cum glo. hic concordat Bal. in l. si cũ dotẽ. §. si pr̃. ff. sol. ma. & ibi requiritur consensus alicui agenti. uide q. l. reqratur in l. p. e. l. si cũ dotẽ. §. eo ãt tpe. ff. sol. ma. & ibi Doc. maximè. Pan. de C. a. quę oĩno uide. Qñ aũt dẽat opponi, vide Bar. in l licet. C. de p. & ibi dixi.

[h] Paris. Ab initio. Vide Ale. in l. si cũ dotẽ, § eo. aũt tpe. ff. sol. mat. facit dictũ l un. in c. cũ consuetudine. extra, de cõsue. Ang. in l. fundum, ff. de ter. rust. pdi. & Bal. hic sequitur Fran. Are. consi. 13. vide Pa. lat. cõs. 54. ubi et ponit an sufficiat consensus pilitus ante lit. cõt. Itẽ an ratihabitio pr̃is ualidet iu[illegible], uide Are. cõs. 18. lic q̃ dicẽ [illegible] est de licentia gñali, vide et Are. in l. si q̃s mihi bona, §. iussũ. de acq. here.

[i] Menoch. In alio. Afflic. decis. 180. Didac. lib. 1. varia. resol. cap. 8. in fine. Rui. consi. 51. nu. 2. lib. 4. cons. 102. nu. 2. 3. lib. 5. Neuiz. cons. 18. nu. 5. 6. 7. 55.

[k] Ale. Contrariũ tenui. Vide hic per Ia. de Belui. in disput. per Bar. in l. inter liberos, §. 1. de adult. p Dy. & Imo. in l. ille à quo, §. filius. ff. ad Tre. Ia. de Are. Bar. & Bald. Ang. & Saly. hic tenẽt ꝯ gl. & ẽt Ia. Bu. sed Cy. hic tenet gl. adde Spe. in tit. ad act. §. 1. uers. item cum agit, & ibi Ioan. And. qui refert alios ita tenere, per d. l. miles. Menoch. Neuizan. consi. 18. nu. 4. circa med. nu. 8. 7. in fi. Aret. consi. 72. in 9. dubio.

13 de castr. pecu. est casus hodie in d. capit. fin. de iudic. Quæro,† an in actionibus publicorum criminum filius possit esse sine consensu patris in iudicio? Gl. videtur dicere quod nõ, & sic sunt correcta iura antiqua. Contrarium tenent omnes Docto. in l. post, §. 1. ff. de his quibus, vt indig. Maximè. n. cum hæc sit causa, in qua pater nec habet nec habere potest vsumfructum, secundum ea quæ dixi supra.

14 Quæro,† quid si filius agit contra patrem, an requiratur patris consensus. Gloss. dicit quod non, dic vt in ea. Sumus expediti de tota gloss. quæro, si requiritur patris consensus, an requiratur in quolibet actu, an sufficiat ab initio a consentire ei, vt agat, vel defendat. Puto sufficere si ab initio consentiat. Idem videtur hic velle gloss. in solutione contrarij l. denique. §. verum, de mino. Quæro quan-

15 do † pater cōsentit filio, an possit consentire per epistolam, b vel per nuncium. Videtur quod non, sicut dicimus in tutore, vt l. obligari, §. tutor, ff. de autho. tut. Contrarium puto verum, arg. l. honores, circa fi. ff. de Decurio. Nec obst. quod dicitur de tutore, quia aliud est authoritas, aliud consensus. Nam consensus potest adhiberi per epistolam: secus in authoritate, c vt dixi in l. si quis mihi bona. §. iussum, de acquir. hæredit. quod no. per gloss. & Imol. plenè in capit. dudum, de rebus ecclesi. non alien. lib. 6. Multa alia essent quærenda circa materiam istius §. quæ ponit Specul. late in titu. de actio. §. 1. ver. item excipit quod filius, & seq. Tamen ex his, quæ s. dixi, apparet solutio omnium, & apparet, in quibus benè dixit, & in quibus malè. Licet tenuerim vobis in hoc §. opin. Otto. quę sine dubio verior est, & de iure: tamen consulo quod in istis opin. non ponatis uos, sed adhibeatis patris consensum, quando potestis, quia tutius est, &c.

ADDITIONES.

a Alex. Ab initio. Et pro hoc facit, quod no. Bald. in l. 1. sup. de sacrosanc. eccle. in repeti. vbi dicit sufficere generalem licentiam datam filio per patrem, quod restetur ad pias causas, ad hoc quod no. Bald. in l. 2. § quod observari hic, & de iura. cal. & Bal. in §. proxi. Sed an iste consensus præstitus in causa princ. trahatur ad causam appellationis, ut de Cy. Bal. & Sal. in l. invitus. sup. de procu. Adde an pater, qui in iudicio satisdedit, videatur pro filio consensisse. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de act. §. 1. uer. sed quid si Præsente patre lit. conte.

b Paris. Per epistolam. Vide Alex. in l. si cum dotem. §. si patri. ff. sol. ma. & in l. si quis mihi bona. § iussum, in prin. ff. de acq. hær.

c Paris. Secus in authoritate. Quod sit differentia inter authoritatem, & consensum in patre, quando præstat filio maiori, vel minori, vide Alex. cons. 160.

1 *Filiofam. minori datur curator ratione hæreditatis, non personæ.*

2 *Libellus, in quo quis dicit sibi esse ius agendi, eundi ad talem fundum per talem fundum, quòd procedat.*

a §. Sin autem.

a Si filius minor discordat à pře, idem iuris est qd sup. tñ cum filius sibi quæsita, per cu-

1 ratorē sibi datū administrabit. h. d.† No. quod quādo filiusf. est minor nō datur curator personæ, sed hæreditati, seu bonis, vt hic vides gl. super verbo, hæreditati. vide quæstionem de facto, quæ habui: ponamus quod dicat instrumētum curie filijf. Curia dedit curatorē tali filio ad administrandum bona talis hęreditatis sibi obuenientis, an valeat talis datio? Vř quod non, vt hic: puto ꝯtrium, nam hic tex. videtur excludere quod nō detur curator personæ, vt per hoc excludatř patria potestas, sed ex forma illius instři curatorij hoc comprehendit, ergo &c. Præterea vide in fin. lex dicit, qd seruitutes sunt iura prædiorum, & dř alibi: sola prædio daẽ, vt l. qui aliena. §. fi. ff. de

2 neg. gest. Sed pone † qd dominus dicit in libello, vel iudex in sñia, sibi ius esse eundi, agendi, ad talem fundum, p talem fundū, vř qd non ꝑcedat libellus: nā nō est ius sibi, sed prædio. Tamen lex dicit con-

b trarium, ut l. 4. in prin. si ser. vē. ergo, &c. Idē in proposito dicamus.b

ADDITIONES.

a Ale. Sin autem. De materia huius §. uide plenè Spe. in tit. de acto. §. 1. uersi. sed & filius, uet in præmissis, & uer. sed numquid.

b Paris. Dicamus. Idem sequitur & refert Ang. de Are. Insti. de tut. in prin. in gl. 1.

a §. Similique modo.

a Etiam in castrensib. qd filius recusat, patri quæritur. Hoc dic. t hic nouus casus. Not. quod dixi in summario. Ex quo dicūt Docto. e conuerso, si filius est institutus ex causa profectitia, cōtemplatione patris, patre recusante quæritur filio. Not. secundum istū tex. quasi ipse pater ab initio, & c. ad id, quod dixi s. ead. l. §. j. &c.

ADDITIO.

a Alex. Similiq; modo. Vide Imo. in l. si quis mihi. §. iussum. de acq. hęr. Cy. & Bal. sup. ea. l. in prin. & Cy. luc. & Lud. Ro. in l. si qui hæres. §. si. eo. tit.

1 *An quando pater agit, debeat satisdare iudicatum solui.*

a §. Vbi autem.

a Vbi filius voluntate pris adit, sibi proprietas quæritur, patri vsusfructus cum

b plena administratione, b excepta alienatione, & nisi in casibus necessarijs hac l. expressis. h. d. Opp. & videtur, quod filius possit agere sine consensu patris, vt in auth. quod locum, supra de col. Solu. Spe-

1 cialis casus est ibi. Quæro,† quādo pater agit, vtrum debeat satisdare iud. solui, & rem rat. hab. Gl. distinguit. Aut hoc facit vt legitimus administrator, & nō tenetur cauere, vt l. si. §. defensionem, de admi. tut. Aut hoc facit vt extraneus & cogitur satisdare, vt l. si filius. qui satisd. cog. vbi gloss. h. d. Idem videtur tenere Dy. in c. ratum, de reg. iur. lib. 6 Contra hoc facit ff. solu. matrim. l. 2. §. voluntate. Ideo d. Iacob. Butr. distinguebat tres casus. Aut agit pater vt legitimus administrator. Aut hoc facit vt extraneus, & dic vt in ista glo. aut agit nomine proprio, non vt legitimus administrator, sed requiritur consensus filij, propter communionem actionis, & tunc cogitur cauere de rato, vt d. §. voluntate. Sed contra hoc opp. de istotex. qui dicit, adhibeatur etiam filiorum consensus: ergo apparet quod debet caueri de rato pro eo. aliás non est tutum aduersæ parti, sicut d. l. voluntate. Solu. quod hic dicitur, adhibeatur filiorum consensus d. Iacob. de Bellapert. dicit, scilicet tacitus, quod satis placet. Nam eo ipso quod filius ab initio consentit patri adeunti, videtur cōsentire ei quod semper actionem moueat, & defendat tanquam si perfectè esset dominus, ut l. 1. supra titu. 1. Præterea non animad-

c uerto, quomodo ista cautio de rato posset committi.c Nam aut filius non habet ratum, & pater tenetur ipse tanquam filio repudiante, & sic iudicium est validum, vt in sua persona. Aut filius veniens habet ratum, & tunc non potest committi. Alia, quæ sunt in hoc §. sunt clara.

ADDITIONES.

a Alexand. Vbi autem. Sed de vno quæro, an in his, & aliis casibus, in quibus pater alienat bona filii, qui est minor, in tali alienatione requiratur decretum iudicis, & Azo. in sum. huius titu. tenet quod non, & Docto. in l. de rebus. ff. de transactio. ubi etiam dicunt quod pater potest etiam super relictis compromittere, super rebus aduentitiis filiorum, si loquamur in compromisso necessario ex forma statuti: secus dicit in tutore, l. si plures, & ibi dixi. Et illud dictum Azo. refert Bald. in l. præses. supra de transactio. & per illum textum deciditur facti quæstio. quod si quis est obligatus ad quinquaginta annua, habens duo millia in bonis, relinquit uxorem in vsufructu omnium bonorum, & Titium hæredem vniuersalem, non debet ante omnia deduci de hæreditate quantum ualet actio ad quinquaginta, sed salua debet remanere tota proprietas duorum millium, & de fructibus colendum est ante omnia debitum annuum, & de reliquis uxor percipiet vsumfructum, & ita etiam sequitur Matth. in 7. 00. & vide no. Bar. in l. cum alimenta. ff. de alim. leg.

b Paris. Administratione. Quid autem si pater facit aliquas impensas in talibus rebus, an filius teneatur, an verò censeatur pater donare, uide Bart. in tracta. de duobus fratribus.

c Alexand. Committi. An pater agens pro filio caueat de rato. Et aduerte, quod in hoc vltimo casu, in quo Barto. videtur dicere, quod si agit nomine proprio, tenetur cauere, nisi hoc inducat communio actionis, ut in dote. Adde, quod hoc non videtur posse procedere in terminis istius l. & similium, quia impossibile est, quod agat nomine proprio. Nam ille solus potest actionem nomine proprio mouere, qui potest alienare, & non alius, l. ait prætor, §. est enim, ff. de iure deliberan. sed pater non potest alienare, l. 1. sup. de bon. mater. igitur, &c. Sed hoc uidetur sensisse Bar. in d. l. 1 sup. tit. 1. & ideo hoc simili modo posset intelligi, quando pater esset reus quia quilibet potest defendere etiam inuitum. l. 1. ff. de sol. sed in agendo non video. Et ita uidetur intelligi quod not. Barto. in d. l. si filius, qui satisd. cogan. vel nisi intelligas tex. in casu d. §. voluntate, propter communionem actionis, quod hic videtur velle Bartol. & plenè per istum text. dicit hic not. Angel. quod in aduentitiis nihil potest facere pater sine consensu filii, quod intellige, nisi fortè esset infans per ea, quæ dixi supra titul. 1. l. 1. & text. hic. & adde Bartol. in l. c. titu. 1. ergo, &c.

Et aduerte, ne hæc apostilla te decipiat, quia non est regula illa, quod qui non potest alienare, non possit agere: sed loquitur in suo casu, scilicet cum hæres deliberat, an adeat hæreditatem, non potest alienare rem hæreditariam, nec eam in iudicium deducere. Dicendum est ergo generaliter, quod quicunque habet de consuetudine, uel ab ipso, uel alio iudice ordinario administrationem, is potest agere, & conuenire sine consensu alterius, ut ff. quod cuiusque uniuer. nomi. l. fina. & 3. q. 1. quia sunt. Et ut meis detur audacia scriptis, hæc sunt uerba Specula. in titul. de actio. §. fina. uersi. quid de clericis, ubi specifice de patre mentionem facit, & dicit quod potest actionem mouere per se. data opinio. Alexand. pro uera, sequeretur quod sacerdotes, Capellanum, qui non possent alienare, non possent agere sine consensu Episcopi, cuius contrarium est verum, ut per Specul. ubi supra.

a §. Filij autem.

a Filij non possunt de aduentitijs absque patris voluntate disponere in con-

b tractu, b nec in vltima volun. h. d. Gloss. mouet hic aliquas quæstiones satis faciles. Vltimo gloss. signat contrarium, & non soluit. Vide gloss. super verbo, dominium. in fi. gloss. Sed hic loquitur, quando alienatio erat prohibita propter alium. ibi, propter seipsum, vt patet in d. l. si pignus. Quæro, licèt filius non possit alienare, an pos-

c sit suam personam obligare c obligatione personali. Textus & gloss. videntur quod sic, in l. hæredi. §. filia, & §. sequent. ff. de pact. & vt ibi.

ADDITIONES.

a Alex. Filii autem. Vide Bar. in l. 1. sol. matr. An filio possit solui sine patre in casibus, in quibus patri non acquiritur usufructus, & adde Bal. in l. qui aliena. §. vno. ff. de neg. gest. & in l. 1. in prin. si ser. uendi. Adde quod Dy. consi. a 1. refert Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de ces. §. 1 uersic. sed nunquid minor. dicit, quod si filius actionem quæsitam ex suo contractu sine consensu patris cedat, patre postea ratificante, quod ualet cessio, licet in prin. non ualeret, quia cedere est alienare, & alienare non potest, ut hoc §. & ratificare à principio, & ex post facto, sunt paria, cum confirmet etiam a iure prohibita, ut l. fi. sup. ad Mac. & l. Iulianus, §. pen. ff. eo. & quia pater facta per filium confirmat non solum expressè, sed etiam tacitè, ut ff. de acq. hær. l. qui aliena. secundo, & tertio respon.

b Paul. Disponere in contractu. Circa istam materiam inquantum gloss. hic format q. an talis alienatio firmetur iuramento, aduerte, quia Bal. Ang. Soc. & Pau. de Ca. in l. & hæredi. §. filiusfamil. ff. de pact. & ibi uide Curt. & alios Modern. facit quæ dixit Paul. consilio 306. & ista videtur uera sententia, licèt aliqui senserint contrarium. vide in d. §. filiusfamiliàs, & procederet etiam ista pars, & si esset statutum, quod filiusfamil. separatus à patre posset ex quolibet contractu se obligare, tanquam paterfa. quia deberet intelligi de contractu ualido, secundū Bal. in l. 1. C. de ciuic. & ita aliàs consuluit Curtius, & quod etiam si fideiussores

dati

dati in tali alienatione nõ teneantur. Itẽ quod ista alienatio nõ reconualescit mortuo patre secundum Bal. hic & Pau. de Cast. consi. 124. alias 127. Item cum filiusfa. possit talia aduentitia donare ex causa mortis sine consensu superioris. vide Roma. consi. 512. Item de materia, & an filiusf. possit donare ex illa causa, vide Pau. cõsi. 127. Item an lata sententia contra filium possit fieri executio in bonis aduẽtitijs. Rom. consi. 354 quid autem si pater consentiat filio donanti causa mortis rem pleno iure, in qua ipse habeat vsumfruc. an videatur renunciare, & illa extinguatur ac si eam fuisset alicui creditori delegata, & in ea autoritate iudicis prouiendo vsufructu, quousque esset sibi satisfactum, vide mirabiliter An. de Bu. consi. 8. per totum. Item, quando filius disponeret in vtilitatem suam & patris valeret. vide Bal. in l. quęcunque. sup. & per glo. ibi. Iason l. iusiurandum, quando ex conuentione. §. pupillus, in fi. de iureiur. & de eo quod dictum est sup de patre consentiente, an videatur renunciare vsufructui, vide Anch. consi. 116 in 7. dubio. adde tamen quod si filiusf. debita contraheret, posset fieri executio, in talibus bonis aduentitijs, etiam in præiudicium vsumfructus, cum sit data administratio talium bonorum filio per patrem, vel in proprietate tantum si non concessit administrationem, vt per Ale. post Bart. in l. si finita. sup. de vectib. de dam. infec.

b Alex. Obligare. An filius possit suam personam obligare obligatione personali, & sensit Bar. in l. si §. 1. de ver. obl.

Adde tu tex. in l. fi. §. fi. sup. communia de leg. & Ale. in consi. 18. in 7. vol.

§. Vbi aũt. Hæreditatem infanti debitam potest pater pro infante adire, vel repudiare, resti. in integ. filio. 1 reseruata, & semel restitutus, iterum non restituetur. h. d.

a **§. In seruis.** [a] In his, quę momento permansura sunt penes filium, patri non quęritur vsufr. h. d.

ADDITIO.

a Paris. In seruis. Vide in simili quæ habes ad Barto. in l. qui sic. ff. de sol vide Ias. in l. quoniam contra, circa fi. sup. de testa. & quæ ipse ponit in l. non tantum. C. de leg. prope fi. vide etiam ibi alia in contrarium, & ibi in fi. quod dicatur momentum. Item an & quando ius momentaneum habeatur in consideratione, vide Bal. in c. 1. extra, de causa pos. & proprie.

De hæreditatibus Decurion. nauicularior um. *&c.* *Rub.*

LEX PRIMA.

a **SI quis nauicula.** [a] Hęreditas eorum, qui in hac rub. nominãtur, si successores ab intestato non habẽt, quęritur illis qui sunt de eorum collegio. h. d. totus iste tit. Hoc, quod dicit de Decurionibus, no. quod quando decedit aliquis de Consiliarijs sine hęrede ab int. nõ succedit fiscus, sed ordo Consiliariorum de illo Consilio.

ADDITIO.

a Ale. Si quis nauicula. Si decedit aliquis de consiliarijs sine hærede. Et facit ad not. in l. 1. sup. vnde vir. & vxor. & per Matth. in trac. successionis ab intesta. in vlt. ar. prin. Item adde quod dicit Bal. in l. repetita. in fi. sup. de const. pec. quod si decedit mercator de Vniuersitate sine hærede, alij succedunt sibi in bonis, quæ habet ibi, nõ in alijs, & allegat tex. in ar. optimum, in l. diuus. ff. de iu. fisci Et quid de nobilib. qui habent homines suos decedentes ab intest. an eis succedant. Bal. hic no. quod sic.

BARTOLVS AD VII.

LIBRVM CODICIS.

De vindicta libertate. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Decretum interpositum ex falsa causa, fauore libertatis non rescinditur.*

EOrum qui. Vno modo legitur in decretis interpositis ex causa falsa in iure, vera tamen in facto. Alio modo legitur econtra, & secundum vtrãque lect. breuiter hoc videtur dicere. Decre1 tum † ex falsa causa interpositum fauore libertatis [a] a non rescinditur. hoc dicit secundum vtramque lecturam.

ADDITIO.

a Ale. Libertatis. In qua rub. nihil dicit, ideo sequitur alia, videlicet.

De testamentaria manumiss. *Rubr.*

LEX II.

1 *Ad confirmationem codicillorum, an requiratur quod sit adita hæreditas.*
2 *Vtrum appellatione reliquorum contineatur liber rationum*

1 **EX testamento.** Quęro † vtrum ad confirmationem codicillorum requiratur, a quod sit hęreditas adita. [a] Tex. est in l. si. in prin. ĩ. eo. & est 2 tex. in l. 4. ff. de fideic. lib. Quęro † vtrum appellatione reliquorũ [b] b contineatur liber rationum. Tex. est in l. 4. ff. de fideic. lib.

ADDITIONES.

a Alex. Adita. Vtrum ad confirmationem codicil. requiratur aditio hæreditatis, vide Bar. in l. is qui in testa. de fidei.

b Ale. Reliquorum. Vide Bar. in l. is cui in libert. de cond. indeb.

De fideicom. libertatib. *Rubr.*

LEX VI.

DEberi. Hęc est bona lex. quid si discordãt in pretio? Certè iudicis officium debet interuenire in concordia. Casus est in l. alieno. §. fi. de fideicõ. lib. & dę communi seru. manu. l. 3. circa prin.

LEX VIII.

1 *Quid importet verbum, placuit.*

Cum proponas. Opp. & videtur. quod istud relictum libertatis sit captatorium vel l. nõ nunquam, de cond. & dem. Sol. hic confertur in voluntatem hæredis, ibi in voluntatem extranei. Item opp. & videtur quod in voluntatem hæredis non possit conferri, vt l. Senatus. §. legatum, de le. 1. Sol. ibi fuit collatum in liberam voluntatem hæredis, si voluerit, hic non 1 in liberam voluntatem, licèt fuerit dictum, si † placuerit, nam intelligitur arbitrio boni viri, casus est in l. Thais. §. soror e, de fideic. lib. qui est no. ad hoc. Facit pro statutis: consueuit dari libertas certis hominib. faciendi quicquid placuerit, ibi est text. not. De alijs verbis, putauerit, æstimauerit, & simil. habetis in l. si sic. ff. de leg. 1.

LEX XVIII.

1 *Executor an habeat actionẽ, cum hæres preuenit soluendo legata ad pias cãs.*

1 a **Cum quidam.** † Quæro, quid si hęres peruenit [a] soluẽdo legata ad pias causas, an executor b habeat actionem. Tex est not. [b] in l. si libertus sub conditione. §. 1. de bo. lib. & ibi Dy. tangit.

ADDITIONES.

a Alex. Præuenit. Vtrum hæres possit præuenire executorem, vide quod no. Bar. in l. si seruus. sup. eo. & etiam potest præuenire Episcopum secundum Bald. in l. nulli. de epis. & cle. per Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc verò. ver. denuo. Adde quod Bal. consuluit, quod hæres potest præuenire executorem, eius consi. 18. 2. vol.

b Ale. Est no. gl. Dicit quod ex l. correctoria potest ar. sumi, plenè Barto. & ibi dixi. ff. ad Syll. l. si quis.

De latina libertate tollenda. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Ex lege cõrrecta põt argumentum sumi, si sit in corpore iuris inclusa aliàs nõ.*

1 **CVm dedititij.** No. gl. super verbo, imaginem, quæ dicit, quod † ex lege correcta potest arg. sumi, si sit in corpore iuris inclusa, non aliàs, vt in l. 3. in princ. de conun. cum eman. li. eius, & in c. authoritate, de conces. præb. lib. 6.

De communi seruo manumiss. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Regula, vt quis non cogatur inuitus vendere, in quibus casibus fallat.*
2 *Regula, vt quis non cogatur inuitus emere, in quibus casibus fallat.*

1 **IN communes.** Not. benè regulam l. nec emere, ĩ. de iu. deli. quod quis non cogatur emere, nec vendere † Ista reg. fallit hic fauore libertatis. Simili rõne fallit ĩ l. 2. in fi. de pat. quod fil. dist. Itẽ fauore vlt. volunt. vt l. si equo, ſm vnũ casum. ff. de le. 1. Fallit ẽt in odium dñi atrocitantis seruum, vt Inst. de his, qui sunt sui, vel alie iur. §. fi. Item fallit in odium, mentientis, vt ff. de act. emp. l. Iul. §. si Titius. Item fallit etiã in l. quamuis. ff. de pig. act. sed impropriè, nam fallit, quia creditor ibi non cogitur vendere, sed ostendere pignus debitori, si vult illud vendere. Alia verò re2 gula, † quod quis non cogatur inuitus emere, fallit in casib. specialib. Primo in l. Iul. §. idem Celsus. ff. de act. emp. & l. cõi diu. §. fi. ff. cõmuni diu. & in l. cum in fundo. §. si fundus, de iu. do Et in istis casib. est ratio fallendi, ne quis inuitus in cõione viuat, ẽ l. si non sortem. §. si censũ. ff. de cond. ind & l. fundus ille, cũ gl. sua, ff. de ẽuicti. emp. fallit ẽt fauore vlt. volunt. in d. l. si equo, secundum alium intel. Inst. de leg. §. non solum. Fallit fauore ecclesię, in Auth. de alie. emp. §. si vero secundum prædictum. Item fallit fauore fisci, vt l. eotem fer ro. §. 1. ff. de pu. quod no.

De seruis Reip. manumis. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *In creatione syndici Vniuersitatis, quod dẽat interuenire authoritas superioris.*

1 **SI ita.** Lego hanc l. & l. 2. de Decur. in l. nulli. ff. quod cuiusque uniuersit. nom. Nõt. † quod in creatione sindici Vniuersitatis, debet interuenire authoritas supęrioris. Aliter dixi de hoc in l. actor. ff. rem ra. hab.

De vsucap. pro emp. vel pro transacta. *Rubrica.*

LEX II.

1 *Res, quæ non possunt ex dispositione legis alienari, vel ex dispositione defuncti, non possunt vsucapi.*
2 *Venditione prohibita per testatorem, videtur prohibita donatio.*

a 1 **SI contra.** No. ex hac l. † quod res, quæ non possunt ex dispositione l. alienari, vel ex dispositione defuncti, non possunt vsucapi. No. etiam pri2 mam gl. huius l. quam allegaui, & prohibita † venditione per testatorem, videtur prohibita donatio. Ita tenet glo. hic. Ita videtur tenere tex. in l. voluntas, de fideic. vt ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale. Si contra. Vide quod habes in l. voluntas. sup. de fideic. vide quę dixi in l. vbi lex. ff. de vsuc & ibi Bar. & hic, no. in l. filiusf. §. diui. de leg. 1. & vide hic, an appellatione venditionis, veniat omnis contractus, adde Bald. in c. 1. de contro. inter. do. & emph. vbi vide, & adde qd hẽ in l. vniuersos. ĩ. ne rei do. vel cẽp. & in l. statu lib. à cæteris, de statu lib. & gl. no. ĩ l. fi. C. de pẽ. cura. li. 10. & no. in l. fi. & quod ibi dixi, sup. de reb. alien no. alie. & in l. 1. C. si aduer. tran. & in l. alienationis, de ver. sig.

& quæ ait. Bar. in l. filius f. §. diui. de leg. 1. & ibi Imo. consuluit Bal. in consi. incip. In Christi nomine, quidam habuit uxorem. d. lo. q si statutum uetat mulierem, uel minorem alienare, uel modo aliquo uendere, seu obligare, non habent locum in restitutione seu libertate, C. de præd. cur. l. 2. quo casu stabimus iuri communi. Nec plus dicit Bal. Tu adde ad hæc, quæ dixi post Bar in l. si unus, ff. de pac. Et an prohibita alienatione, sit prohibita pignoratio, uide in l. quorum. ff. de pig. Abb. Sicu. in c. 1. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capi. dicit not. q uerbum non comprehendit in se donationem neque permutationem, per Bar. in l. fi. C. de præd. cur. li. x. contra l. statu lib. & l. voluntas. de fideic. concludit, q ubi fit commemoratio pretii, uerificatur tantum in uenditione uulgariter, & strictè sumpta, ut l. fi. de præd. cur. Sed ubi fit mentio pretii, tunc capitur largo modo, nisi in materia odiosa. Sed propter communem usum loquendi, qui regulariter attenditur, & contra propriam uocabuli significationem, l. libellorum §. q tamen Cassius. & l. Labeo. de sup. leg. c. ex literis, de spon. capietur uerbum uendo, pro specie distincta ab aliis contractib. ut capitur ibi, & in d. c. Et istis adde Bal. hic, & q post eum scripsi ad hoc, quod no. Bald. in l. 1. supra de re. permu. Adde circa prin. apost. dum alleg. Bal. quod pro illa parte facit quod consuluit Ro consi 280. & 393. quod stante statuto q mulier non possit alienare sine consensu duorum propinquorum, quod nihilo minus potest quittare maritum de fructibus bonorum parafernalium. Et adde quod no. Bal. cons. 345. quod l. 2. huius ti. qd præceptum factum filiis minoribus ne diuidant, non est andum, ideo non ualet diuisio si contra fiat.

LEX IIII.

Venditioni. Hic no. 1. quod probo, non reprobo. Secundo no. q vsucapio absorbet dominium. h. d.

LEX V.

Si patrem. No. ex isto fine, q res vi possessa, non potest vsucapi, donec in potestatem domini reuertatur. h. d. Hoc tamen quod dicit domini, intelligo, i. eius qui est expulsus, ut probatur. ff. de precar. l. certè. §. pen.

LEX VI.

Cum sit. Istam legem intelligo, q res est furtiua, secundum ius creditoris, & isto respectu non potest vsucapi. Sed si extraneus surripuisset, esset furtiua etiã respectu domini. Ita probatur ff. pro soc. l. fi. & de vsuc. l. sequitur. §. si rem.

LEX VII.

Ex causa. Intellige sm ueram opi. de eo, q datur ex cã transactionis, non de eo q ex cã transactionis retinetur, tunc in eo non transferri dñiũ, nec vsucapiendi ɔdõ, vt l. si p fundo. s. de transac. quod tamen intellige, ut perfectè dixi. s. eod. l. 1.

De vsucapione pro donato. *Rub.*

LEX III.

Irritam. De ista materia vide plenè in l. Celsus. ff. de vsucapionibus.

De vsucapione pro dote. *Rubrica.*

LEX VNICA

1 *Maritus est dominus rei dotalis.*
2 *Maritus possidet rem dotalem.*

1 **Res.** Ex hac lege apparet, † quod maritus est domin' rei dotalis, qa si in eũ non transferrẽ dñium, nec vsucapiendi ɔdõ, sm rõam positã in l. claub. ff. de ɔha. emp. l. Pomp. §. si iussu. cum sua gl. de acq. pos. Itẽ appa-
2 ret, quod † maritus possidet rem dotalem. Si enim non possideret, non vsucaperet. Probatur in l. Pomp. §. in dote. de acq. poss.

De vsucapione pro hærede. *Rubrica.*

LEX II.

a **Nihil.** [a] In suis hæredibus cessat vsucapio pro hærede h. d. tex. & gl. Rationem ponit gl. & no. gl. ibi, itẽ hoc dicunt quidam &c. In hoc utrum existentia sui hæredis operetur aliquid qñ habuit cohæredem. Dy. tangit in l. apud Iulia. §. idẽ Iulia. ff. ad Treb. & l. 2. s. de iu. delib. plenius ĩ l. si filius, q patri. de vul.
b & pup. Quærit gl. an mala fides defuncti transeat ad hæredem. [b] Dy. de hoc plenè in c. possessor. de reg. iur. in li. 6. Ego tetigi vobis. & gl. tangit in l. Pomponius. §. cum quis. de acquir. possess.

ADDITIONES.

a Ale. Nihil Iste tex est sing. secundum Bal & adde similem in l. 2. §. 6. Paris. Nihil. Vide Ale. in l. si filius, qui patri, ff. de uul. & pud. & in l. qui se patris C. vn de lib. Ias. in l. 1. in prin. supra qui admit.
b Ale. Ad hæredem. Vtrum mala fides authoris noceat successori, uide Bar. in l. cum hæres. & quę ibi dixi. ff. de diuer. & temp. præscr.

Communia de vsucapionibus. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Colonus an possideat.*

1 **Qui ex conducto.** Gl. intrat materiam hic, utrũ si colon' possideat. Et constat, q non, sed nunquid amittatur possessio, si colonus deiiciatur, uidebitis in l. fi. j. de acq. poss.

LEX II.

Iam pridem. Res fiscales non possunt usucapi. h. d.

§. Si mala. Mala fides authoris, nocet successori vniuersali. hoc dicit.

De vsucapione transferenda. *Rubri.*

LEX VNICA.

1 *Ad præscriptionem quando requiratur titulus, & bona fides, & possessio continuata, & quod idem sit in vsucapione.*
2 *Mala fides superueniens non interrumpit præscriptionem, secus de iu. Cano.*

a **Cum nostri.** Reiectis aliorum tpm curriculis, vel circulis, res mobilis vsucapiebatur triennio à possidente, titulo, & bona fide, [a] nec superueniens mala fides eam interrumpebat, & sublata est differentia
1 rerũ Italicarũ, & puincialiũ. h. d. Tene mẽti. Qd † ad p̃scriptionem
2 requiritur titulus, & bona fides, & possessio cõtinuata, idem in vsu-
b capione. Item nor. q † mala fides [b] superueniens non interrumpit
c præscriptionem. Secùs de iure Canonico, [c] vt in c. 2. de reg. iur.

ADDITIONES.

a Ale Et bona fide. Et de ista bona fide, quomodo intelligatur, vide Bar. in l. in debiti. §. sed si nummi. ff. de cond. ind. Vide Bar. in l. si de eo. §. 1. ff. de acq. pos.
b Ale. Mala fides. Et sic videtur q gl. in l. item si res, de alie. iud. mu. cau. fa. per quam solet limitari auth. malæ fidei, non procedat de iure Canonico, vt in glo. uide Inst. de eo. §. sed istæ.
c Pari. De iu. Cano. Aduerte tamen, quod licet de iure Cano. mala fides superueniens interrumpat præscriptionem, secus est si superueniat dubietas, uide Ale. & Are. in l. 3. §. genera. ff. de acq. poss.

De acq. & retinenda poss. *Rub.*

LEX PRIMA.

a **Per liberam.** [a] Per liberam psonã q̃rĩ possessio ignorãti: vsucapiẽdi ɔdõ demum scienti. h. d. Glo. tua tractat q̃dã materiam, & essent duæ materiæ. Primo quarit dẽat hoc intelligi, an vtroq; gerẽte in aĩo, an altero tantum. Quod quæratur dño habetis tex. in l. fi. s. si quis alteri vel sibi, & probatur in l. qui mihi donatũ. ff. de don. Secundo gl. intrat hic materiam, quomodo possessio q̃dã habet multum facti, & parum iuris: quędam multum iuris, & parum facti, &c. plenè examino in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc.

ADDITIO.

a Ale. Per librã. No. istũ tex. q vr requirere factũ eius cui p p̃scriptionẽ acquiritur. De quo in c. accedens, in gl. de præb. q uoto. An. in ti. de teste. § nunc videndũ, ver. ad hoc opponitur, & q̃ sit rõ, q vsucapiendi cõdõ hæc, non acq̃ritur ignoranti, uide Rap. & Old. in l. 1. §. per procuratorem. ff. eo. & per Imo. in l. possessio. §. fi. ff. eod.

LEX II.

1 *Possidens sciente venditore, præsumitur quod ei fuerit possessio tradita.*
2 *Si præcedit titulus, postea sequatur possessio, in dubio præsumitur possidere ex titulo præcedenti.*
3 *Testis interrogatus de possessione, rectè assignat rationem sui dicti per hæc verba, dico Titium possidere quia vidi eum locare, fructus recolligere, & alia, vt dominum facere.*
4 *Traditio possessionis, an possit probari per instrumentum.*

a **Minus.** [a] Hæc est bona lex. In his, ad quę qs tenetur, patiẽtia hr p ɔsensu. h. d. Op. de l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. vbi in dubio qs p̃sumitur ɔdicere. Sol. hoc est verũ, nisi in his, quæ quis tene-
1 tur facere hic est casus hic. No. ergo, q † q possidet sciente vendito-
b re, p̃sumitur qd ei fuerit possessio tradita, [b] vt hic. Et istud, q tex. dicit, diu, denotat facti accidentiam, non iuris ministerium, sm gl. & benè, hodie tñ in instro vendõnis ponuntur illa verba, quam rem cõstituit se suo noĩe possidere. Item, quia dedit ei licentiam apprehẽ-
c dendi, &c. Item dẽs scire, [c] q † si præcedit titulus, & postea sequatur
2 possessio, in dubio p̃sumitur possidere ex ti. p̃ce. vt not. in l. q̃dam. ff. de rei ven. No. illa verba, q̃ dicit tex. oĩaq; vt dñm gessisse. Et ex hoc
3 habes, q † testis interrogatus de possessione, rectè assignat rõnem
d sui dicti, p hęc verba, Dico Titiũ possidere, qa vidi eũ locare, [d] fructus recolligere, & alia facere, q̃ dñs facere solet, arg. huius l. fac. ff. de sol. l. Titia. Plus dicit gl. nostra hic, quia etiam si non sit dñs, in du-
e bio isti actus p̃sumuntur fieri tanq̃ à dño. [e] Quęritur hic, † vtrũ posses-
4 sio tradita posset probari per instrm. Hic tex. facit q sic, dum dicit, licet. n. instro, &c. Tu dic, q tradõ possessionis ciuilis, benè potest approbari per instrm, dum dicit, constituit se suo nomine possidere sed traditio possessionis naturalis, seu corporalis ita demũ potest probari per instrumentum, si instrm esset confectum in conspectu fundi. Ita posset intelligi l. prędia. ff. eo. & ibi dixi post Iac. de Are. & Doct. hoc tangunt. Ex illis ergo verbis instrumenti, quę dicunt, vendidit,

ADDITIONES.

a Ale. Minus. Et de hac l. Minus. vide quæ habentur in l. 3. in prin. ff. de acq. poss.
b Ale. Tradita. Quo ad probandum traditionem possessionis, sufficit probari me possidere sciente venditore. Adde Bal. in l. inducias. s. de rei ven. vbi idem post Ia. de Are. secùs si ab eo non habuisset tit. quod no. Bal. in l. solennib. de rei ven. per Bar. in l. Celsus, de vsu. & vide Bal. hic, & q ibi dixi. Vide Bar. in l. pe. de exec. rei iud.
c Ale. Scire. Per Bar. in l. cum solus, & l. Celsus, de vsu. Ita intellige si possidens pro parte sua adimpleuit contractum, aliàs secùs. Ita not. dixit Bal. in l. super longi. de præscr. lon. temp. Men Grama. decis. 103. nu. 77.
d Ale. Eum locare. No. pro teste, & hanc regulam intellige, vt per Bar. in l. qui uniuersas. §. qui colonum, de acq. poss. & quod no. voluit Bar. in l. ad probationem. sup. locati. & ad probandum dominium dixi, saltem remissiuè in l. rem quæ nobis, post Bar. ff. de acq. poss. & vide no. Inst. de ac. § sic itaq. & dixit Bal. in l. indicia. sup. de rei vend. q non, tantum per exceptionem fructuum probatur possessio, sed etiam probando q ego iui per locum posses. agendo aliquid, l. postulatio, §. hoc quoque, de verb. ob. Item dicit Bal. per gl. ibi, quod si probo quod feci seminare, arare, & colere, quod probata est posses. in l. si quis. sup. fi. reg. licèt nõ probetur de recollectione fructuum. Dixit tamen Bal. in l. post sententiam. sup. de sen. quod per ire in possessionem, non probatur possessio, sed per recollectionem fructuum. Adde qualiter probetur possessio, Bald. consi. 73. & consi. 377. Et qualiter antiqua possessio probetur consi. 442. Et qualiter receptio pensionis probet possessionem, consi. 270. omnia tertio vol.
e Paris. A domino. Vide Ale. consi. 136.

a didit, nõ probat possessio traditã, nisi in ꝯspectu fundi tunc essent prolata illa verba. Vide d.la. de Are. in d.l. pdia. quod est notãdum ꝙ per illa verba tradidit, uendidit, vł concedere authoritatẽ, seu licentiam accipiendi possessionem sua authoritate, ut d.l. prædia.

ADDITIO.

a Ale. Possessio. Et adde quæ habes in l. creditorem. inf. de pign. & in l. si ex stip. ff. eo.

LEX III.

a **Donatarum.** Infanti q̃ritur possessio rei sibi traditæ. h. d. Op. de l. j. §. adipiscimur. in fi. ff. eo. Multæ so. dantur, finaliter Dy. dicit; Quædam sunt res, in quas infantis cadit affectio, vt in aliquo iocali, & tũc ei q̃runtur possessio, ut hic. Quædã sunt, in quas non cadit eius affectio: & tunc statur ꝯtrio.

ADDITIO.

a Ale. Donatarum. Per. h. d. Lu. l. 1. in prin. de verb. obl. quod in iocalib. infans potest stipulari, si fari potest, ex quo circa ea habet affectionem uide Bar. in l. quamuis. §. infans. ff. eo. tit.

LEX IIII.

Licet. Possessio nudo aĩo non q̃rit, sed nudo aĩo retinet̃. & qui ad possessionem nõ accedit metu p̃sonæ, possessionem nõ p̃dit. h. d. Circa legem nr̃am esset uidendum, quid sit poss. & quotuplex, & qualiter acquiratur, & qualiter perdatur, & quis sit possessionis effectus. Ista oĩa examinãtur. ff. eo. l. 1. in princ. in illis gl. ma. Qui volunt repetere trahunt hic, & ibi ego dixi plenè.

LEX V.

1 *An emens à colono, qui rem tradat, præscribat.*

a **Cum nemo.** a Nemo p̃t sibi cãm possess. mutare nulla cã superueniente iiũa. h. d. Hæc lex legit̃ in gl. nr̃a duob. modis, vel trib. Primo qđ colonus meus rem meã alteri vendidit, ꝙ non placet, quia per hoc dñs priuaret̃ possessione, vt l. peregrè. § quib. e. tit. Scđo mõ legitur, ꝙ sibi primo voluit possidere, postea alteri uendidit, & tradidit. Ista lect. laborat eo. morbo cũ præcedenti. Alij dñt ꝙ hic colonus emit ab eo, quẽ sciebat nõ dñm terræ: licet hẽat titulũ, nõ tñ hẽt pos. ñ. n. p̃t mutare cãm possess. suæ. Hic est uerus casus no. in hac l. Circa istã l. primo est quærẽdum quot modis mutetur cã pos. Dic, ut in gl. Secundo quæritur,
1 quid † si aliquis emit à colono, & colonus sibi tradidit, utrũ iste talis emptor poterit præscribere? Et determinat gl. nra ꝙ sic, per l. nõ solum. §. ꝙ vulgo. ff. de usuca. Difficultas huius quæstionis pendet ex hoc, quia ab vno habet titulũ, ut à colono, ab alio habet possessionem, ut à dño, & text. in l. eum, qui. § pe. ff. de pub. vł requirere, ꝙ quis habet titulum, & possessionem ab eo. Gl. tangit ff. de vsucap. l. cum solus, & ibi perfectissime examinaui.

ADDITIO.

a I.A. Cum nemo. Adde quod de iure Canon. mutans sibi causam possessionis, priuatur iure suo, uide Bar. in tract. differentiarum inter ius ciui. & Cano.

LEX VI.

Si nulla. Qui occupat possessionem sine causa, tenetur eam restituere. h. d.

LEX VII.

Improba. Possessio vitiosa non prodest ad vsucapionem. h. d.

LEX VIII.

Per procuratorem. Hanc legem habuistis. s. eo. l. 1. Dic ut ibi.

LEX IX.

Nec ex vera. Iustus titulus, & improba possessio ad usucapionem non sufficiunt, vt l. si ex stipulatione. ff. eo.

LEX X.

Nemo. Possessio non prodest ad vsucapionem. h. d.

LEX XI.

a **Vitia.** Vitia realia transeunt ad quemlibet successorem. h. d. Hoc est verum in vitijs realib. & quasi realib. vitia verò p̃sonalia, vt est mala fides, transeunt cum uniuersali successore, non ad singularem. Videbitis ĩ. tit. 1. l. 1. de iure tamen Canonico uidet̃ aliud ut no. per Dy. in c. possessor, de reg. iur. lib. 6.

ADDITIO.

a Ale. Vitia. De hoc uide quod habes post Bar. in l. eum hæc res, de diu. & temp. præscri. per Canonistas omnes in c. uigil. in c. fi. de præscr. ubi uide, & adde Imo. in l. si qua. §. tunc alias, & §. seq. ff. de vsucapioni.

LEX XII.

a **Ex libris.** a Ista est una de cõstitutionib. quas Ros. commẽdat. Opp. de l. 3. §. ꝙ si seruus. ff. eod. & l. peregre. §. qbus e. tit. Sol. quatuor sunt casus. Primus, quando seruus, uel colonus deijcitur. Secũdus, quando seruus, uel colonus uendidit, & tradidit. Et istis casib. dominus possessione priuatur, ut legib. contrarijs. Quandoque seruus, uel colonus derelinquit possessionem, uel perdit, & istis casibus non priuatur dominus possessione. Ita loquitur hic, &c.

ADDITIO.

a Ale. Ex libris. Ad hanc legem uide omnino Gul. in l. licet. sup. eo.
Paris. Ex libris. An autem, & quomodo præscriptio contingens ex fratre coloni noceat domino, uide Ro. consi. 477. ad fi.

De longi temporis præscriptione. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Vitium litigiosi purgatur transactione facta super re, seu super causa, secus si super instantia.*

CVm post. Perempta instantia, remanet vitium litiosi quod ad singularem successorem non transit, qui adminiculo authoris non vtitur. h. d. Opp. vitia transeunt a ad successores, vt s. tit. 1. l. vitia. Sol. Ibi de vitijs realib. vt no. in d. l. vitia. Oppo. s. de pact. l. postquam liti. Sol. & est no. Si quidem instantia perit triẽnio, vel consensu partium, quæ renunciauerunt tantum instãtiæ, durat vitium litigiosi, vt hic: secus si renunciauerunt liti. Hic est casus in d. l. postquam liti. quia tunc res desinit esse litigiosa. Ita tenet gloss.
1 quam vide, & signa. Not. ergo, † quod per transactionem super re, seu super causa, purgatur vitium litigiosi: secus si tãtũ fiat super instantia. Facit ad hoc, quod habuistis no. s. de iud. in l. properãdum. §. si quidem, & quod habuistis not. ĩ. de fructib. & lit. expen. l. 2. Opponitur de Auth. vt spon. largi. §. rursus, vbi videtur quod vitium p̃sonale nocet singulari successori. Sol. Fateor, quod io hoc est illud immutatum, per dictum §. ideo vide auth.

ADDITIO.

a Ale. Transeunt. Nu limitationem ad id quod dicitur, ꝙ uitium litigiosi durat perẽpta instantia, & est sententia gl. hic. Et adde quod licet duret uitium litigiosi quo ad quædam perempta instantia, tamen res potest alienari, ut hic, & no. Bar. in l. fi. inf. de liti. & ibi uide melius per Ang. in §. 1. in fi. adde Bar. in l. mota. sup. de trans.
Menoch. Dec. l. 2. nu. 59. sup. de eaden.

AVTHEN.

a **Malæ fidei.** a Hic est casus, in quo ad præscriptionem lõgi temporis requiritur scientia, eius, contra quem præscribitur, ꝙ est contra regulam, supra eo. l. fi. Cætera dic, vt ibi in gl.

ADDITIO.

a Ale. Malæ fidei. Ad intellectum huius auth. uide Bald. in l. ancillæ, sup. cõia de fur. & Cano. in c. si diligenti. de præscr. & Bar. in l. Pompo. in princ. de acq. pos. ubi uide
A dde huic auth. quinque limitationes, quas hic dat Pa. de Ca. & quæ pulchrè unluit Old. consi. 29. Et an præscriptio liberet conscientiam, uide Bald. consi. 229. cum duob. seq. 3 uol.
Barb. Malæ fidei. Et pro ista auth. uide Bar. consi. 185 inci. Quidam nomine Titius uendidit, utrum quis possit uti tempore sui authoris in præscrip.
Paris. Malæ fidei. Vide Aret. in §. ista. Inst. de act. ponentem decem seu duodecim limitationes, & Are. consi. 54. ubi uult quod ista dispositio non habeat locum in debitore qui hypothecauit alteri rem suam, & postea alteri eam uendidit scienti, & dolose, uide per eum, & circa illam materiam uide Bar. post Ale. in l. Pompo. §. cum quis. ff. de acq. pos. ubi ponit octo limitationes ad hanc auth. ubi ponit an procedat de iure Can. uide Ale. in l. rem quæ nobis, de acq. pos. Item quod ista auth. non habeat locum in tab. mobilib. vide Ale. consi. 277. circa fi. in materia Fely. in c. si diligenti, de præscr. Item aliqua in materia huius auth. vide per Are. in l. ancillæ. C. de fur.

LEX IX.

1 *An exceptio præscriptionis impediat litis ingressum.*

Emptor. Hęc est bona lex. Exceptio pręscriptionis potest opponi in initio, sed post lit. conte. proban. h. d.
1 Hic videtur casus, † ꝙ exceptio præscriptionis a non impedit lit. cõ
a test. In contrarium dicunt Doc. quia præscriptio est inuenta, vt sit litium finis. ff. pro suo, l. fin. ergo impedit lit. contest. vt s. de transl. fratris, & ibi tetigi. & ff. de ver. sig. l. transact. finita, & per Gul. in l. eleganter. §. si quis post, ff. de condi. indeb. Non ob. hæc lex, quia non opponebatur ad impediendum processum, sed ad institiam causę. Postulabat enim se absolui à petitione, non ab instantia, h. d. text.

ADDITIO.

a Ale. Exceptio præscriptionis. An exceptio præscriptionis impediat litis ingressum, & vide quæ dixi post Bart. in l. fi. pro suo, & vide Barto. in l. non solum. §. morte, de operis noui nunciatio. & hic adde Bar. in l. fi. supra alleg.
Menoch. Afflict. decis. 53. dicit discussionem huius exceptionis esse tractãdam in meritis causæ, idem Bar. in l. nam & postea.

LEX X.

Nec bona. Memento quando facis articulos super probanda præscriptione, ꝙ concludant tempus præscriptionis ante litis conte. vt hic dicit tex. & dixi plenè de hoc de vsucap. l. Celsus, & per Doc. hic.

LEX XI.

a **Super.** a Istud quod dicit gl nostra, verum est. Bona fides probatur eo ipso, ꝙ non probatur contrarium, sed possessio debet probari: qualiter autem probabitur possessio continuata. Doc. dicunt, hoc probatur ex præsumptionibus, nam si possederam iam sunt 20. anni, & possideo hodie, præsumor medio tempore possedisse, quia possessio solo animo retinetur. Dixi plenè in d. l. Celsus, de vsuca. & ibi per Doc.

ADDITIO.

a Paris. Super. An autem in præscriptione incorporalium præsumatur bon. pos. vide practicam Pap. in forma libel. in act. confes. col. pe.

LEX XII.

a **Cum in longi.** a Præsentes dicuntur qui sunt de eadẽ prouincia: & debet inspici ubi partes habent domicilium, non vbi res est sita. Item ad præscriptionem,
b scientia eius, contra quem præscribitur, b non requiritur, hoc dicit
c hæc lex, quæ est multum notabilis, & singularis. No. gl. c super verbo, id est in vna prouincia, in prouincijs verò, quæ adhuc reguntur hodie per præsidem, habet locum hæc lex. In locis vero in quibus ciuitas habet sua regimina, habet locum, quod dicit hic no. gl. quã vide, & signa. Ibi, eodem obseruando, quantum ad tempus, nõ quãtum ab substantiam, vt supra de seru. l. 2.

ADDITONES.

a Alc. Cum in longi. Vide Ale. in l. cum filius. §. in hac, de verb. obl.

b Paris. Contra quem præscribitur. Verum est quantum ad hoc, vt mero iure curret præscriptio, sed ignoranti datur restitutio in integ. super quo vide omnino, quæ habes ad Bar. in l. 1. §. si quis autem propter inundationem. ff. de itin. actuque pri. ua vbi vide. Item istam legem repetit Bal. in qua plura tangit de materia præscriptionum. Item quando illud quod hic dicitur, quod contra ignorantem currat præscriptio, vide Fely. in c. vigilanti. extra, de præscr. & multa, quæ addi. ad Bar. in l. 1. §. si quis autem propter inundationem, de itin. act. pri. & adde circa illud, quod dicit gl. in ista l. fi. quod ciuitates Lombardiæ habent ius ad instar prouinciæ, vt tenet etiam Cy. & Bal. hic, adde Bal. per gl. ibi in c. 1. in ti. hic finitur lex Conrad. Bal. in c. 1. §. ad hæc, de pace iura. firm. in auth. & omnino. C. ne vxor pro mar. Item inquantum ista l. fi. tangit de præscriptione vsusfructus, ponit latè in l. 3. §. ex contrario, de acq. pos. vbi vide Are. qui dicit, quod requiritur in præscriptione vsusfr. licèt secus sit in alijs seruitutib. prædialib. Item inquantum dicitur, quod x. ann. inter præsentes, & 20. inter absentes, adde quod fundans se in præscrip. 10. ann. debet probare possessionem cum illa qualitate inter præsentes, aliàs succumbit. Vide Alex. omnino consi. 92. in 5. vol. ad fi. & omnino in consi. 118. contrarium tenet Bal. & Ang. in l. emptor. sup. eo. vide omnino in repe. in ver. prescr.

c Ale. Not. gl. ad quæ est hic, vide no. verba Bart. in l. infamem, in finalib. verbis. ff. de pub. iu. & Bar. in l. 2. §. si circa fi. ff. de metropo. lib. 20. & In. de Imo. in l. si heres. §. vien, de le. 1. quod ibi scripsi. & dum dicit hic, de præscriptione, quod currit contra ignorantem, fallit in præscr. anna. quæ non currit contra probabiliter ignorantē, l. cum le x, de adil. edic. & quia vbicunque lex notat culpam, annus non currit, nisi à die scientiæ, vt no. in nouella, in c. seruorum, de ser. ec. dixit Bal. in c. fi. de prohi. feud. alie. & vide Bar. in l. 1. §. si quis propter, de iti. actuque pri. Adde no. in l. fi. ff. si quis test. lib. esse iussus fue. & plenè Bal. in l. 1. C. qui admit. Et hoc limita notabiliter per iux. & ibi Bar. in l. 1. §. si quis propter, de itin. actuque priua. Adde an præscriptio currat ignoranti, Bald. consi. 455. 4. vol. consi. 1. 2. 3. vol.

In quibus causis cessat longi temporis præscriptio. *Rub.*

LEX II.

a IN seruorum. ª Vide glo. super verbo, cum. Hanc glo. intellige, si legitur causaliter, tunc innuit, quod in reb. mobilib. nō potest habere locum in præscr. longi temp. quia habet locum vsucapio. Si legitur temporaliter, cum, pro quādo, tūc dicit quod vsucapio non habet locum, sed hēt locū præscriptio, & tunc secundum istam regulam non negatur quin res mobilis possit præscribi lon. temp. tamen non est necesse post vsucapionem, vt hic, vidistis ī. de ser. fug. l. 1.

ADDITIO.

a In seruorum. Circa l. huius ti. vide Are. in l. si de eo. §. seruum. de acq. poss.

LEX III.

Vnus. Hanc legem intellige, quando possidebat totum fundum tamen non habebat titulum nisi immediatè, nam si titulum, & bonam fidem haberet in totū, præscriberet totum, & per consequēs repelleretur communi diuidūdo, non præscriptione, sed exceptione dominij.

LEX IIII.

a Hæreditatem. ª Quę sit ratio, quare petitio hereditatis non datur contra tit. possidentem, dixi ī. de pet. hęre. l. hęreditatis. Gl. hic ponit illam rationem.

ADDITIO.

a Alex. Hæreditatem. Ad hanc legem adde Ang. in l. fi. & vide gl. ff. de leg. vbi tenet, quod petitio hæreditatis quo ad rem mobilem tollatur triennio, quo ad rem immobilem tollatur longo tempore.

Quibus non obycitur longi temporis præscriptio. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

TEmpus. Iste totus titulus ponit quasdam personas, quę iuuantur pręscriptione 10. vel 20. an. propter absentiam, vel aliam causam, vt sunt minores, milites, medici, qui stant in pręlio ad curandas plagas, & similes, & hęc sufficiant modo.

Si aduersus creditorem. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

a DIuturnum. ª Contra hypothecam pręscribitur lōgo temp. à quolibet possidente, excepto creditore cum eius hęrede. h. d. cum l. seq. Quęrit gl. quę est ratio, quod vsucapio triennij non impedit hypothecam. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. de pignorib. l. vsucapio. Rationem dic, vt in gl. quę est notabilis.

ADDITIO.

7 *Verbũ solere, in quot vicib. verificetur, & an indicat necessitatẽ. & nu. 8.*

a **NOn semper.** [a] Quicquid iudicis potestati committitur, necessitati non subijcitur h.d. vel aliter. Verbum, solere, in his, quæ habent rationẽ difformem, non inducit necessitatem. h.d. Diuide, quia primo ponit solutionem quæstionis tacitè intellectæ. Secundo ponit vnde oriebatur dubium quæstionis. Tertio ei respond. vel illud soluit. Secunda ibi, propter subscriptionem. Tertia ibi, id. n. No. qđ dixi in summario, concor. l. quicquid. ff. de iud. Secundo not. quod verbum, solere, non importat necessitatem. Tertio not. quod di- b cit,[b] non semper, coniuncto cum glo. ꝙ † negatio præposita signo 1 vniuersali, facit æquipollere contradictorio suo. Simile habes in l. legitimos. §. an ergo. ff. de leg. tu. & l. in bello, § 1. de cap. & postl. re- a uer. Venio ad contraria, & op. † quod iudex cogatur pronunciare contra absentem, vt sup. de iud. l. properandum §. sin autem ex gestis. Sol. Dicit glo. hæc lex potest intelligi in reo absente, & tunc illud ꝙ dicitur. non semper, ponitur causaliter, vel temporaliter. q.d. aliquo casu cogetur, puta, si contra reum absentem liquet de causa, secus, si non liquet, vt hic, & l. contraria. Potest etiã intelligi in actore absente, & tunc, nõ semper ponitur causaliter, vel temporaliter. Causaliter eo modo quo ꝭ. compellitur. n. quando de causa liquet contra absentem: secus si non liquet. Temporalitur, quia compellitur solum iuxta finem triennij, & non ante, vt l. properandum. §. j. ꝭ. de iud. & ibi no. Op. de l. absentem. ff. de pę. Sol. gl. hic loquitur in ciuilib. ibi in criminalib. in quib. distinguitur, an pęna sit maior relegatione, vel infra ut ibi & l. seruum quoque §. publice ff. de proc. Opp. 3 tertio, & videtur ꝙ † subscriptio Principis non probet, vt ꝭ. de le. 2. l. 3. Sol. Hic loquitur quando redacta est subscripto in corpus iuris quia tunc probat, aliàs secus. Extra gl. recitabat D. Ia. Bu. gl. in l. sępè c de offi. præsi. sed eam omitto. Venio ad quædam alia[c] dicitur hic 4 † ꝙ iudex quandoque compellitur iudicare. Quæro per quem cõpellatur iudicare. Rñ. quædam est compulsio propter verecũdię, est. n. sibi verecundia si non facit, ꝙ debet, de hoc loquitur l. Quintus. ff. de man. & l. pecunię. ff. de ali. & ciba. le. Quędam est compulsio vera, quę afficit personam, & sic dico, ꝙ compellitur per superiorem, imposita pęna, si neglexerit. De hoc habetis rub. specialem, d vt diffe. iudices. §. 1. in prin. Quędam est alia compulsio causatiua,[d] 5 si. n. † iudex non iudicat, tenetur parti ad interesse: non dico, quod 6 faciat litem suam, † quia illud habet locum in iudice malè iudicante, non negligente. Item loquitur Inst. de obl. quæ ex quasi delictis nascuntur, in prin. & l. ex maleficijs. §. si iudex, de actionib. & obligationib. & de varijs, & extraor. cog. l. vlt. & de iud. l. si filius. Sed cõtra negligentem prodita sunt remedia in casibus. specialib. vt videbitis vnum in l. mancipia. de ser. fug. alium in l. si quando, ꝭ. de testa. & l. properandum. §. sin autem vtraque, supra de iud. de magistratibus conue. & per totum titulum de damno infecto, l. 4. §. in eum. Quæ- 7 ro secundo, dicitur hic † solere, quot vicibus inducatur istud solere?

ADDITIONES.

a Ale. Non semper. Vide eũd. Bar. in l. quod iussit, de re iud. ubi dix't sing. Bald. in l. Gallus, in prin. de lib. & posth. ꝙ ubi l. vel statutum procedit dando formam, vel regulam, importat necessitatem per illum tex. vnde facit ad statuta disponentia, quod Potestas possit inquirere de maleficijs, quod tenetur hoc facere, aliàs puniatur, quod non videtur verum, vt l. non quicquid. ff. de iud. & ibi expressè Ang. videtur tenere contrarium. Non obst. iste tex. quia ibi non inducitur per illum text. sed per alias leges.

Paris. Non semper. Ista lex unum dicit singulariter, sed contrarium dicit Bart. in consi. 7. inc. Viso compromisso, & refert Bal. ibi dicere contrarium, & ita ipse tenet, & vide ibi in subscriptione Fulg. vbi vult vnum singulare pro limitatione in l. nõ quicquid, & in hac l. quod quando aliquid committitur potestati iudicis, vel arbitri, qui aliàs tenebatur facere, illa verba inducunt, vt intelligatur remissa necessitas, aliàs talia verba nihil operarentur, uide ibi per eum, vide etiam eundem Com. in consi. 68. incip. In præsenti q. ante fi. vbi sing. vult, allegando etiam Bald. in d. l. Gallus, quod quando iudex ex potestate sibi attributa à lege, vel à Principe non arctatur, tamen negari non potest ipsum errare, si mentem statuti diligenter non obseruaret. Supposita enim potestate sequitur necessita dicendi, &c. vt ibi per eũ no. & vide eundem consi. 168. inci. Venerabilis vi. in 2. dub. ubi allegat etiã Bal. in d. l. Gallus, quia quando lex vel statutum aliquid inducit pro forma, inducitur etiam necessitas, si vitatur, ver. post tamen. postea arguit in contrarium in illo casu, vide per eum. Item quod verbum post, relatum ad iudicem, importat necessitatem, uide Ias. in l. ad egregias. de iureiu. per eundem in l. Gallus. in princ. de libe. & posthum, ubi etiam quid in alia materia.

b Ale. Quod dicit. Adde Bal. in l. si necessarias. §. si annua. de pign. act.

c Ale. Quædam alia. Vide Bar. in l. 1. in prin. ff. de iurisd. om. iud. Posset etiam compelli iudex propter finem instantiæ ferre sententiam secundum Barto. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, procedatur, alleg. hic no. Facit quod habetur in l. Seuus, & Augerius, ad legem Fal. & quod ibi dixi, & ad quod supra dixi adde Bald. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de infamib. & uide Bald. hic, & in auth. ei qui. de tempo. appel.

d Ale. Compulsio causatiua. Vide Bal. in l. manci. sup. de ser. fug. & in l. fi. ff. de var. & extraor. cog. & ibi dixi, in l. quod iussu. supra de re iud. uide Ioan. An. in add. Spe. in tit. de dispu. & alle. §. fi. & uide Bal. in c. 1. §. iudices, de pace iura. firman. & hic & in l. mancipia. C de ser. fug. & uide Bal. in l fi. sup. de magist. conue. & Bar. ff. de fal. l. Pau. & Bal. in l. si bemus. sup. de testa. & in l. qui accusare. de eden. & Inno. in c. super eo, quod met. causa.

Quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat. *Rubr.*

Hæc rub. continuatur per gl. vel aliter. Quædam sunt solennitates, quæ præcedunt sententiam, quædam requiruntur in ipso actu sententiæ, quædam sequuntur post sententiam. De primo loquitur iste ti. De secundo j. tit. prox. De tertio j. de exce. rei iud.

re, a nunquam fui bene clarus de isto verbo. De ver. consuetum est, vel visitatum est, determinatur in l. de quib. ff de legib. & j. quæ sit lon. consuetudo. Sed istud solitum est, vel solere, est nomen vſe, ꝙ verificatur ex vno actu tm̃. Tex. est in l. Mela.[b] §. 1. de ali. & cib. le. ꝙ tene menti. Quæro, & reuoco in dubium, † vtrum verbum solere, prolatum a lege inducat necessitatem,[c] vel non. Breuiter quandoq; verbū, solet, si induceret necessitatem si a lege, incideremus in ꝯrietatem, & tunc exponitur, solet, id est potest, vt l. post edictū. ff. de iudi. Si vero in ꝯrietatem non incideremus, & tunc aut illud cui adijcitur, habet rationē vniformem in quolibet sui casu, & inducit necessitatem, vt no. ff. de ali. & ciba. leg. l. 1. & ne quid in loco publ. l. 2. § meritto. Si verò habet difformem, tunc exponitur, solet id est, potest. Hic est casus hic, nam quolibet casu absentiæ non est eadem ratio, vt ex prædictis apparet.

ADDITIONES.

a Ale. Solere. Et dicit Cy. in l. 2. ī. de reb. cred. quod si quis bis, vel ter blasphemauit, non dicitur consuetudinariè blasphemare. Facit quod habetur in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis.

b Pona. Mela. Vide ibi per Alex. in apostil. quod addidi ibi.

c Barb. Necessitatem. Adde ea, quæ no. Bar in l. creditores, j. de pig. in rep. Vide Bal. in c. 1. de milite vas. qui contu. est, vbi dicit non habere locum in feudis.

LEX II.

1 *Monitio facta a iudice habet vim peremptorij, licèt non exprimatur. nu. 2.*

2 *Sententia non valet, nisi peremptorium, vel peremptorio æquipollens præcedat. & nu. 1. 2. & 3.*

4 *Quando fiunt tres citationes, quæ habent vim peremptorij, non est necesse, quod in vltima dicatur, & peremptoriè.*

5 *Monitus a iudice, si non venit, est verè contumax, nec auditur appellans.*

6 *Dilationes, quæ dicantur peremptoria.*

7 *Vna citatio tantum non habet vim peremptorij, nisi dicatur, & peremptoriè, vel æquipollens.*

8 *Peremptorium debet dari ad petitionem partis.*

Cessante. † Valet sñia, licet peremptorium non præcedat, si tñ præcedat alia monitio tantundem importans. h. d. hæc lex fm cōem lect. In gl. nostra legitur ista lex quatuor modis. Primo secūdum vltimam lec. quæ est verissima, nec scio eã alibi, & ꝙ dicit, admoniti. s. a iudice, secundum vltimam lec. magis no. † No. monitio[a] facta à iudice habet vim peremptorij, licèt non exprimatur. Facit optimè extra de offi. dele. c. consuluit. Venio ad apparatum Op. † sententia non valet nisi præcedat peremptorium, vt ff. de iud. l. ad peremptorium, cum l. seq. hic dicitur ꝯrium, quare malè. Huius timore sunt hic in gl. quatuor lec. Vna quod nō præcessit peremptorium, per edictum positum in albo, sed fuit ei citatio peremptoria missa per nuncium. Ista est bona solutio. Secūda ꝙ non fuit per edictum peremptorium, sed † fuerūt factæ tres monitiones, quæ habent vim peremptorij, & ista est bona. Ex qua habes, ꝙ quando fiunt tres citationes, non est necesse, ꝙ in vltima dicatur, & peremptoriè. Tertia, ꝙ non fuit propositum peremptorium, hoc est tres citationes, vna post aliam, sed vna pro omnibus, & ista etiam est bona, vt ff. de iu. l. nonnunquam. Quarta, & vltima est illa, quam posui, ꝙ non præcessit peremptorium per modum peremptorij, vel citationis, sed monitus fuit a iudice, ꝙ habet vim peremptorij. Et dicit glo. ꝙ plus est, † si non venit, est vere ꝯtumax, nec auditur appellans, vt ff. ex quib. cau. in possessio. ea. l. Fulcinius. §. si. vide glos. Duo no. ex ista l. vnum, quod in monitione, quæ fit a iudice, non est necesse, ꝙ in actis describatur, & peremptoriè. Op. ꝙ etiam peremptorium non requiratur, vt l. fi. ff. de feri. Sol. † Quædam sunt dilationes, quæ dantur ad probandum, & ibi omnis dilatio est peremptoria,[b] vt l. ꝯria. etiam si non dicatur. Quædam est dilatio, quæ datur ad allegandum. & ista non est peremptoria, nisi dicatur, vt ī. de iud. auth. iubemus. Quædam est dilatio expectatoria ad ueniendum, & hic aduerte, & si quidem ista dilatio datur a iudice, semper intelligitur peremptoria, etiam si nō dicatur, vt hic secundum vlt. lect. Si vero datur per nūcium, aut per epistolam, vel per edictum, tunc si quidem sunt tres monitiones, habēt vim peremptorij, etiam si non dicatur, vt ī. cod. l. tres, & hoc secundum vnam lect. † Si vero præcedit vna citatio, tñ, non habet vim peremptorij, nisi dicatur, & peremptoriè, vel æquipollēs,[c] vt hic in ista gl. & ff. de iu. l. ad peremptoriū, cum l. seq. Aequipollens autem dico est, vt dicat iudex, cito te hac vna citatione pro omnib. vt l. nonnū quam, ff. de iud. & hoc fm vnam lect. vel si iudex dicit in citatione. Aliàs procedam ꝯ te ad sñiam, vel similia verba, ex quib. pars certificatur quod iudex non expectabit eum, vt probatur ex text. in l. ad peremptorium, cum l. seq. Sis ergo cautus, ꝙ in citationib. apponatur, peremptoriè, qñ expedit. Item aduerte, & non obliuiscaris, † quod istud peremptorium detur ad petitionem partis, aliàs non valet,[d] vt probat tex. in d. l. ad peremptorium, & ideo mementote, quod scribatur, talis iudex ad petitionem talis.

ADDITIONES.

a Alexan. Monitio. De monitione iudicis, quæ habet vim peremptorij, quod not. vide etiam quod notatur in c. si post præstitum, de confessis, & de isto etiam est glo. communiter approbata in c. consuluit, de offi. deleg. licet non alleget istum tex, idem dicit hic Bald. esse, si nuncius citat partem præsente iudice apud acta, mandato ipsius iudicis, ipsa parte citata præsente, quod habet vim peremptorij, secundum id quod not. in d. c. consuluit, in l. si procurator, ff. de verbo. oblig. & quod ibi no. & adde quod ibi no. Bald. in c. 1. de mil. vas. qui contu est super ver. terminat, & dicit Inn. in c. cum nos, de coh. cle & mul. quod monitio iudicis, qua monet, quod satisfaciat, non habetur pro citatione. Dic, vt ibi per eum latè, & no. quod non solum iudex poterit citare, sed etiam notarius, fm Bal. & Ang. in l. vt perfectius, de anna. excep. Bar. in l. si finita. §. Iulianus, ff. de dam infec. Adde quod citatio peremptoria, requiritur in trib. casib. vel quatuor, secundum Pau. de Cast. cum peruenitur ad diffinitiuam, l. peremptorium, ff. de iud. Item cum ad interlocutoriam ab obseruatione iudicij, vt l. properandum, §. & si quidem, ī. de iudi. Item cum ad missionem ex primo, vel secondo decreto. vt l. præsenti. ī. de his qui ad eccle. confug. In alijs autem actib. nō requiritur peremptorium: immo vnica citatio sufficit, vt in dilatione data ad probandum, & alios actus. Ita Imo. in c. ad petitionem, de accu. Item adde secundum Pau. ꝙ Bald. dicit in processu, qui fit coram Principe, nō est necessaria citatio, ꝙ Sal. reprobat. Adde quod melius loquutus est ipse Bald. consi. 256. 1. vol. Et de virtute peremptorij, & quomodo differat ab edicto, vide Oldr. cons. 3.

b Alex. Peremptoria. Vtrum omnis dilatio sit peremptoria Adde Bar. & ibi est tex. in l. 3. ī. de dila. & quod dixi post Lud. in l. si finita. §. Iulianus, in addi.

c Alex. Vel æquipollens. Sed quid si dicat, alias procedemus quantum de iure poterimus. an habeat vim peremptorij, vide Bal. in rub. j. communia. vel epist. Et in simili adde Bal. in l. non ignoscat, in fi. ī. de fruct. & lit. expen.

d Alex. Nō valet. No. Bar. in l. Iulianus, in prin. sui, & sequitur. Pet. de Anch. in c. j. de foro compe. & vide Bar. in auth. qui semel. j. eo. in prin.

LEX III.

1 *Qui non appellat intra decem dies, videtur consentire sententiæ.*

2 *Sententia lata contra eum, qui est citatus ad domū, valet, licèt ad eius notitiam non peruenerit.*

3 *Absens, contra quem fuit pronunciatum, quando restituatur ad appellandum, & quando ad totam causam.*

4 *An ex sententia condemnatoria oriatur obligatio naturalis.*

5 *Qui non appellat, sic consentit.*

Ab eo. Hæc lex est aliquantulum difficilis. Non potest infirmari sententia ab eo, qui congruo tempore non ꝯquerit. h. d. No. ꝙ † qui non appellat j. decem dies vr̃ consentire sententiæ. No etiam, ꝙ † sñia lata ꝯ eum, qui est citatus ad domum, valet, licèt ad eius notitiam non peruenerit, vt colligitur ex hac l. & dicam in solutione ꝯriorum. In hac l. habetis dictionem querelam.[a] Querela potest intelligi tribus modis. Vno modo p modum nullitatis, vt dicendo sententiam nullam, & isto modo non potest intelligi hic, quia sñia nulla, taciturnitate non confirmatur, vt ff. de appel. l. si expressim. Item potest intelligi de q̃rela, quæ proponit p modum restitutionis in inte. Item de querela, quæ proponit p modum appellationis, & istos duos intellectus insequuntur duæ istæ gl. Primus non procedit sine difficultate, secundus est clarus. Opp. sñia ꝯ non citatum non valet, vt j. eo. l. ea, q̃. & ff. de re iu. l. de vnoquoq;. Sol. intellige, quod hic fuit citatus. s. ad domum, & non fuit inuētus. Ita intelligitur hic tex. Secundo opp. ꝯ absentem ante lit. contesta. non potest pronunciari diffinitiuè, vt l. fi. §. illud. j. de tempo. appel. Sol. Intellige quod hic se absentauit post lit. cōtes. Ita intelligit prima gl. & benè, & istæ opp. factæ vnamquamq; lectu. respiciunt, sed illæ, quæ fient, respicient illam lec. prout loquitur de q̃rela, quæ proponitur per modū restitutionis in integrum. Ideo opp. absens nullo modo restituitur, vt ff. qñ appel. sit. l. 1. §. fi. Sol. ibi loq̃ in absente, qui fuit defensus per procuratorē, tunc si ꝓcurator nō appellauerit, nullo modo restituitur, hic loquitur in absente ex cã probabili, qui nullo modo fuit defensus. Et intellige, qui non reliq̃t procuratorem, vel reliquit & non defendit, vnde iure cōi nō pōt appellare, nisi defendatur. † Posset intelligi in absente ex cã probabili, & necessaria, qui ad totam causam restituir̃. Ista lec. non vr̃ bona, quia absenti ad petendum restitutionem currit tp̃s finita absentia, non a tpe scientiæ, vt l. fi. ī. de temp. in integ. resti. Sed hic loquitur de tpe, quod currit a tpe scientiæ, vt ibi, cognouistis, &c. & sic de tpe, ꝙ currit a tempore scientiæ, ergo nō est tempus restitutionis in integrū, quia illud currit a tpe absentiæ. Sed sustinendo istam lect. debemus dicere, cum primum cognouistis, s. & in reuersione fuistis. Melior ergo est alia lec. vt hic loquatur de querela, quæ proponitur per modum appellationis. Et fm hoc op. absens ex cã voluntaria, & probabili non potest appellare, nisi restituatur, vt l. fi. ff. de in integ. rest. ergo sibi nō currit tempus ad appellandū a die notitiæ. Sol. intelligitur hic de absente ex cã voluntaria, qui potest appellare suo iure statim scit, vel intellige de absente ex causa probabili, qui non potuit relinquere procuratorem, aliàs si potuisset relinquere, & non reliquisset, haberet necesse petere restitutionem, vt plenè in d. l. fi. de in integ. restitutio. Extra gl. per Doc. inducitur in argum. † vtrum ex sententia condemnatoria oriatur obligatio naturalis.[b] Et dicunt quidam ꝙ sic, per istum tex. quia qui non appellat a sñia, consentit,[c] vt hic, & l. cū antea. ī. de arbi. sed ex ꝯsensu oritur

ADDITIONES.

a Alexã. Querelam. Quot modis dicatur querela, vide quæ habes in l. si arbitro, ff. qui satisd. cog. vbi habes quæstionem de statuto dicente, ꝙ querelæ banitorum non audiantur.

b Ale. Obligatio naturalis. An ex sententia oriatur naturalis obligatio, adde Bar. & gl. in l. 2. ff. de iureiu. & Bar. in l. 1. ff. de condi. indeb. & in l. cum quis, ī. de iur. & fac. ign. Sed contrarium ipse tenet in l. Iulianus, §. verum debitorem, & ibi dixi. ff. de condi. indeb. & cum opi. Bar. tenet Bal. hic.

c Parif. Consentit. Vide Are. in l. 1. C. de postul.

oritur n[illegible]lis, vt l.j.ff.de pac.ergo,&c.Sol.dicebat do.Iac. But.quod qñ quis appellare potest,& non appellat, vr consentire,& ideo oritur obligatio naturalis, vt hic. Sed si appellat semel,& bis,& succubit, non potest plus appellare, tunc nõ oritur naturalis, quia tacet inuitus. Ita dicebat in l. Iulianus, de condi.indeb. Dñs Cy. in l.cum quis ꝭ.de iur.& fac.igno.ibi alle. hanc l.Ego credo, ꝙ ex sententia nunquam oriatur obligatio naturalis vera. Probo, sñia non tollit naturalem obligationem, vt l.Iulianus, de condi.indeb. ergo eam non inducit, quia facilius tollitur, quam inducatur, vt l.si vnus.§.pactus ne peteret, ff.de pac. Ad illud, ꝙ dr, † qui non appellat, vr cōsentire, respon.& dico, ꝙ qui non appellat, vr consentire fictè, non tamen consentit verè, ꝙ apparet ex eo, quia non spontè facit. Non.n. commodè quis appellare potest,& appellationē prosequi iustam. Ista.n.causa, qua quis non appellauerit propter vexationē iudiciorum, seu quia quis vexationem iudiciorum timet. Hic est text. in l. item si res, in fi.de ali.iud.mut.cau.fa. Vnde præsumendũ est, quod non appellauerit propter vexationem [a] iudiciorum. Facit ad hoc ꝭ. de his quibus vt indig.l.minoribus.

ADDITIO.

a Meno.Propter vexationem.Bello.Inst.de oblig.imp.nu.40.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Aduerte, ꝙ Bar.in hac l.ab eo, de cōtrarietate notatur. Sed pro saluando eum,& in quo videatur sibi contrariari, vide cōcordiam positam ad l.cum quis. C.de iur.& fac. igno.

LEX IIII.

1 Sententia lata die feriata, est nulla.
2 Sententia nulla extinguit iurisdictionem iudicis delegati, & an idem in ordinario, & num. 3.
4 Causa nullitatis deuoluit totam causam ad iudicem superiorem, vt possit sententiam reformare, sicut causa appellationis.
5 Iudex, cui causa committitur de nouo, an debeat iudicare ex ijsdem actis.
6 An debeat pronunciari prima sententia nulla, vel saltem de eius nullitate cognosci, antequam sententietur super causa principali.

a Si vt proponis. [a] Hæc est no.l.& bř.h.d.Sententia nulla iudicis delegati [b] iurisdictionem extinguit,& causa poterit delegari alteri. No. ꝙ † sententia lata die feriata, est nulla. No. secundo, ꝙ † sententia nulla extinguit iurisdictionē iudicis delegati. Ad primum op. [c] de l.j.ff.de fer. Intellige, ꝙ hic fuit dies feriata ob honorem Dei, vel ob necessitatem hominum, cũ pars non fuisset præsens, ibi vtraq; pars consensit. Opponitur, ꝙ ipse primus iudex debeat iudicare quia sñia fuit nulla,& ideo debet haberi perinde ac si lata non esset, vt l.quoties, ff.qui satis.cog. Sol. fateor, ꝙ sententia [d] est nulla quantum ad partem, sed quātum ad extinguendum iurisdictionem iudicis, est aliqua. Contra hoc op. ꝙ ipse idem iudex debet cognoscere,& iterum sententiare, vt ꝭ.e. l.si præses,& ꝭ.ti.2.l.1.in fi.Sol.gl.Sententia nulla extinguit [e] iurisdictionem iudicis delegati, vt hic, non ordinarij, vt in ꝯrijs legib. Ad primum, ꝙ dixi de iudice delegato, op.de l.quid tñ, circa prin.ff.de arb.R ñdeo, hic iudex erat perfectè functus [f] officio suo, quia iudicauerat super toto, ꝙ erat ei permissum, vnde eius iurisdictio extinguitur, in ꝯrijs erat functus non perfectè officio suo, quia non iudicauerat super toto, idcirco pōt iudicare. Ad aliud, ꝙ gl.dicit de iudice ordinario, opponitur,& vr ꝙ debeat adiri iudex maior, nō ipse iudex ordinarius, [g] vt l.absentem. ꝭ.de accusatio.gl.in l.4.ꝭ.de accu.dicit ꝙ potest adiri ipse idem iudex, vel superior. Ia.de Are. hic, & in l.iudex, ff.de iud. & Cy. hic referentes, dicũt: Aut sñia est nulla propter iniquitatem iudicis,& debet adiri superior, vt d.l.absentē. Aut est nulla aliàs,& tunc ipse idem iudex debet adiri, vt legibus allegatis. Domin. Iacob. Butrig. dicebat indistinctè verum, ꝙ iudex superior potest adiri, vt l.Cornelia Pia.ff.de iure patron. & l.quędã mulier.fam.l.ercis. Sed tunc opponitur (dicebat ipse) nonne regula est, ꝙ vbi acceptum est semel iudicium, ibi finem accipere dēt, vt l.vbi acceptum, de iudi. Quomodo ergo cum lis fuerit cœpta coram vno iudice ordinario, faciet transitum ad maiorem iudicem? Ideo dicebat ipse, si volo ire ad superiorem, vt pronuncietur sententia nulla, tunc possem. Ita loquitur, ꝙ ꝭ.dixi. Sed si vellem, ꝙ pronũcietur sententia nulla,& iterum iudicetur, debeo facere coram eodem iudice, vt d.l.si Præses, cum simi. Quæ verba qñq; mihi placuerunt, modo cum diligenter inspexerim, nō vř mihi fortè verum, & puro, ꝙ indistinctè possit adiri superior, vt pronũciet sñiam nullam,& iterum iudicet. Hoc probat tex. in d.l.absentem. ꝭ.de accu. quę dicit, quod sñiam reformabit. Hoc probat tex. in l.j.§.j. ff.quæ sen.sine appel. resci. Ex quo habes, [h] ꝙ † sicut cã appellationis deuoluit totã causam ad iudicem superiorem, ita ꝙ poterit primam sñiam reformare etiam ex causa noua, vt l.j.in prin.ff.de appe.& ff. ꝙ cum eo.l.si.ꝭ.de temp.appel.l.per hanc, ita etiam causa nullitatis deuoluet totam causam ad iudicem superiorem, vt possit sñiam reformare, ꝙ sentit Inn.in c.eum contingat, extra de offi. deleg. ꝙ no.& tene menti, quia nunquam audiuisti a me tale, verbum. Quæro, † vtrum iudex, cui de nouo causa cōmittitur, debeat iudicare ex ijsdem actis. [i] Gl.dicit hic, ꝙ sic, vt l.si expressim, de app. Cōtrarium no.in l.cum quærebatur, de re iud. [k] Veritas est ista. Quãdoq; defectus, ex quo sentētia est nulla, respicit vniformiter acta sicut sñiam, v.g. si litigatum est cum minore non habente curatorem [l] certè tunc omnia acta debent reintegrari. Ita potest intelligi d.l.cũ quærebatur, cum sua glo. Qñq; cã nullitatis respicit solum sñiam, & hic, quia die feriata fuit sñia lata, tũc iudicabitur ex ijsdem actis, vt hac gl. ꝙ no.in l.si expressim. Qñq; est talis defectus, qui respicit sñiam,& partem actorum, v.g. Decessit reus post lit. cōt.& processum est ꝯ mortuum vsq; ad sñiam, certè sñia est nulla, & oĩa acta a die, qua mortuus est, vt l.pen.& ti.ff.quæ sent.sine appel.re. Et ideo acta, quæ sunt nulla, debēt rescribi. seu recenseri, ita potest intelligi d.l.cum quærebatur, quæritur aliàs, vtrũ acta facta in vno iudicio, probētur in alio? dicemus in l.is apud.ꝭ. de eden. Quæro † vtrũ antequàm sententietur super causa principali, [m] secundo debeat pronunciari prima sñia nulla, vel saltem de nullitate cognosci? videtur ꝙ non, vt ꝭ.eo.l.2.& ꝭ.ti.3.l.fi. In ꝯrium vř d. l.cum quærebatur, de re iudi.hic aduerte. Qñq; nullitas sententiæ apparet manifestè, nullo probato extrinsecus exemplum, quia lata die dñico, vt hic, vel quia lata præsente procuratore,& condemnatus est dñs, vt ꝭ.tit.2. l.j. vel quia in sñia non apparet quota, vel quãtitas,& tũc iudex potest de nouo iudicare, sine alia cognitione, quia notum est sibi ex dicta sententia, vt dictis legibus. Quãdoque nullitas sñiæ non apparet ex ipsa, nisi probetur extrinsecus, vt si esset lata contra minorē, vel mortuum, quod non apparet ex sentētia lata, vel si cōtra infirmum, aut laborantem morbo sontico, vt l.quęsitum, de re iu.nunc debet pręcedere cognitio de nullitate, antequam sententietur. Ite rum probo primo per tex. in d. l.cum quærebatur, de iud. Secũdo probo per rationem. Iudici debet liquere de causa, antequam ꝑferat sententiam, vt ꝭ.ti.j.l.ij. Si quis hoc excipiat, nō liquet sibi, ergo ista cognitio de necessitate debet præcedere. Pro hoc etiam facit ꝭ.eo.l.si præses,& quod ibi videbitis. Dixi, ꝙ debet præcedere cognitio, sed an debeat præcedere sententia super nullitate? R ñdeo, modus procedendi potest esse duplex. Primo, quod petat sententiam

---

ADDITONES.

a Alexan Si vt proponis. Vide quæ dicit in l.properandum, ꝭ.de iudicijs, per istum tex.post Cy.& Oldr.

b Paris.Iudicis delegati. Istud procedit etiã in delegato Principis, licet Ang.tenuerit contrarium, vide Alex.in rub.ff.de offi. eius, cui mandata est iur.& quæ scripsi in l.si expressim, de app.ad Bar.

c Paris.Ad primum op Adde ad hoc, quod iudex delegatus non possit amplius iudicare, nec suam sentētiam dicere nullam, sed nec quidem alius ordinarius admitti potest super illa causa, quãdo Princeps delegauit, sed habere debet recursum ad Principem, vt alij deleget, secundũ Bal.hic in ver.quæro Papa, vide quæ quæ scripsi in Berta.in ver.delegatus a Principe, ad fi.vbi vide quæ scripsi de appel.vbi habes limitationem ad hoc,& alia in ista materia.

Ad Primum opp.Idem Bartol. arguit ex isto text.in l.quod iussit, ff.de re iudica. Sol.vt ibi.

d Alex.Quod sententia.Vide Bar.in l.si expressim, ff.de app.
Men. Adde Bar.l.2.nu.2.ff.iud.solui.

e Alex. Extinguit. Hoc limita esse verum, nisi delegatus sit ad vniuersitatem causarum, secundum Ang.in l.iudex postquam, ff.de re iud.& do.Anto.& Imo. in c. qualiter, extra de accusa.& idem Bal. hic, licet Imo. videatur tenere cōtrarium in d.l.si iudex, & ibi vide ad hanc materiam.

f Alex.Functus.Ex hac r̃sione collige, quod sententia lata a delegato quantũcunq; nulla, finitur officium iudicis delegati, nisi tulerit eam cōtra formam mandati delegatarij, tũc non dř functus officio suo. Ita voluit Old.& Ia.de Are.fm Ang. in l.iudex.ff.de re iu.& ibi hoc etiam tenuit. Imo.& idem tenet Sal.hoc idē voluerũt Iac.Ray.Cy.& Sal.in l.si accusatorib.ꝭ.de accusa.& Cy. & Iac.But.& Ang. hic,& Bal.in l.arbiter, ff.de arbi.& Imo.in l.si expressim, ff.de app.Pa.de Ca.in l. cũ q̃rebatur, ff.de re iud.licet Io.Cal.in c.qualiter, extra de accu.& Pe.de Anch. in Cle.1.extra, de re iud.& Imo.in c.in literis, de offi.dele.ꝯrium teneãt,& minus bñ. Adde, an ꝑ sñiam nullã delegatus sit functus officio suo, Bal.ꝯs.305. li.6.

g Alex.Ordinarius. Sed in eo casu, quo ordinarius male iudicauit, puta absoluẽdo poterit iterum iudicare condemnando. Tex.est no.quod sic secundum Bal.ibi in l.fi.ꝭ.de sent.quæ sine cer.quan.& de materia ista per Doct.in c.1.de re iud.& ibi per d Abb.per Bal.in addi.Spe.in ti.de senten.prola.plenè per Imo. in c.in literis.de offi.dele.Sol verũ si delegatus nulliter iudicat, interim possit sibi cōmitti.Gl.& ibi Bal.in l.j.ti.j.tenet qđ nō. Vñ no.Ang.& Imo.in d.l.si exp̃ssim.de app.

h Barb.Ex quo habes.Adde Bar.in l.si expressim, ff.de appel. & consi.26.
Alexã.Ex quo habes. In causa nullitatis, etiam tota causa deuoluitur ad superiorem, secus in causa appellationis,& dicit hic Bar. ꝙ nullus alibi dixit vnum verbum in d.l.si expressim, circa fi.& in l.2.circa fi. ꝭ.quando prouo. non est necess. & vide no.d.Anto.in c.dilecti, de app.& ibi sequitur hic d.Abb.in c.cum In.Heremita, in fi. de fide instr.& limita per Pe.de Anch. & Imo. in c. cum dilecti, de temp.& vend.in prin Hoc dictũ & reassumit Imo.in l.iudex postquã, de re iu.& hanc limitationem, quam ponit Imo.in l.iudex postquam, de re iu.& hanc limitationem quam ponit Imo.in d.c.cum dilecti, sensit etiam Bald.in l.j.in 14. q.ꝭ. de rescin.ven.vide Mod.in d.l.iudex postquam.
Men.Vant.tract.nulli.ti.quo null.propr.pos.nu.9.Crau.consi.27.nu.7.

i Alex.Iudicare ex ijsdem actis.Vide Bal.in d.l.edita, in 6.& 7. q.qui sequitur hæc dicta Pet.de Anch.in Clem.1.de re iu.& adde Spe.in ti.de sen.§.iuxta, ver.sed si causa,& vide Bal.in l.1.ꝭ.de sent.ex breui.reci.ibi, quod si perempta erat instantia.Et vide, quæ no.in l.si expressim.ff.de app.

k Alexan.De re iud.Per Bar.,& Spec.& Io.And.in ti.de sen.§.iuxta, ver.sed si causa. Doct.post gl.in c.ad probandum.extra, de iud.do.Ant. & Imo. in c.in literis, de offi.delega quod ibi omnino vide ad limitationem dictorum hic per Bar.& vide in l.iudex postquam, ff.de re iud.

l Menoch.Curatorem.Afflict. Dec.362.nu.7.Dec.cons.483.nu.8.Soc.sen.consi.83. num.14.lib.4.

m Alex.Causa principali.Vide Bar.in l.cum quærebatur.ff.de re iud.& Iac.But.in l. si accusatoribus, ꝭ.de accu.& Sal.in l.si pręses, ꝭ.eo.& Bal.in l.1.de sent.ex breui. reci.& Bal.in l.si aduersus, ꝭ.si aduer.rem iudicatam.

tiam principaliter pronunciari nullam esse, tunc super hoc debet primo pronunciari esse, vel non, vt l. de qua re. ff. de iudiciis. Si vero hoc non peto principaliter, sed peto principaliter sententiam ferri de nouo, quia prima fuit nulla, tunc cognoscitur incidenter, & super hoc incidenti non est necesse, ꝙ pronuncietur nulla, vt l. 1. de ordine cognitio. De materia nullitatis dicam plenè in l. j. j. quando prouoca. non est necesse.

LEX V.

1 *An in citatione debeat inseri locus.*

a **Si vt proponis.** [a]Mutatio loci excusat quem a contumacia, ex qua redditur sententia nulla. h. d. Dicitur hic, per obreptionem, quæro cui fit obreptio. Duæ sunt opiniones. Vna, ꝙ obreptio fit iudici: secundum istam posui casum, & ista est vera. Alia, ꝙ obreptio fuerit facta parti, quia actor iuit ad reum, & dixit, &c. & propter mendacium pars inde iuit ad locum, vnde sententia est nulla. Alleg. glo. l. arbiter, in fi. de arbi. Et ista secunda lect. non placet, quia mendacium a parte, parti, non facit processum nullum, licet pariat exceptionem, vt l. j. §. si reus. ff. de eo per quem factum erit. Sed mendacium dictum a parte iudici, facit nullum processum contumacis. Hic est casus, quod no. in l. si Prætor, §. Marcellus. ff. de iu. Non ob. l. arbiter, in fi. de arbi. quia ibi loquitur in arbitrio, quod totum a partis voluntate dependet: secus in iudicio, arg. pro hoc, in l. j. §. fi. ff. de præto. stip. & ibi dixi. Quæ-

1 ro, † an in citatione debeat inseri locus. [b] Respond. quidam est iu-

b dex ordinarius, qui habet locum maiorum deputatum ad reddendum ius, tunc non debet inseri locus, sed de illo intelligitur, vt l. pe. de iusti. & iure. Quidam sunt iudices, qui non habent locum maiorum, quales sunt iudices delegati, tunc si quidem ab initio deputatus est locus in citatione, non debet inseri locus, quia de illo intelligitur. Casus est hic, & iō practica est, vt quādo tibi delegatur quæstio, vel assumeris arbiter, primo debes assumere locū, & deputare determinatum, & tunc omnes citationes intelliguntur relatæ ad illum locum. Ita intelligitur tex. hic. Si vero locus non esset deputatus, & tunc aut loqueris de loco vniuersali Ciuitatis, & ille non debet inseri, quia ibi intelligitur, vbi compromissum est factum, vel in quem facta est delegatio, vt l. si cum dies. §. si arbi. ff. de arbi. locus vero particularis Ciuitatis debet inseri, arg. l. ita stipulatus, in princ. ff. de verbo. obliga.

ADDITIONES.

a Alex. Si vt proponis. Vide ad materiam huius l. & intellectum Raph. in l. iudex posteaquam, de re iud. & ibi do. Ang.

b Alex. Inseri locus. Et adde quod no. Bar. in l. 1. j. de senten. ex breui. recit. & hic adde glo. pen. in tex. & no. extra, de rescrip. Bald. & Ang. in l. vt perfectius, sup. de anna. excep. Sed quid de iudicibus, qui non habent determinatum locum, sed vbi inueniunt malefactorem suspendunt. Dicit Innoc. ꝙ si per principem est eis determinatus locus, non possunt eum mutare, sub de, nisi de partium voluntate. Vide Inn. in c. cum contigat, de foro compe. & vide glo. no. de hære. in 6. in c. cum per hoc. Et quid de arbitris iuris, qui succedunt in iurisdictione iudicis ordinarii, vtrum debeant sedere pro tribunali in audientia illius iudicis. dic, ꝙ non, sed possunt sibi eligere locum sicut alij arbitri. Adde glo. no. j. de sen. in l. consentaneum, & aliam glo. no. in materia in l. 2. j. de sent. quæ sine cer. quanti. & vide etiam tex. in l. si quis duas, de excusa. tuto. Bald. in c. 1. §. præterea de prohib. feu. alie. per Fred. ibi latum per eundem, & habetur in l. pen. de iusti. & iure. Bal. hic, & glo. in l. cum sententia. j. de sen. Et ibi quid de consensu partium. Adde an arbiter possit prorogare compromissum in alio loco, quam vbi factum est. Bal. consi. a 18. lib. 1.

LEX VI.

a **Si præses.** [a]Breuiter hoc dicit. Sententia nulla non impedit ordinarium iterum super eodem cognoscere. Ad euidentiam præmitte tu iuuenis, ꝙ quādo aliquis est tutor, vel curator, & impeditur administrare aliqua de causa, sibi datur coadiutor, vel cōstituitur actor, l. decre. ff. de admini. tut. & l. soler, ff. de tute. & Insti. de cura. §. fi. & habes tit. specialem ī. in quib. causis tu. hab. No. ex hac l. primo, ꝙ dixi tibi in summario. Not. secundo tex. qui dicit, repetitus notionem suam exhib. cum enim non constet de nullitate sententiæ, ex ipsa sententia, quia in ea non apparet minores non habere curatores, apparet ꝙ iudex debeat cognoscere de nullitate, vt dixi in l. si vt proponis. ī. eo. Et hoc modo potest intelligi hæc lex, potest etiam intelligi ꝙ cognoscatur de principali. No. ꝙ sentētia absolutoria ab obseruatione iudicii, per quam pronunciatur appellationem esse desertam, non potest fer-

b ri [b] ꝯ minores indefensos, [c] vt not. in l. cum & minores, ī. si aduer-

c rem iud. illud est verum in interlocutoria, per quam peruenitur ad primum, vel ad secundum decretum, secus in alia interlocutoria, vt hac l. quæ hoc probat duob. mod. Nam sententia absolutoria ab obseruatione iudicii est interlocutoria, secundum vnum modum intelligendi, vt gl. tangit in l. Titia de accusa. & ibi plenissimè dixi. Item hoc probat tex. ex generalitate, quia dicit, quicquid, &c.

d & sic ex generalitate patet. Opp. ꝙ iste idem iudex, [d] non possit cognoscere, vt ī. eo. l. si vt proponis. Solu. Ibi in delegato, hic in ordinario, vt ibi plenè dixi. Quæro, quomodo cōtingit hoc, ꝙ isti adulti non habeant curatorem. Dicit glo. plurib. modis, vel quia nunquam minori fuerunt dati, vel quia mortui. Dices tu. Si nunquam fuerunt dati, quando fuit datus coadiutor, vel actor? Resp. Coadiutor seu actor fuerunt dati tutoribus, & tutela finita est. Hoc modo oportet intelligi, si dicas, quod curatores nunquam fuerūt dati. Quæro, vtrum actor possit prosequi post causam appellationis, si vult. Glos. dicit quod non, per l. si actor, infra de appellatio. & ibi dicam.

ADDITIONES.

a Alex. Si præses. No. ꝙ per istum tex. & per l. 2. vt intra certum tempus, dicit Bar. in l. properandum, § illo, quod licet instantia sit perempta, tamen officium iudicis durat, vt possit partem, per quam hoc contingit, in expensis condemnare, & no. & idē tenet in d. l. 2. & Bal. in h. d. singulare verbū in materia appellationis, de quo vide quod scripsi post Bar. in l. j. j. quando prouoca. non est necesse, & hanc legem limita, & declara vt per Bal. in l. nostram, de test.

b Paris. Potest fieri. De hoc vide Barb. in consi. 31. vol. 3. in 1. dub. Meno. Boer. q. 63. num. 4.

c Ale. Minores indefensos. An sñia lata cōtra minores indefensos valeat, vide Bar. in l. contra pupillum, ff. de re iudi. & ibi Doct. si iudex pronunciat appellationem esse desertam, an sit interlocutoria, vide do. Ludo. in rubr. de re iudica. post Bald. hic, & Bal. in l. a. ī. de episcop. aud. & ibi, an ab ea possit appellari. Et no. hic, ꝙ sententia lata contra minores indefensos non valet. Fallit in causa, per quam pronunciatur quem mittendum in possessionem. Item valet sententia diffinitiua in causa appellationis contra minores indefensos, no. in l. alienam, ī. de procu. Adde an sententia lata contra minores indefensos sit nulla. Ang. consi. 255.

d Alexand. Idem iudex. Adde quod in casu huius legis, etiā delegatus possit cognoscere super causa principali, quia sententia lata ab obseruatione iudicii, vel ratione peremptæ instantiæ, non expirat iurisdictio etiam delegati, quominus possit super negocio principali cognoscere. Ita voluit Specu. in titu. de offi. iudi. § deseruit. vei. quid si proponens, & Ang. & Imo. & Pan. de Cast. in l. iudex, ff. de re iudi. & Bal. in l. 1. inf. si a non competen. iudi. Io. And. in c. examinata, de iudi. & ibi per domi. Anto. & Innoc. in c. consuluit, in princ. de offic. deleg. & Pau. de Leaza. in Cle. 1. de re iudi. & domini de Rota in conclu. 66.

LEX VII.

1 *Sententia lata contra absentem non legitimè citatum, non valet, idem si pro absente feratur, & num. 2.*

3 *Contumacia ficta eius qui ad domum citatus, non uenit, sufficit, vt sententia lata contra absentem valeat.*

4 *Sententia lata cōtra absentem infirmum, legitimè citatum, quem iudex sciebat febricitare, est ipso iure nulla.*

1 **Ea, quæ.** †Sententia lata contra absentem non solēniter citatum, est nulla. h. d. Circa hanc l. quærūtur tria.

2 Primo † quid si est lata pro absente. Glos. dicit idem notabiliter,

a quod valet, vt l. furioso, [a] ff. de re iud. & vide gl. no. ibi. Idem no. in l. quæsitum, ff. de re iudi. Contra hoc videtur ff. de re iudi. l. post edictum, circa princip. ī. de iud. l. properandum. §. sin autem reus. Respōdeo, ꝓ absente non legitimè citato non valet, vt ista gl. & probatur in l. furioso. Sed pro absente, legitimè citato, benè valet, quia rei absentia repletur per Dei præsentiam, vt ī. de iudi. l. properandum. §. sin autem. Item contra hoc facit, quia quod quis citetur est in eius fauorē, ergo non debet retorqueri in eius læsionem, vt l. non eo minus, de procuratoribus, & l. quod fauore, de legi. Respond. istud non est inuentum principaliter in fauorem absentis, sed rigorem iuris conseruandum, qui rigor est, vt per actus ciuiles alteri per alterum non quæratur, nisi præsens. Cum igitur non fuerit pro eo, id sibi non quæritur. Facit ad hoc l. quæsitum, ff. de re iu-

3 di. dicam. j. ti. 2. l. 1. & tenementi istam glo. Quæro secundo, † quæ contumacia requiratur ad hoc, vt valeat sententia, an vera contumacia, quando inuentus fuit, & non venit, an ficta quando non fuit inuentus. Hic, quæ dicatur vera contumacia, & quæ ficta, examinat glo. latius in l. fi. de in integ. resti. & l. ex consensu. §. fin. de appella. Doct. ponunt in l. properandum, §. sin autem reus, ī. de iudic.

4 & ibi dico. Quæro tertio, quid † si absens erat infirmus, fuit tamen legitimè citatus. Glo. dicit quod tunc sententia est ipso iure nulla. Illud intellige verum, quando iudex sciebat absentem febricitare, sed si ignoraret, valet tunc sententia, vt no. in l. quæsitum, de re iu-

b di. idem in qualibet absentia necessaria, [b] vt dicam vobis in l. penulti. infra eodem.

ADDITIONES.

a Alexand. Furioso. Vide ibi dicta, & circa princip. huius legis adde, quod si statutum esset terminus in quo debet ferri sententia, non requiritur citatio, vt dicit Bal. in authen. ei qui, de temp. appel. & in c. 1. §. sancimus, quo temp. mi. quod sequitur Pan. de Cast. in l. admonendi, de iureiur. Bene facit quod dicit Bal. in l. admonendi, vbi dicit quod terminus præfixus dicitur peremptorius. An sententia lata pro absente, vel febricitante valeat, vide Bar. in l. & post, ff. de re iud. Bal. etiam tenet quod etiam si non est legitime citatus non valeat. Quando autem quis est præsens, non requiritur peremptorium, secundum Bal. in l. 1. in fi. s. eod. adde anthen. si omnes, & ibi per Bal. s. si vt se ab hæred. absti. Ang. autem in l. 1. ī. de long. temp. præscrip. tenet quod sententia interlocutoria lata in fauorem absentis, etiam nō citati, teneat, quod no. alleg. Inno. in c. audi. de procu. Et quod valeat sententia lata pro absente nō citato, tenet Bald. in l. si accusatoribus, de accusa. vide Bal. & Ang. in l. properandum, §. sin autem reus, fallit in summariis iudiciis, secūdum Bar. in l. extrauag. ad reprimen. in ver. figura, in fi. Adde do. Ante. in c. causam, de iud. glo. in d. §. sin autem, in verb. contradictum, & in §. sin autem alteratra, in uer. ater, tenent contrarium eius quod hic no. glo. inquantum opi. procedere possit in criminalibus, quia etiam in accusatore absente possit pro eo non citato ferri sententia l. quamuis indubitati, infra, de adul. Ita no. Ange. in d. §. sin autem reus, & Bald. in l. si accusatoribus, de accusa. Item limita communem opin. per Ange & Imo. in l. de vno, in princip. ff. de re iud. vide Cy. & Iac. But. in d. §. sin autem reus, in 3. quæst. & ibi Saly. & gl. hic, vlt. no. Fred. de Sen. in consi. 80. & Old. in l. 4. §. hoc autem iudicium, de dam. infec. ff. Adde quæ requirantur ad hoc, vt sententia ferri possit contra absentem, tanquam contumacem, Ang. cons. 8. & qualiter sententia lata cōtra absentem possit retractari, per eundem consi. 176.

b Alex. Absentia necessaria. Vide Bal. in l. a. in fi. in 2. q. j. de cust. reo. & Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, neglexerit, &c.

LEX VIII.

1 *Absenti citato debent statui tempora ad veniendum decem dierum, pro quolibet termino.*
2 *Citationes possunt fieri per literas ibi, & nu. 9.*
3 *In peremptorio fit comminatio, & si citatus peremptorie nõ veniat, proceditur contra eum ad ulteriora secundum partis petitiones.*
4 *Iudex successor potest expedire, quod non est expeditum per primum iudicem, ibi, & num. 11.*
5 *Lite non contestata potest ferri sententia diffinitiua nisi in casu l. fi. §. illud, inf. de temp. appel.*
6 *Citationes, & peremptorium eo modo quo hic dicitur, etiam lite non contestata procedere debent, quando peruenitur ad interlocutoriam, hoc est ad primum vel secundum decretum, & supra nu. 5.*
7 *Vel ad interlocutoriam, quæ quasi exhaurit vires totius negotij.*
8 *In interlocutorijs non ponderosis, vel vbi fit citatio ad aliquem actum, puta ad videndum iurare testes, non debet præcedere peremptorium.*
10 *Citandus amplius non est qui semel citatus dixit, nolo venire.*
12 *Delegatus non potest realiter citare capiendo personam.*
13 *Iudex exceptis duobus casibus hic positis, quando vult, potest quem facere capi personaliter, sed non potest cogi a parte, nisi prius reus in contumacia constituatur solenniter.*
14 *Actore præsente, quomodo procedatur contra reum absentem.*
15 *Reo reuerso qualiter succurratur.*
16 *Citatus ad vnum actum, non potest per suam contumaciam in alijs grauari.*
17 *Actor si elegit mitti, & missus est in possessionem bonorum rei contumaciter absentis, sibi non præiudicat quin possit facere reum personaliter capi.*
18 *Absentia contumaciam inducens, quæ requirat.*

Consentaneum. Ista lex est difficilis iuuenibus in tex. & in glo. & materia est quotidiana, & vtilis. Breuiter hoc intendit secundum vnam lectu. Reus conuentus reali, absens, post litem contesta. debet in contumacia solenniter constitui, & tunc contra eum poterit alterum de tribus remedijs exerceri, vel personæ captio, vel possessionis translatio, vel sententiæ diffinitiuæ prolatio. h. d. Diuiditur in tres partes. Primo quando, & qualiter debeat in contumacia constitui. Secundo per quem. Tertio, quod sit iudicis officium contra absentem. Secunda ibi, quod vel successor. Tertia ibi, a quo ter citatus. Item debetis scire, quod ista l. intelligitur per quosdam in conuento actione reali contumace, post litem contestatam, & istam teneo. Quidam intelligunt in conuento reali, vel personali. Quidam intelligunt in absente ante litem contestatam, vel post. Quidam alij intelligunt in reo absente, siue in actore. Istas lec. tangam, primam prosequar, & aduerte casum in terminis. Egi contra aliquem reali, lit. contest. ille se absentauit, iudex post eius absentiam semper tenuit me in verbis, quæro a vobis Domine Imperator, qualiter iudex debeat procedere. Respon. Imperator, consentaneum iuri fuit, hoc est conueniens iuri, vt ei absenti statuantur tẽpora ad veniendum, & respondendum solenniter, quod fit expressè eo citato tribus literis, vel vno peremptorio pro omnibus, in quo ponatur quod veniat, & sciat, quod si in eadem contumacia perseuerauerit, iudex procedat contra eum secundum allegata, & petitiones præsentis. hoc dicit prima pars. Instat quærens ille maledicus iudex, vel mortuus est, vel recessit, vt puto, poterit ne hoc facere successor eius? Respondet Imperator quod vel ipse, vel successor eius hoc facere curabit, si hoc non est factum. Sequitur vers. a quo ter citatus. Instat quærens, si erit reus iste in contumacia, qualiter prouidebitur mihi contra eum. Respondet Imperator; Iudex officium suum contra talem contumacem exercebit, quod est vt faciat alterum de tribus, vel quod mittat familiam, & faciat eum personaliter venire, vel quod rei petitæ possessionem, quam reus habebat, transferat in authorem, & efficiatur de possessore petitor, vel iudex examinet omnia acta, & proferat diffinitiuam sententiam. hoc dicit.

1 Not. quod † debent absenti citato statui tempora ad veniendum decem dierum pro quolibet termino, vt hic in tex. cum glo. de iu-
2 di. l. nonnunquam. Not. quod † quis citatur per literas. Not. quod
3 † in peremptorio fit comminatio. [a] vt si non veniat procedetur
a contra eum ad vlteriora, secundum partis petitionem. Not. quod
4 † non est expeditum per primum iudicem, potest expediri per eius successorem. No. vltimo tria remedia contra contumacem. Veniamus ad glo. Oppo. & videtur, quod dilatio sit xxx. dierum, vt in auth. qui semel, j. co. Glo. dicit quod iura antiqua in hoc corriguntur, quod an sit verum dicam ibi. Oppo. secundo in fi. dicit quod
5 potest perueniri ad diffinitiuam sententiam. Contra, † lite non contestata non potest ferri diffinitiua sententia vt l. fi. §. illud, de tempo. appel. sed hic non dicitur, quod fuerit contestata, ergo, &c. Solu. dicit glo quod hic intelligitur post litem contesta. Alij dicunt, quod hic ante lit. contesta. loquitur quæstio. & quod in fi. dicitur, loquitur de sentẽtia interlocutoria, propter quam peruenitur ad primum, vel ad secundum decretum. Glos. tenet primum, fatetur tamen quod ante litem contestatam, debeat fieri citatio eodem modo quo hic dicitur fieri post lit. contest. & vide gl. examinabimus incontinenti, & est secunda glo. quam notabitis. Pro examinanda ista glo. habemus videre duo. Primo, an hæc lex possit intelligi in absente ante litis contestationem? Respond. non. Nam ante lit. conte. in reali fit missio, tamen reus absens auditur intra annum de possessione, vt l. si quis emptionis. §. penul. s. de præscr. 30. anno. Sed hic dicitur, quod transfertur possessio, & fit de possessore petitor, & sic nunquam auditur, nisi de proprietate, ex quo apparet, quod ante lit. ɔte. non loquitur. Secũdo est videre, an ante lit. contesta. dẽant præcedere citationes, & peremptoriũ eo modo, quo hic dicitur. Gl. hic tenet quod sic. Do. Iac. Bur. dicebat quod hoc non reperitur lege cautum: omnes enim leges, quæ loquuntur de peremptorio, loquuntur quãdo quis vult peruenire ad diffinitiuam sententiam, non quando ad interlocutoriam primi, vel secundi decreti, vt patet ex omnibus legibus huius tit. & in l. ad peremptorium. ff. de iud. & l. contumacia, de re iudica. Mihi videtur
b quod glo. dicat veritatem.[b] Pro hoc habemus tex. in l. præsenti. §. sed si hoc faceret, de his, qui ad eccle. confug. Hoc tenet in l. si finita. §. Iulianus, de dam. infec. glo. magna: hoc etiam obseruat con-
6 suetudo, & omnes tenent. Aduerte tamen, & notabis, quod † hanc glo. intelligo quando fit citatio, vt perueniatur ad diffinitiuam vel ad interlocutoriam, hoc est ad primum, vel ad secundum decre-
c tum. Quando quis citaretur [c] ad aliquam interlocutoriam super aliquo incidenti, vel emergenti, est aduertendum, quòd si quidem
7 † illa interlocutoria quasi exhaurit vires totius negotij, vt quia erat proferenda sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, vel alia simili, puto quod debeat præcedere peremptorium, argum. supra
8 eod. l. si præses, & l. Titia. ff. de accu. † In his autem interlocutorijs [d]
d non ita ponderosis, vel quando quis citaretur ad aliquem actum, vt ad videndum iurare testes, vel publicationem testium, tunc non debet præcedere peremptorium: sufficit enim quod fuit requisitus, vt s. de test. l. si quando, arg. ad hoc j. tit. j. in auth. nisi breuiores. ff. de accu. l. leuia, & ita communis practica obseruat, quod tene
9 menti perpetuò. Opp. ad aliud quod dicitur, quod † citatio fit literis, contra in Auth. de lit. §. omnem, & s. de iudi. l. sancimus, in fi. Respondeo, quædam est citatio verbalis, quæ fit per nuncium, vel per epistolam, vel per seipsum iudicem admonentem, & ista potest fie
e ri a quolibet iudice ordinario vel delegato, [e] vt hic. Quędam est citatio verbalis, quæ fit per edictum propositum in albo, & ista nõ potest fieri per delegatum, quia album non habet. Ita loquuntur contraria. Citatio verò realis non potest fieri, nisi per ordinarium, vt in Auth. de exhibend. reis. §. si vero quidam. Tangam j. & hoc modo loquitur hic, & hoc modo habetis aliam glo. super ver. literis. Vlterius opp. dicitur hic, debebat ter citari, contra, quia sufficit semel,

---

ADDITIONES.

Haec sententia. a Sententia, † quae non continet certum per se, vel per relationem ad aliud, est ipso iure nulla. h. d. No. istum b fin. huius legis pro declaratione glossarum hic positarum. Quaero in quibus actis debeat contineri certa quantitas, vt sententia valeat. dicit gl. in attestationibus, vel confessionibus. In contrarium videtur, quod sufficiat contineri in libello, vt l. quid tamen. de arb. & de re iud. l. ait praetor. §. 1. Sol. Breuiter, † quandoque sententia fertur per relationem ad aliqua acta, tunc valet sententia si in illis actis ad quae sententia refertur, continetur, certa quantitas, non habita distinctione, quae sint illa acta, vt l. contraria. † Quandoque sententia profertur simpliciter. s. condemno te ad id, quod debes: tunc est necesse, quod certa quantitas reperiatur in actis probatoriis, vt in dictis testium, confessionibus, vel instrumentis, nec sufficeret contineri in actis assertoriis, vt in libello, & positionib. ita loquitur hic glos.

ADDITIONES.

a Paul. Haec sententia. Quod sententia incerta non ualeat nisi certificetur per relationem ad aliud, uide Com. cons. 7 no. dicit, quod ubi sententia est incerta super eo, de quo principaliter non disputatur, non uitiatur. Vide per eum, & subtiliter loquitur, & ibi etiam ponit quod recipit declarationem partis, etiam quo ad ipsos expresse se non refert & uide Com. cons. 23. in princi. Idem uide etiam quod sententia incerta quae non declaratur per relationem ad acta non ualet, licet secus sit si declaretur ex certificatione, nisi in certis casibus quos ad Bar. habes in l. Paul. la 1. ff. de re iud. & quando incertitudo uitiet sententiam, uide Fely. in c. cum uenerabilis. extra, de excep.

b Ale. No. istum. Idem quod hic dicitur, quod sententia lata per uerba obscura, debeat declarari per uerba probatoria, & si ad alia non fiat relatio, expresse debet intelligi, quia sententia esset nulla propter obscuritatem, nisi declaretur per ipsa acta probatoria. Sed ubi sententia potest in se ualere, uerba eius tunc debent strictè intelligi, per acta probatoria. est tex. in l. 1. inf. si plur. una sen. & l. Paul. la. 2. ff. de re iud. quod tene menti & uide Bar. in l. ait praetor. §. 1. de re iud. & quod no. Bart. in l. 1. inf. si plur. una sen. Et an incertitudo temporis uitiet, ut puta si iudex dicit, relego te ad tempus, & non dicit quantum tempus. Tex. est quod non, in l. si sine praefinito tempore. ff. de pe. ubi uide quomodo intelligatur ad tempus. Et aduerte, quia ille tex. loquitur in criminalib. Adde quod Bal. in consi. 35. dicit in l. si sine praefinito. esse unicum in iure, & facere, quod si iudex simpliciter banniat aliquem, quod intelligatur bannitus usque ad decennium.

LEX IIII.

1 *In dote non valet sententia incerta, & nu. 4.*

2 *Potest ferri alia sententia etiam antequam pronuncietur de nullitate primae.*

3 *Qui non appellat, confirmat sententiam.*

Haec sententia. a Sententia nulla ratione incertitudinis, non impedit aliam ferri sententiam. h. d. Not. † quod etiam in dote non valet sententia incerta. Secundo no. quod † potest ferri alia sententia, etiam antequam pronuncietur de nullitate primae, ut hic, in fi. Et de hoc dixi in l. si vt proponis. j. quo. & quando iud. Tertio not. quod † qui non appellat, confirmat sententiam. vidistis in l. ab eo. j. quo. & quando iud. No. quod dixi in summario, quia alibi non reperies, io tene menti. Oppo. contra hoc, iudicium de dote b est iudicium vniuersale, sicut in petitione haereditatis, & similib. ita probatur in l. quod dicitur. in princ. ff. de impen. ergo procedit libellus incertus, & sententia incerta, sicut in petit. haere. & ita determinatum uobis fol. matr. super rubr. Hic videtur casus in contrarium. Sol. Hic fuit sententia omnino incerta. Nam pronunciauit iudex, quod bona fide accepisti, solue. Si enim pronunciasset hoc modo, condemno te ad restitutionem dotis, quia constat eam te habuisse, licet non declaretur quantitas, vel qualis esset dos, valeret sententia sicut in petitione haereditatis. Et quod hoc sit uerum, videtur uelle hic tex. in eo, quod dicit, quod petitio incerta procedit sup dote. Et ita intelligo hanc legem.

ADDITIONES.

a Ale. Haec sententia. No. ex isto tex. secundum Bald. quod iudex potest in sua diffinitiua esse sibi contrarius, si prima sententia per eum lata erat nulla, quod est notan. secundum eu.

b Ale. Iudicium de dote. Procedit libellus generalis in dote, uide Bar. etiam in l. 1. de edendo. post gl. uide supra eo. l. 3. & Bal. hic tenet contra Bar. quando res particularis est data in dotem.

De sententiis, quae pro eo, quod interest, proferuntur. Rubrica.

Continua Rubricam ad praecedentem hoc modo. j. dictum est de sententiis, quae sine certa quantitate proferuntur: verum quia super interesse proferuntur quandoque sententiae incertae, ideo subiicitur rubrica de sententiis quae pro eo, quod interest. Ista continuatio non est vera, quia super interesse debet proferri sententia certa, ut Institu. de actio. §. curare. & dicemus j. in processu materiae. Debet ergo aliter continuari, & sic, dictum est j. de sententiis in genere, & in specie de sententiis, quae sine certa quantitate, verum quia in ferendis sententiis super interesse, consueuerunt oriri plura dubia, ideo ponit hic in rubrica de sententiis, quae pro eo quod interest, proferuntur.

LEX VNICA.

1 *Interesse in quibus casibus habeat locum.*

2 *Interesse singulare in casibus, qui habent certam quantitatem, vel naturam non potest excludere duplum communis vel interesse conuenti, ubi non reperitur commune. & nu. 6. 7. & 20.*

3 *Qui sint isti casus certi, & qui incerti.*

4 *Contractus illi dicuntur certi, qui habent certam quantitatem, vel naturam respectu sui, vel adiuncti.*

5 *Incerti dicuntur, qui non habent certam quantitatem, vel naturam respectu sui, vel adiuncti.*

8 *Interesse quid sit, uide plures opi. & diuisiones.*

9 *Interesse strictè sumptum prout in materia huius legis, & secundum Bar. est aestimatio alicuius utilitatis non habitae propter alicuius factum iniustum, vel cessionem iniustam.*

10 *Interesse est triplex. s. singulare commune, & conuentum, & nu. 11.*

12 *Interesse singulare quando sit affectionis tantum, & quando sit affectionis continentis utilitatem.*

13 *Interesse intrinsecum debet dici illud, quod est ipsa res, seu eius aestimatio: & illud, quod est immediatè ex ipsa re.*

14 *Ea vero, quae ueniunt occasione rei, non ex ipsa re, debent dici quid extrinsecum.*

15 *Interesse intrinsecum, hoc est ipsius rei aestimatio, semper uenit in iudicio.*

16 *Quid si interesse est ex ipsa re ut fructus, & partus.*

17 *Interesse extrinsecum quando agitur propter non factum, si sequitur rem penes quemcunque uadat, habetur ratio eius in iudicio.*

18 *Quid si non sequitur rem penes quemcunque uadat.*

19 *Interesse extrinsecum, quando agitur propter malefactum scienter, uenit in iudicio, & quid si ignoranter.*

20 *Poena legalis non potest excedere quadruplum, & quid in poena conditionali. & num. 21.*

22 *In interesse habetur ratio lucri, quod contingit circa ipsam rem, ut frumentum modo valet &c.*

23 *Idem in lucro, quod uenit extra rem, quando percipitur sine alterius iniuria, & sequatur rem penes quemcunque uadat.*

24 *Si uerò non sequitur rem penes quemcunque uadat, & in eo lucro natura rei plus operatur, quàm hominis industria, eius ratio habetur.*

25 *Et si in eo lucro, ut plurimum operatur industria, & ille cui debebatur non consueuit mercari, non habetur ratio istius lucri.*

26 *Illud quod dicitur, quod interesse non potest excedere duplum, habet etiam locum in maleficiis.*

27 *Interesse usque ad quam quantitatem possit ascendere.*

28 *Qualiter interesse in iudicium deducatur.*

29 *Interesse conuentum probatur per instrumenta, vel per testes.*

30 *Interesse commune probatur per testes qui dicunt, quod res communiter tantum ualet, & quod communiter cuiusque interest tantum dictam rem habere.*

31 *Articulus precii, & interesse communis temporis praeteriti, non debet referri ad unum diem, vel duos, sed ad quamplures in loco publico, & consueto.*

32 *Interesse singulare qualiter probetur.*

33 *Quomodo formetur articulus super interesse singulari.*

Cap

a CVm pro eo. [a] Domini, hæc lex est vna de difficilioribus totius Codicis, & habet materiam b profundissimam, & longissimam. Diuiditur in partes quinq;. Primo ponit proœmium suum. Secundo ponit statutum suum. Tertio illud probat per reductionem ad absurdum. Quarto illud probat à simili. Quinto ponit duo alia dicta generalia ad alia præcedentia. Secunda ibi, sancimus itaque. Tertia ibi, nedum. Quarta ibi, cum scimus. Quinta ibi, & hoc

1 nō solum. Breuiter hoc intendit. † Prolixitates antiquæ circa interesse cessant per hanc legem, in casibus certis venit interesse singulare vsque ad duplum interesse communis. In casibus verò incertis venit in totum, quod interest, & habetur ratio lucri, & dāni. h.d. tota lex. Venio ad casum in terminis, & aduertant iuuenes, quia hęc lex in princ. videtur facilis, sed postea videtur difficilis, & expedire non possem hoc mane, expediam hoc sero totam legem, ideo incipio per particulas. Et primo oppo. quod infinitas toleretur. de dol. except. l. plures. §. fi. Sol. Ibi loquitur, seu tractatur de obligatione tollēda, quo casu toleratur infinitas, hic verò de obligatione inducenda. Istud Brocardum recitat hic Cyn. & Dyn. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infe. & ibi ego plenius examinaui, ideo hic non insisto.

2 Venio ad secundam partem, & ex ea habes notare, quod † in casibus qui habent certam quantitatem, vel naturam interesse non potest excedere duplum. In casibus verò incertis, præstatur totum in-

3 teresse. Venio ad ꝫria. Anteq̄ faciam aliqua, videamus † qui sunt casus certi, & qui incerti. Gl. dicit. Dicunt certi secundum quod ponuntur in l. certum. ff. si cert. peta. ut puta si est in obligatione certa quantitas, vel certa species, quando certa quantitas dicitur habere certam quantitatem: quando certa species, dicitur habere certam naturam. Istud non videtur verum gloss. nostræ. Nam appellatione certæ quantitatis, continetur certa species, ut l. quisquis. ff. de leg. 3. & l. cum stipulamur, de verbor. obliga. ideo glos. intelligit aliter, vt illi casus dicantur continere certam quantitatem, in quibus uenit certa quantitas, vel certa species: Vbi verò promittitur aliquid in genere, vt homo, vel equus, tunc dicatur habere certam naturam. Et hoc est, quod textus dicit, certam quantitatem, vel naturam, vt hic. Et vide glo. not. in ver. certam quantitatem, vel naturam. Incerti uero casus sunt, dicit gl. quando in obligatione venit factum, vel non factum, quæ sunt incerta, vt ff. de verb. obli. l. vbi autem. §. qui id quod, & ita dicit in gloss. in uerbo, in aliis autem casibus. Ita etiam dicit Innan tit. de sentē. excommunica. in c. sacro. vbi tractat materiam interesse. Dy. idem tenet quod ista gloss. in c. mora. de reg. iur. lib 6. Quidam, vt d. Franc. Accur. cum semel fuisset aduocatus pro Rege Angliæ, in studio Tholosano repetiit istam legem, & recitauit, & tenuit opi. patris sui, prout iacet. D. Ia. de Rauenna, & qui erat ibi magnus Doctor in fortia discipuli, surrexit ꝫ eum. & opposi. sic. Istud dictum glo. videtur ꝫ tex. huius l. Nam text. dicit, ꝙ ꝫctus emptionis, & venditionis, habet certam quantitatem, vel naturam. Sed in actione empti venit factum, vt l. ex empto. in prin. de act. empt. & l. si stipulatus. de vsur. ergo falsum est dicere, quod obligatio facti dicatur incerta, contra hanc l. Et istud retulit Pet. de Bellaperti. dum in anno Iubilei ueniret Romam ad indulgentiam, tanquam peregrinus, & Bono. repetiit istam l. Do. Cy. etiam refert hic: vnde Iaco. de Rauen. in expositione istorum verborum recedit ab opin. gl. & dicit, ꝙ illi dicuntur casus certi, qui habent interesse commune, ut scribere mihi librum, facere mihi domum, & similia. Et illi dicuntur casus incerti, qui non habent interesse commune, uel communem æstimationē, ut ire pro me Romam. Nam tm̄ pōt mea interesse, ita quod non alterius, sed liber iste, apud quemcunque esset, valeret tm̄. Petr. de Bellapert. non stat in eius opinione, quia dicit, qđ loquitur sine lege. Præterea ego reprobo ꝙ ipse non dicit uerum aliter, nam possibile est, quod in cōtractu locationis, & conductionis, ex parte conducentis non reperiat̄ æstimatio communis. v.g. conduco operas tuas, ut uadas pro me Romam pro centum, licet ex parte eius, qui locat operas, sit certum, quod debet habere centum, si illud interesse habet certam quantitatem ex parte conducentis non est certum, quia forte alterius nihil interest. unde non reperitur ęstimatio communis, & sic ille contractus esset incertus secundum eum, quod est ꝫ istum tex. quare Per. de Bellapertica exponit ista uerba, ut dicamus sic. Illi ꝫctus dicuntur habere quantitatem certam, vel naturam, in quibus hincinde oritur obligatio, & sic contrahentes obligantur propter mutuam relationem, ut in emptione, uenditione, & in alijs contractibus. Contractus incerti dicuntur, in quibus contrahentes obligantur absq; mutua relatione, ut promitto tibi per stipulationem ire Romā, licèt iste propriè non dicatur cōtractus, ut l. Labeo. §. ꝫctus. de uerb. sig. & ideo Imperator non repetit in ꝫctibus, sed dicit, in alijs autem casib. &c. quia ille propriè non est ꝫctus. Sed ista opinio Pet. non uidetur uera. quid. n. si ex utraque parte promittatur mutuè, ut puta, promitto pro te ire Romam, & tu promittis pro me ire Perusium? hic obligantur ꝫhentes pp mutuam relationem. tamen certum est, quod iste ꝫctus ex utraque parte continet incertum. Iac. de Are. reprehēdit glo. nostram per aliam rationem in prin. ubi dicit, quod certa quantitas vel incerta continetur, quando promittitur homo in genere: quomodo potest hæc esse uera, cum hic tractetur de singulari interesse, quod non potest excedere duplum interesse communis. & in hoīem debitū in gn̄e, interesse singulare nō pōt cadere, q̄a non est res, ad q̄ habeam affectionē. Nam dicit Ia. de Are. in eo qđ dicit glos. in ꝫctibus incertis, sto cum ea. Cum ergo dicitur certam quantitatem, facto hominis, vt domus, fundus, & similia, vt l. quod in rerum. §. 2. ff. de legat. 1. Certam naturam, vt qn̄ debetur species. quæ habet certitudinem à natura, vt homo, & equus, & similia, qui hn̄t certam speciem. Certè ab ista obiectione pōt defendi glo. nr̄a. Nā qn̄ debet homo in genere, vr̄ deberi homo mediocris, vt ff. de leg. 1. l. legato generaliter. Nam non est aliquod imaginatum, in ꝙ cadat affectio. Præterea, interesse singulare nō est affectionis tantū, sed vtilitatis tantum, vt ĩ. dicam. Vnde in hominem debitū in genere non solutū, potest cadere interesse singulare hoc est aliqua vtilitas singularis perficiens, vt videbitis ĩ. Alia fuit opinio do. Nicol. de Mat. qui dicit sic. Illi dicuntur casus certi, qn̄ ab initio non venit in obligatione interesse, sed ex postfacto venit in obligatione, vel cōdemnatione pp moram, vel pp aliud, vt apparet in omnib. ꝫctibus, vt hic. Vbi vero interesse ab initio debetur. Exemplum in delictis, dedisti mihi damnum, teneris statim mihi ad interesse: Vel intulisti mihi iniuriam, vel vim, & similia, & tunc illi casus dr̄ ꝯtinere incertum, & sunt incerti, dicebat ipse. Ista sua opi. non est uera: nā duplū non potest dici, ubi non reperitur simplum, ut l. in testō. ff. de ꝯd. & demonstra. l. quidam. §. si tibi. ff. de leg. 1. sed vbi debetur factum, non est illud simplex certum, ergo duplum non pōt esse certū. Do. Ia. But. tenebat opi. Pet. d. Cy. tenet opi. gl. nr̄æ. Ad rōnē Ia. de Rauē. rn̄det sic. In ꝫctu emptionis, & venditionis venit factū. dicit ipse, verum est, sed non merū factū: est. n. tale factū, qđ vno momento expeditur, s. tradere. Gl. in l. nr̄a loqtur de factis, & q̄ habent cām successiuā, ut ire pro me Romam, & silia. Ista solo posito qđ ꝯcludat in ꝫctu emptionis, & vendōnis, tn̄ in ꝫctu locationis, & conductionis non cōcludit. Nam in eo q̄ locasset operas suas, ille debet factū, ꝙ habet cām successiuā. Item ille, qui locauit fundum, debet factum, s. patientiā, id est pati. s. vti frui, vt l. ex conducto. ff. loc. & sic habet cām successiuam. Quid dicemus? Dico, qđ in ꝫctu emptionis, & uendōnis, [b] defendendo gl. nr̄am aliter q̄ Cy. &c. Dicit Ia. de Are. in ꝫctu emptionis, & uedōnis uenit factum. Dico ꝙ non est verum simplr. Nā uenditor tenet̄ ad tradendum, & ad faciendum emptorē dn̄m, & sic est datio, si ipse est dominus. Si est non dn̄s, dēt trāsferre uliucapiendi ꝯdōnem, ut l. in conuentionalib. in fi. ff. de uerb. obli. ibi causam bonorum, &c. Et hoc ēt vr̄ tenere gl. mag. in l. certi condō. in prin. ff si cer. per. idē dicit, ꝙ in uēdōne, & emptione nō est factū merū: tn̄ ista defensio nō sufficit ad euadēdum de ꝫctu locationis, & ꝯ-

c ductionis, ubi uenit merum factū. Et iō dico sic, [c] Gl. nr̄a dicit uerū,

4 cōiuncta tn̄ opi. Pet. hoc modo. † Illi ꝫctus dn̄t certi, qui hn̄t certā q̄titatem uel naturam respū sui, uel adiuncti: & alij dn̄r incerti, qui non hn̄t certā q̄titatē, uel naturā respū sui. uel respū adiūcti. Declaro istud. Respū sui, ꝯtinet certā q̄titatē, uel naturā, ut in exemplo gl. qn̄ ꝑmittit certa q̄titas, uel certa spēs in gn̄e, uel in specie respectu adiuncti, vt in ꝫctib. respectiuis, uel correlatiuis. V. g. in locatione & conductione, in emptione, & uendōne: licet. n. factū, qđ uenit in ꝫctu, sit incertum, tn̄ precium, seu merces est certa. & iō tn̄ uidentur illud factū ꝯtrahentes æstimare, unde rōne adiuncti dn̄r continere

5 certum. † Incerti dn̄r, qui non hn̄t certam q̄titatem, uel naturā respū sui, uel adiuncti, ut qn̄ promittit simplr factū. ut ire pro me Romā. Vel ēt si ꝑmittat simplr ex utraq; parte, ut ꝑmittis pro me ire Romā, ego promitto pro te ire Perusiū, q̄a nullū est adiunctum cuius respectu certificentur, & ideo isti ꝯtractus dicuntur incerti. Modo habes expeditū istū textū. Vlterius quæro pro declaratione textus.

6 dicitur hic, dupli quantitatem minime excedere, &c. † Quęro, qđ est istud simplum, cuius non potest excedere duplum? Glos. 1. hic dicit, ꝙ hic debet intelligi duplum. s. interesse communis, & uide gloss. primam hic, sed alibi in glossa super uer. dupli. gloss. ponit opinio. Quidam, ut Plac. dicunt, quòd non potest excedere duplum precij conuenti. Alij dicunt, non potest excedere duplum precij communis, ut dictum est. Finaliter glo. determinat quod non potest excedere nec unum, nec aliud, neque duplum precij conuenti, neque communis. Et uide gloss. ut intelligas quid ista gloss. dicat, dicas quod loquitur in diuersis casibus. Nam ubi reperitur interesse commune, non potest excedere duplum huius communis interesse: de interesse uerò conuento non curatur eo casu, quia illud potest excedere. Sed ubi non reperiretur interesse commune, sed conuentum, tunc non posset excedere duplum interesse

ADDITIONES.

a Paris. Cum pro eo. Circa materiam interesse mercatoris, quod iuste petatur & statutum possit illud æstimare, uide Comen. consil. 139. incipi. Lucus, circa fin. Item no. quod interesse lucri cessantis debet iudex æstimare ex suo officio, secundum Bartol. in l. 1. C. de colle. illic. lib. 12. ad quod uide Ias. in l. 3. §. fin. de eo, quod certo loco. ubi etiam dicit, quòd tale interesse probatur per coniecturas, & uerisimilitudines.

b Alex. Materiam. Et de materia huius l. uide Inn. in c. sacro. de sentent. excommun. & hoc statim alle. Bar. in uer. exemplum, dedisti mihi damnum. ibi, ad rationem. Iac. de Are. tunc concludit, an in contractu emptionis, & uenditionis ueniat factum, per Bar. in l. stipulationes non diuidun. de uerb. obl. & in l. 1. de act. empt. & in l. certi condictio. in prin. si cer. pet. et uide no. per Bal. hic.

c Alex. Dico sic. Opponit Bar. in præmissis ad istum tex. Quid tamen de hoc sentiat Bald. uide per ipsum.

esse conuenti. Et ita debet intelligi ista glo. aliàs diceret male, vt in contrarijs dicam. His expeditis veniamus ad aliqua ꝯtria pro declaratione l. postea intrabimus materiam. Opponitur, dicitur hic, quòd in casibus, qui habent certam quantitatem, venit interesse. Contra, imò nunquam succedit obligatio ad interesse, sed semper ipsa quãtitas, vel species debita debet peti, vt l. si seruum. §. fin. de verbo. obli. & l. vbi autem. §. fin. eo. tit. Istud tangitur in glo. super ver. contractibus. circa finem. Dicit glossa, quod debet intelligi, quãdo in obligatione est rem tradi, secus in contractibus rem dari, quo casu non succedit obligatio ad interesse, sed in contractibus, s. innominatis, sic. Reassumam, infra: tamen quantum ad propositum dico etiam, vbi est rem dari, in obligationem, venit interesse non iure actionis, vel obligationis, sed officio iudicis, vt l. vinum. ff. si certum petatur, & l. in hac. de tritica. Tangam infra in illa quæstione, qualiter interesse in iudicium deducatur. Secundo opponitur, & hic aduerte, & istæ opposi. quas formabo, tanguntur in gloss. super ver. dupli, post princ. Opponitur igitur de l. ratio. §. si per venditorẽ. de actio. empt. vbi quis tenetur quanti plurimi res fuerit. Duę solones dantur in gl. Prima, quod ibi subaudiatur, dum tamen excedat duplum. Alij dicunt, quod ibi loquitur de interesse communi, quod totum est simplum. & ideo potest excedere pretium rei in multum, & ista est 7 vere. Ex qua solutione illud habes, quod dixi ibi in 3. q. † quod interesse singulare non potest excedere duplum interesse, conuenti. s. q̃n non reperitur commune interesse, sed conuentum tm̃. nam ipsum commune, interesse potest excedere interesse conuentum.

a Oppo. tertio [a] de l. Iulianus, in prin. ff. de actio. emp. Dicunt quidam, ꝙ ibi loquitur de interesse extra rem, quia põt excedere duplũ, hic loquitur de interesse circa rem. Istud non placet gl. nostræ. nam si interesse circa rem, non potest excedere, multo minus extra rem, b quia tardius venit, & in minori quantitate. & ideo glo. soluit [b] eodẽ modo quo præcedens ꝯtrium, quia ibi loquitur de communi interesse, licèt extra rem, ꝙ totum est simplum, & iõ pretium põt excedere in multam quantitatem: & vide gloss. super ucr. dupli, ibi. Item in eo, &c. Dices tu, quõ in casu l. Iulianus. loquitur de communi interesse, imo in singulari: pone exemplum, Emi à te tignũ vitiosum, posui in domo, domus ꝑꝑ vitium tigni cecidit. Certè agam ꝯ te ad totum interesse meum domus destructæ, quod excedit pretium tigni venditi in multam q̃titatem. Illud est interesse singulare, qa alius, qui nõ emisset tignum, non tiusset passus, vel si emisset, non habebat domum istam, uel fuisset visus ad alium usum. & sic vr̃ ꝙ ibi loquitur de interesse singulari. Rñdeo, gl. videt̃ hic intelligere interesse singulare illud, ꝙ venit ꝑꝑ aliquam qualitatem inhærentẽ personę, tanq̃ ad aliam transire non posset. Verbi gratia, habui librum, in quo habui memoriam meam, & posui additiones de manu mea, & audiui in illo libro: propter hoc liber iste est mihi carior singulari æstimatione, quæ non posset transire ad alium. non. n. mea memoria potest esse alterius, & studium meum factum in hoc libro non potest esse alterius, vt l. 1. §. ne autem. s̃. de caduc. toll. & de duobus reis. l. nemo est qui nesciat. Sed illud, ꝙ põt ad alium transire, dr̃ interesse cõe, vt in exemplo proposito. Si enim domus, in qua illum tignum apposui, non erat mea, illud idẽ dãnũ posset esse alterius, & ille alius, qui habuisset, fuisset passus idem dãnũ, iõ quia est transibile, dicit cõe interesse, & non singulare. Vlterius opponitur ad illud, c ꝙ dixi, ꝙ venit interesse extra rem. [c] Contra de lege. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. Solo, aut interesse petitur ꝑꝑ malefactum, & venit interesse extra rem, vt dictum est s̃. q̃n tradidisti mihi tignum vitiosum. Aut ꝑꝑ non factum, & tunc non uenit interesse extra rem, vt dictũ est s̃. q̃n tradidisti mihi tignum vitiosum. Aut ꝑꝑ non factũ, & tunc non uenit interesse extra rem, vt d. §. cum per venditorẽ. Itẽ opponitur, dixi s̃. ꝙ non dẽt excedere duplum. s. interesse cõis, põt tñ excedere duplum, s. interesse conuenti. ꝯ in l. cum fundus vti optimus. ff. de euictio. Solu. Dicebat Placent. ꝙ ibi interesse cõe erat itunus quã interesse ꝯuentum: vel melius ſm gl. ibi non agitur actione ex empto ad interesse, sed agitur de euictione ex stipulatione duplæ, quæ refertur ad duplũ p̃tij conuenti, vt ibi.

d Item opponitur de lege, Titius, [d] §. fi. cum l. seq. de actio. empt. vbi dr̃ ꝙ interesse nõ põt excedere duplum p̃tij ꝯuenti. Sol. Dñt quidã, ꝙ illa lex corrigit ꝑ legem seq. q̃ incipit, idemq; & Iulianus. ꝙ placet mihi, q̃n traditio facta est à sciente. Sed q̃n est facta ab ignorãte, non corrigitur, vt d. l. idemq; & Iulianus. §. in omnib. Dicendũ est ergo, ꝙ illa lex eo casu ꝯtinet vnum casum singularem, & mirabilẽ, vt ĩ. dicã in distinctione. Sumus expediti de prima parte circa ꝯtria, modo venio ad q̃ones, & intro istã materiam, q̃ expedio per quinque q̃. vt ĩ. patebit. Primo q̃to, quid sit interesse. Secundo qualiter interesse diuidatur. Tertio, vsq; ad quam quantitatem possit interesse ascẽdere. Quarto, qualiter interesse in iudicium deducatur.

8 Quinto, & vlti. qualiter interesse probetur. Ad primum † quid sit interesse. Gl. dicit ꝙ interesse singulare rei pretium est, ſm quosdam. Non est bona diffinitio, qa non ꝯprehendit nisi interesse singulare. Vnde gl. dicit: Interesse, damnum est emergens, & lucrum cessans, ex eo, ꝙ aliquid fieri cessatur, & vide Inno. in d. c. sacro. de sen. exc. vt s̃. dixi. Sed aliam ẽt diffinitionẽ ponit gl. in verb. pole. Ia. de Rau. insurgit ꝯ illam diffinitionem sic. Tu dicis, ꝙ interesse est damnũ, ergo qui petit interesse, petit damnũ. ego dabo damnũ q̃tum voles. Præterea dũ gl. dicit, ex eo, qđ fieri cessatur, malè dicit, quia venit interesse q̃nq; ex eo, ꝙ fit, ꝙ fieri nõ dẽt. Vnde Iac. de Rau. ipse diffinit aliter, & sic dicendũ est, qđ interesse ſm Ia. de Rau. est æstimatio damni emergentis, & lucri cessantis, ex eo, ꝙ nõ fit, qđ fieri dẽt, vel fit, qđ fieri non dẽt; vel ꝗ nõ datur, qđ dari dẽt; vel dat̃, qđ dari non debet. Ista est diffinitio sua. Doct. nñ cõiter dñt, qđ diffinitio est bona. & Ia. de Rau. benè dicit. tñ ẽt gl. benè sentit, & reprehensio Iacobi est verbalis magis, q̃ effectualis. Quod. n. glo. dicit, interesse est damnum emergens, ita locuta est ſm cõem vsum, & modum loquendi. Dñt. n. hoĩes, emenda, vel restitue damnum meũ, & intelligitur de æstimatione damni. Item ex eo, quod gl. dicit, quod fieri cessatur, ꝯprehendit ẽt illũ qui facit, ꝙ facere non dẽt: quia faciendo, qđ non dẽt, cessat facere quod dẽt. Et ita tenet Cy. opi. gl. nr̃æ declaratã per Iac. de Rau. Et ita Ia. Bu. tenet. Mihi vr̃, qđ nullus tetigit qđ sit interesse. Pro huius ergo declaratione dẽs scire, qđ ipsi dñt, interesse est æstimatio, &c. Cõtra, ego reperio quoddã interesse inæstimabile, vt ff. sol. matr. l. 1. & ibi no. per gl. & l. non est singulis. de reg. iur. & l. libertas. Vnde ista diffinitio non congruit cuilibet parti sui diffiniti. Præterea, ipsi dicunt quod interesse est æstimatio damni emergentis, & lucri cessantis. ego reperio totum econuerso, quod damnum cessans, & lucrum emergens, dr̃ interesse. Exemplũ, hostis, vel alius mihi dat damnum in fundo meo, & interest mea damnũ non fuisse datum, est interesse, vt Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. § fi. l. 2. ff. e. tit. & legatum tibi relictum dr̃ interesse, quia interest tua hẽre, vt l. creditori. ff. de lega. 1. & l. si fideius. & ff. de lega. 2. si cui fundus. Pro huius declaratione scias, qđ est quoddã interesse in genere gñalissimo, quod diuiditur in suas spẽs, vel in gñe subalterno. In gñe gñalissimo interesse est iusta alicuius vtilitas: & hoc probant oẽs leges s̃. allc. ꝯ doctri. gl. & istud interesse subdiuiditur, nam quoddã est interesse inæstimabile, quoddam æstimabile. Inæstimabile interesse est alicuius iusta utilitas inæstimabilis, vt ff. de his qui deic. vel effud. l. 1. §. sed cum liber. sol. mat. l. 1. de reg. iur. l. non est singulis. in fi. & l. libertas. Interesse ẽt æstimabile subdiuiditur. Nam quoddam est nõ petibile, & quoddam est æstimabile petibile. Interesse non petibile æstimabile diffinitur sic. Est iusta alicuius utilitas æstimabilis, non petibilis, habita, uel non habita, sine alicuius facto iniusto, uel cessatione iusta. Quare dixi, alicuius utilitas iusta? qa si hẽs iniustã, non dicitur propriè ꝯtinere alicuius interesse, vt l. itaq; fullo. ff. de fur. Quare dixi æstimabilis. Ad differentiam interesse inæstimabilis, de quo dixi s̃. Non petibilis, dixi ad differentiam petibilis, de quo ĩ. dicam. Habita, dixi vt ꝯprehendam oẽs illos casus, in quib. aliquis hẽt aliqđ æstimabile, qđ hr̃e sua interest. Vel non habita, dixi per l. Proculus. ff. de dam. infe. vbi obscurantur lumina domus, vel aufertur aqua putei mei, & sic damnificor, & perdo, quod mea interesset hr̃e, tñ hoc petere non possum, quia prouenit mihi absq; alicuius facto, vel cessatione iniusta, ideo nõ est interesse petibile, & de istis nõ loquitur materia ista. Est quoddã aliud interesse æstimabile, & istud põt accipi duob. mod. Vno modo largè, & tunc est iusta alicuius utilitas petibilis æstimabilis, non habita propter alicuius factum iniustum, uel cessationẽ iniustã. Ista diffinitio omnia comprehendit, vt euidenter patet. Hic tñ aduerte, qa aliq̃n sumit̃ interesse largè, vt si peto q̃nq; rẽ mihi debitã, peto interesse meũ. Nã dicit l. qđ stipulationes sunt facti, vt q̃sq; stipulet̃, qđ sua interest, vt l. stip. ista. & Inst. eo. tit. §. alteri. de verb. obl. §. vlt. Vñ si stipulor librũ, stipulor, ꝙ mea interest, vt est ille liber: ille ergo liber est interesse meum largo mõ. Itẽ si stipulor factũ, istud factũ est interesse meũ, & hoc mõ hic nõ sumit̃. Scđo mõ sumit̃ illud interesse strictè, & propriè 9 in nr̃a materia, & illud sic diffinit̃. † Interesse est æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ ꝑꝑ alicuius factum iniustum, uel cessationem iniustam. Ideo dico æstimatio, vt differat à precedenti interesse, qđ respicit ipsam rẽ debitã, seu factũ debitum. Nã de interesse prout in q̃ntitate deducit̃, loquit̃ ista tota materia. Istud est utile scire ad diffinitionẽ. Ideo dixi æstimatio vtilitatis non habitæ, ut ꝯprehendam dãnũ emergens, & lucrũ cessans. His ergo uisis, venio ad scđam q. 10 & q̃to quotuplex [e] sit interesse. Gl. tua dicit, ꝙ † triplex est, s. singulare, cõe, & cõuentũ. Et appellat singulare interesse, singulare p̃tiũ rei. Cõe interesse, cõe pretiũ rei: ꝯuentum interesse, pretium conuentum circa rẽ ex partium ꝯuentione. & hoc tenet gl. 1. & gl. alia sup verbo dupli. Idẽ tenet gl. ff. de act. emp. l. 1. circa princ. & fundat se per illum tex. do. Iaco. de Rau. tenet ꝯtrium, qđ non sit nisi vnicũ interesse, & istud etiam tenebat d. Iac. de Butr. & do. Dyn. disputauit istam q. solẽniter, & posuit cũ multis solẽnib. rõnib. illam disputationem

ADDITIONES.

a Ale. Opp. tertio. Vide Bal. in uer. 4. oppo.

b Alex. Glo. sol. Interesse singulare non potest excedere duplum conuenti interesse, idem nec interesse conuentum interesse conuenti & infra proxi. in ver. item opp. dixi etiam latius infra ea. l. in 3. q. prin. & per Bal. hic in uers. quæro utrum ista ratio, &c. cum uers. seq. interesse non tantum intra rem, sed extra rem non potest excedere duplum. Bal. hic in uer. opp. & uide Bal. hic in uer. quanto.

c Ale. Ext̃ rẽ. An veniat in ꝯsideratione interesse ext̃ rẽ, vide latius per istũ infra ea. l. Et an isto casu q̃ñ res malè traditur, interesse possit excedere triplũ, uide Bal. in 6. op.

d Ale. Lege Titius. Vide infra, & alter vr̃ illũ text. intelligere Bald. hic, in uer. 6 opp.

e Ale. Quarto quotuplex. Quotuplex est interesse, concludit sequendo opin. Dyn. triplex, s. singulare, commune, & conuentum. Quomodo autem distinguatur interesse singulare ab interesse communi, uide Bal. supra ea. l. Et quotuplex sit interesse, vide hoc in prin. per Bald. l. traditio. in 4. q. sup. de actu. emp. & ibi de quo interesse intelligatur, si in libello peto interesse,

tionem in c. mota. de re. iur. lib. 6. Quod sit vnicum interesse tm̄, pbatur primo ex hac l. Excedens, & excessum, non sunt idem, sed interesse, nō pōt excedere duplū æstimōnis cōis; ergo æstimō cōis nō est interesse, ut hic. Inducit eo mō, de ac. emp. l. 1. Dy. tenet ꝯ glo. in vno qđ dr̄ per gl. quod prium rei cōe, est cōe interesse; & precium ꝯuentū, est conuētum interesse; singulare interesse est, quod singl'r (a) interest. Sed falsum dicit Dy. Nam preciū rei a nō est interesse, hoc probatur in l. hæc verba, quanti eam rem. ff. de uerb. sig. & l. 2. §. considerandum. de tri. & ra. dist. & ff. de fur. l. in furti actione Sed Dy. dicit qđ triplex est interesse: nā interesse æstimatū singl'r, est singulare interesse, vt l. libertus q. circa fi. de bo. li. Interesse æstimatū cōiter, est commune interesse, ut l. 1. de ac. emp. Interesse æstimatum conuentione partium, vt qn̄ partes conueniunt in certa quantitate ꝓ interesse, est ꝯuētū interesse, ut l. fi. de pt. stip. & l. ꝓcurator ad exhi. §. fi. rē ra. ha. Ita dicit Dy. Iac. Bu. ut dixi, tenebat opi. Vltram. quod unicū sit interesse. Nam interesse semper refertur ad personā actoris. ut de ac. emp. l. 1. ubi emptoris rem hr̄e interest, nō uēditoris, & sic de sīgulari īteresse loquitur de reg. iu. l. quaten⁹. ibi, cuiusq;, &c. No. ibi, cuiusq;. nam in persona cuiusq; est singulare interesse, & illud quod dixit Dy. quod qn̄ promittitur certa q̄titas pro interesse est interesse conuentum, non est verum; probo reducēdo in practicam. promisisti pro interesse centum, si petam illa centum, qa mea interest, succūbā, qa illud instm̄ ꝓmissionis no ꝓbat, qđ mea interesit, sed qđ ꝓ interesse promissum est, ut l. stipulatio ista, §. alteri. de uer. ob. Insti. de inu. stip. §. ubi dr̄, q qn̄ promittitur certa quantitas, non inspicitur, an intersit. Vnde quantitas ꝓmissa pro interesse, nō est interesse, sed promissa pro interesse. Ego dico quod d. Dy. dicit veritatem & puram. si bn̄ intellexistis distōnē, quā s. dixi. Quoddā est īteresse largo mō sumptū, qđ ꝯprehēdit illud, qđ debet: & hoc mō non loq̄ī in nr̄a materia, nec dictum Dy. Aliud est interesse, hoc est æstimatio eius qđ interest, & hoc mō hic sumit interesse, ꝓ ęstimatione eius, qđ interest, gn̄al'r sumendo. Nunc ad propositum il- (11) lud † qđ interest, pōt æstimari singl'r, & est singulare interesse, & pōt æstimari cōiter, & est cōe interesse. Et de hoc est casus l. 1. ff. de ac. emp. recte intelligendo. dicit tex. si res uendita non tradatur, ad id, q interest, agi pōt. Sed dicet aliqs, ergo peteret ipsā res, quia ipsa res est illud qđ interest singl'r. Rn̄det ibi Iutist. hoc est quāti emptoris rem hr̄e interest singl'r, quod excedit qn̄q; precium quanti res ualet, uel quanti res empta est. Nūc ad rationes do. Iac. de Rau. Dicit ipse, interesse semper refertur ad personā actoris. Concedo, sed ꝑsona pōt considerari cōiter, tanq̄ qlibet. & pōt ꝯsiderari singl'r pp aliquam singularem qualitatem inhærentem sibi, tunc si cōderet cōiter, erit interesse cōe: uel singulare, si singl'r. Ad illud qđ dr̄ de pecunia in § alteri. vbi pecunia promissa pro interesse nō est interesse, dico qđ pecunia ꝓmissa ꝓ interesse non est interesse gn̄aliter sumptum. qa est aliqd distans ab eo, qđ erat ꝓmissum, sed est æstimatio illius interesse, ꝓut hic sumit in materia nr̄a. Iō si illam q̄titatem tanq̄ interesse peterē, ego vincerē: vidimus s. qđ triplex ē inte- (12) resse, s. singulare, cōe, & ꝯuētū. Iuxta hoc q̄ro, utrū † interesse singulare sit affectionis, uel vtilitatis. Et nr̄, q affectionis tm̄, vt l. libertus. in fi. de bo. li. In ꝯriū, vr qđ sit utilitatis, seu affectionis ꝯtinētis utilitatē, vt l. videamus. §. 1. de in lit. iu. Et iō circa hæc dicas, si q̄ris de interesse actionis, & non vtilitatis. Aut quæris, utrū ex eo condēnatio augeat, & dic q nō, ut l. si seruū. ff. ad l. Aquil. & l. ptia rerū. ad l. Falc. Aut q̄ris, vtrū actio detur, q̄ alias nō daret, & tūc in ꝯctib. bonæ fidei dat, ut l. cum seruus, ff. man. In ꝯctib. verò stricti iuris, ra est, qđ non dat, ut l. fideiussores, ff. de pact. & ibi no. in quadā gl. Fallit, si minor ætas interueniat, ut l. si in emp. ff. de mi. Si q̄ris de interesse affectionis, quod continet utilitatem, & tunc actio datur, & condemnatio augetur, ut l. videamus. ff. de in lit. iur. & hac l. per totam l. Dēt ergo hæc l. intelligi de interesse singulari, quod continet utilitatem pecuniariam. Item quæro iuxta prædicta, utrum interesse diuidat in intrinsecum, & extrinsecum, seu intra rem. & ex rē & certum est qđ sic, ut l. si sterilis, §. cum per uenditorem. de ac. emp. & gl. in multis partib. hoc dicit, & maximē hic in gl. sup uerb. dupli. Circa hoc est (13) videndū, † qd sit interesse intra rē. & ex rē (b) Vltram. d̄nt illud dī esse intra rē, qđ seq̄ī rē, penes quēcunq; vadat. Et iō si seruus est hr̄s institutus, tota hr̄ditas vr̄ interesse intrinsecū, ut l. uenditor. ff. de euic. & l. inde Neratius. in prin. ad l. Aquil. Sed si non seq̄ī rē penes quēcunque vadat, vt in uitioso, cuius vitio domus emptoris perit, & tunc dicetur interesse extrinsecū, ut l. Iul. in prin. de ac. emp. Idē in lucro, quod aliquis facit tanquam mercator, ut d. l. si sterilis §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Sed dn̄, illud interesse de seruo hærede instituto, per glo. vocatur extra rem. seu extrinsecum. ut ff. de euict. l. venditor. & hic in gl. sup verb. dupli. Dico qđ gl. nīæ melius loquuntur. Cuius gr̄a debetis scire, sicut dicimus in dictione, ex, q̄ denotat cām proximam: dictio vero, pp, & dictio ob, causam remotā, ut l. non dubium. s. de leg. & l. 1. s. si seruus extero se emi mādauit. & l. eo tpe. circa fi. ff. de pec. ita in proposito intrinsecū interesse dēt dici illud, qđ est ipsa res, seu eius ęstimō, prout accipit hoc tit. Itē illud, q est immediate ex ipsa re, ut fructus & partus, & simi- (14) lia. Ea vero † q̄ veniunt occasione rei, non ex ipsa re dēnt dici extrinsecū, ad similitudinem eius quod dixi in dictione ob, & de dictione pp & iō verū dicit gl. quod hr̄ditas, ex qua seruus est hr̄s institutus, est interesse extrinsecum, quia nō ex ea re, sed occasione rei contingit. Nec est uerum, quod dn̄t Vltramontani, quod iō dicatur extrinsecū, quia sequitur rem penes quemcūq; vadat. Nam seruitutes sequuntur rem, penes quemcunq; vadant, tn̄ non dr̄ in bonis, vt l. 1. ff de vsufructu legato. l. rem in bonis de acq. rerum do. Hoc præmisso, vidēdum est utrū dēat haberi rō in iudicio huius inter- (c) esse extrinseci. (c) Gl. quam modo legi ibi, dicit duo uerba tantum. Aut agitur propter non factum, aut propter malè factum, ut in dictis. Doctores hoc min⁹ pfectè examināt, & est meo iudicio passus (15) valdè difficilis. Iō dic, † quod quoddā est (d) interesse intrinsecū, hoc est ipsius rei æstimatio, & ista semper uenit, ut l. ratio. §. si per uenditorem. de ac. emp. & l. vinum. si cer. pet. & in l. hac de tri. Quoddam (16) est † interesse ex ipsa re, vt fructus, & partus, & de hoc dic, ut l. stipulatus, & l. videamus. per totam legem. ff de vsu. & l. si filius, §. 1. de uer. (17) ob. ubi dixi. & l. si fundū certo die. e. tit. † Quoddam etiam est inter- (e) esse extrinsecum, & in hoc dic, aut agitur propter non factū, (e) aut propter malè factum. Primo casu, aut est tale interesse, quod seq̄ī rem penes quemcunque vadat, & eius habetur ratio, ut in l. pen. s. de his quib. vt indig. & facit d. l. uenditor ff. de euic. & l. inde. Nera- (18) tius, ff ad leg. Aquil. Aut † non sequitur rem, penes quemcunque vadat, & tunc aut petitur talis res, in quā nō potest cadere affectio, seu interesse intrinsecum, ut est in pecunia, in q̄ non cadit affectio, & tunc uenit interesse extrinsecum, ut l. nummis. de in lit. iuran. & l. secūda. §. fi. de eo quod certo loco. l. si pęnam. de uerborum obligatio. l. liber homo. §. fi. e. ti. Aut petitur res, in q̄ potest cadere interesse intrinsecum, & tunc non habetur ratio interesse extrinseci, ut d. l. si sterilis. §. dum per ueditorem, de actio. emp. quod tamen intellige secundum distinctionem, quam infra ponam ultima par- (19) te, an in interesse habeat ratio lucri, uel non. † Si uerò agitur propter malè factum, & tunc aut fuit malefactum scienter, aut ignoranter. Si scienter, uenit interesse extrinsecum, ut l. Iul. circa princ. & l. idemque. §. in omnib. de actio. emp. Si uerò ignoranter & tunc aut agitur contra aliquem, quia res est euicta, & isto casu venit interesse extrinsecum, non tamen in totum, sed vsque ad duplum precij conuenti, vt l. Titius, in fi. & l. seq. de actio. empt. & est singularis casus; Aut agitur propter aliud damnum ex ipsa re emergēs, & tūc aut loquimur in contractibus ex quorum natura consueuit transferri dominium, vel vsucapiendi conditio, & tunc non venit interesse contra ignorantem, sed agitur quanto minoris, vt l. Iul. in prin. de actio emp. & ibi gl. dicit. Fallit in vase vitioso vendito, sed in l. tenetur. §. sed si vas, end. tit. dicitur q debeat seruari eadem distinctio. Et illam tenebat domi. Iaco. Butrigarius. Si verò loquimur in con- (f) tractibus, ex quorum natura non transfertur dominium. f tunc aut ille contractus celebratur gratia vtriusque, vt locatio, & tunc si tradatur res inanimata, distinguitur. Aut est res cuius conditionem quis non poterat probabiliter ignorare, vt conditionem vasis, & tenetur etiam ignorans ad interesse extrinsecum. Aut probabiliter poterat ignorare, & tunc secus, vt l. sed & addes. §. 1. ff. locat. Aut locatur res animata, vt puta seruus, & non tenetur ad interesse extrinsecum, nisi fuerit sciens, vt l. cum in plures. §. seruum. ff. locati. Ratio est in promptu, qa rei animatę vitiū probabiliter pōt ignorari magis, quam alterius rei. Si verò contractus celebratur gratia alterius tantum, s. gratia recipientis, vt in commodato, tūc si tradat rem inanimatam, non tenetur nisi fuerit sciens, vt l. in reb. §. item qui sciens ff. commodan. Si verò tradatur res animata ignorans tenetur eatenus, vt damnum emendet, vel seruum pro noxa dimittat, vt l. pen. ff. commodati. Si verò contrahitur gratia dātis tantum, vt in deposito, & in mandato, & tunc in deposito dico teneri dantem, siue fue- (g) rit sciens, siue ignorās, ad istud interesse extrinsecum, (g) vt l. si seruus. §. quod

ADDITIONES.

a Ale. Precium rei. Bal. hic saluādo gl. dicit quod largo modo dicitur interesse, per eūdem in l. . . supra de his qui à non do. item an expensæ dicantur precium, uide Bar. & ibi scripsi, in l. quidam § quibus, de cond. & dem. in § quidam ita. & Bal. in l. eterni naeo. infra de fruc. & li. expen.

b Ale. Extra rem. No. quomodo cognoscatur interesse intra rē seu intrinsecum, ab extrinseco, & Bal. hic 10 uer. 4 op. & ibi ponit quid differat interesse intrinsecum a qualitate intrinseca, ponit etiam ibi 14 uer. quæro igitur, quid dicatur interesse extrinsecum, quod no. & uide.

c Ale. Extrinseci. Verum debeat haberi ratio in iudicio interesse extrinseci, adde quod no. ea. l. & per Bal. hic.

d Alex. Quoddam gl. Ex iis quæ hic Bart. dicit, colligunt quidam Moderni duo valde no. q l. liber homo. §. fin. hic alleg. no. habet locum in specie debita, sed solum in quantitate. Secundo pro l. 2. §. fi. de eo & quod totus ille titulus non habet locū, quā do certa species esset certo loco reddenda, sed solum, quando quātitas, & sic interesse ratione loci, non habet locum in interesse extrinseco in specie, sed solum in quantitate, quod no.

Menoch. Bar. Soc. inter consi. Maria. Sen. consilio 196. colum. 3. uersi 2. secundum corolarium.

e Ale. Non factum. Adde l. nummis. de in lit. iur. & hic adde Bar. in l. ut l. si pœna. de uer. ob. & no. etiam. Bal. in l. cum alleg. supra de vsur. uide Bal. hic in uerb. quæro quare. gl. & Bar. in l. Iulianus, de ac emp.

f Ale. Transfertur dominium. Vide plene Bar. in l. in reb. §. item qui ff. commo.

g Paris. Interesse extrinsecum. Et quod non habeatur ratio talis interesse extrinseci nisi in pecunia, non in frumento, vino, & similib. uide Ias. in l. nummis. de in lit. iur. & per hæc deciditur quæstio de eo qui erat debitor alicuius in corbes centum frumenti certo die: & quia non soluit creditori ideo cecidit de iure emphy. quia nō potuit eos soluere domino, ut tenebatur, non potest tale interesse peti.

§. quod verò. ff. de fur. In mãdato verò distingue, vt l. inter cãs, §. si cum seruus, ff. man. Iuxta prædicta quæro, verum istud interesse dicat singulare, uel cõe. circa hoc dic, vt dixi s. circa 2ria. Sum⁹ expeditũ de ista
20 scda parte, venio ad tertiã particulã. Ex qua no. † quod interesse nõ põt ascẽdere in infinitũ. Cõtra, de i lit. iur. l. videamus, §. 1. ubi dr. quod in infinitũ iurat. So. Fateor, qđ in infinitũ iurat, sed iudex taxat: ita quod duplũ non excedat, per hãc legẽ. Venio ad quartã particulã, ex qua no. quod pœnæ sunt in iure limitatę. Contra, Insti. de inut. stip. §. alteri. & l. stipło ista. §. alteri. de uer. obl. Solue. Huius timore est hic posi-
21 ta gl. in ver. proferuntur, q̃ ponit opi. Finaliter gl. distinguit, quod † pœna legalis non põt excedere quadruplũ. Pœna verò 2uentionalis
a aut ponitur per verba multiplicatiua [a] vt duplũ, triplũ, quadruplũ, & silia, & idẽ. Aut p noĩa simplicia, & tũc illa in tm̃ põt ascẽdere, in quantũ 2hẽtes voluerũt. vide gl. q h. d. & est clara. Vltr. l. reprobãt illã gl. q̃ facit drĩã, utrũ pena apponat p noĩa multiplicatiua, aut p noĩa simplicia, qa dñt, quod est imponere legẽ verbis. Ego dico sic br. Aut ista noĩa duplũ, triplũ, & similia, referuntur ad certã & taxatã quantitatem, & tunc põt ascendere pœna inquantum voluerint 2hẽtes, q. a eadẽ est rõ, sicut qñ profertur per noĩa simplicia: tm̃. n. est dicere sub pœna mille, q̃tum si dicerem sub pœna quintupli, cum ducenta sint promissa. Si uero ista uerba referunt ad quantitatem incertã, sub pœna dupli, uel quadrupli eius, qđ res plus ualuerit, vel sub pœna dupli, uel quadrupli, tunc interesse nõ põt excedere quadruplũ, fm quod gl. dicit, imo forte, quod plus est, nõ põt excedere duplum, ar. huius l. quia fortè multum vltra ascenderet, q̃ senserint 2hentes, atq. hu-
b ius l. [b] ibi, ne dum in infinitum, &c. Hunc artic. plenius examinaui in l. stipło ista. §. alteri. de uer. ob. Venio ad vltimã partẽ. dr hic, quod interesse hr loco lucri, [c] 2 l. si sterilis. §. si cum per uenditorẽ. ff. de act. emp. Gl. dicit quod olim non hẽbatur rõ lucri, nisi in quibusdam casibus specialibus, qui hic per gl. enumerantur. Vltram. reprehendũt istam gl. per tex. ibi, quia ex eo veteres, quod interest statuerunt: q. d. quod antiquitus i interesse hẽbatur rõ lucri. Sol. gl. poterat rñdere, illud olim in qbusdam casib. hodie gñaliter. Doc. nri tenẽt cõiter circa hoc, quod per hanc l. non sit immutatum de iure antiq. Iõ Cy. posuit olim dictum Pet. in ista materia, fm quod ipse inuenit. Postea superuenit Gul. de Cu. q de hoc posuit unã distinctionẽ in l. 1. §. ul. ff. de eo quod cer. loc. postea illã addidit Cy. de verbo ad verbũ, licet de eo mẽtionẽ nõ faciat. Iac. de Are. ẽt circa hoc ponit vnã suã distinctio-
22 nẽ. Ego aũt visis oĩb. in ista materia, dico sic. Quoddã † est lucrũ, quod contingit circa ipsam rẽ. vt mõ valet corbis frumẽti decẽ, hinc ad quinq; menses valebit xx. & istud lucrũ de iure antiquo, & de iure hodierno sp venit in æstimatione interesse, ut l. unũ. ff. si cer. peta. & l. in hac. de tri. & d. l. rõ. §. si p uẽditorẽ. de act. emp. Quoddã est lucrũ 2tingens ex re ipsa, ut partus & fructus, & hoc nõ ptinet ad nostrã mãm. Dic ut l. si stipulatus. & l. videamus. de vsu. & l. si filius,
23 §. 1. & qđ ibi no. ff. de uer. obl. Quoddam † est lucrũ quod uenit extra rẽ: & tũc qñq; illud lucrũ uenit cũ alterius iniuria, ut lucrum usurarũ, uel vsucapionis, & nõ habebat rõ huius, nec de iure antiquo, nec de iure hodierno hr, ut l. si is q rẽ §. fi. ff. de fur. & l. si qs uxori. §. pen. e. ti & ibi not. Aut nõ pcipitur cũ alterius iniuria: & tũc aut lucrũ comitat rẽ, penes quẽcunq; uadat, & hr rõ eius tã de iure antiquo, q̃ de iure nouo, siue sit iudiciũ bonæ fidei, siue sit iudiciũ stricti iuris, vt d. l. uenditor. de euic. & l. si qs vxori. §. pe. de fur. & l. inde
24 Neratius. in prin. ad l. Aq. & l. pe. de his, qb. ut indig. † Quoddã est lucrũ, quod non seqr rẽ penes quẽcunq; vadat, ut lucrum, qđ percipit ex mercantia, vel ex alterius hoĩs industria. Et hic aduerte: nã qđdã est lucrũ, in quo natura rei plus operat, q̃ hoĩs idustria, ut in lucro, quod percipit ex fundo, si colat, & cuius rõ hr, ut l. si fundus. §. 1. ff.
25 loc. & l. si in lege, §. colonus, eo tit. † Quoddã est lucrũ, in quo industria vt plurimũ operat, tunc qñq; illud lucrũ est incertum, quia ille cui debebatur, non consueuit mercari, & tũc non hr rõ istius lucri, ut l. si sterilis. §. cũ p uenditorẽ. de act. emp. Si verò 2sueuit mer
d cari, & ex eo qđ ex alia sua pecunia 2sueuit mercari, [d] appãreat quasi p certo, quod ex ea lucratus fuisset, tunc hr rõ lucri eius, ut d. l. 2. §. vlt. de eo qđ cet. & sic vr, quod iura antiqua ab isto iure in aliquo nõ
26 discordant. Quæro iuxta prædicta, † utrũ illud, quod hac l. dr, quod inter-
e esse nõ põt excedere duplũ, hẽat locũ in maleficiis? [e] Gl. hic tenet quod sic. Vna est gl paruula, super ver. casib. in prin. l. Alia gl. dicit idem sup uerbo 2tub. circa med. Contra istud ur l. inficiando, §. 1. ff. de fur. pp quã legem aliq recedũt ab ista gl. Tu dic istã gl. bñ dicere, p istã gñalitatẽ istius literæ. Nõ ob. l. inficiando, §. 1. ff. de fur. qa ibi nõ petit interesse, sed petit pœna, q̃ est vt ipsum interesse ẽt extra rem duplicetur, & ẽt si est singulare, dũ tñ vtilitatẽ 2tineat, ut l. in furti.
27 in prin. & ibi no, de fur. Nunc venio ad tertiã q. prin. & q̃ro † vsque
f ad q̃ quantitatem [f] interesse põt ascendere. Istã q. tangit gl. hic, sup uer. dupli. Tu verò dicas latius. Aut q̃ris de interesse cõuento, & uenit in q̃tum est conuentum, vt l. fi. de præt. stip. & de verb. obl. l. stipło ista, §. alteri. Aut quæris de cõi, & tunc tr totum venit, ut l. Iulia. in prin. ff. de act. emp. Fallit in casu singulari, ut l. Titius. in fi. cũ l. seq. eo. titu. ubi nõ põt venire vltrà duplum ptetu 2uenti. Aut quæris de interesse singulari: & tunc aut illud quod debet, cõtinet certã quantitatem, uel naturam respectu sui, vel adiuncti, & non ascendit ultra duplum interesse cõis, uel interesse conuenti, intelligendo in diuer-
f Paris. Probatur. defectus. Vide quæ habes ad Bar. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. quod licèt in sententia de antiquo ꝓsumatur citatio, si tamẽ ex inspectione actorũ apparet cõtrarium tollitur illa præsumptio, & seruatur decisio Pa. de Ca. cõs. 53 & uide Fran. consi. 62. ad fi. & quæ habes ad Bar. in l. 1. sup. de rela. uide Felin. c. quoniam contra, uers. limita uno modo.

g Ale. Quæri. Adde Bal in l. proxi. & Io. An. in c. qm̃ contra. de prob. super gl. fin.

LEX VIII.

Si contra. [a] Br̃ hoc dr̃. Si appellatio debito mõ nõ est prosecuta, pendente applõne sñia execũni mandat. Not. quod nisi quis ostendat prosecutam appellationem debito tempore, sententia à primo iudice potest mandari executioni.

ADDITIO.

a Ale. Si contra. Adde quod Ang. consuluit eius consi. 130.

LEX IX.

Dominus. Br̃ hoc dr̃. Dñs p̃t ꝓseq applõnẽ à ꝓcuratore interpositã. An ipse ꝓcurator possit cãm applõnis ꝓseq, videbitis plenè in l. inuitus. ĩ. de ꝓcur. vbi est materia

LEX X.

1 *Appellationem interpositam ab actore curatoris, curator exequitur, vel minor factus legitimæ ætatis.*

2 *Actor datus ad litem non potest prosequi causam appellationis in eadem lite. interpositam. & quid si velit prosequi. nu. 5.*

3 *Actor constituitur à tutore seu curatore, iudice authorizante.*

4 *Vel à iudice curatore postulante.*

Si actor [a] Br̃ hoc dicit, hæc bona lex. † Appellationem interpositam ab actore curatoris, & curator ꝓsequit, vel minor factus legitimæ ætatis. No. quod actor datur à curatore. Secũdo no. † ꝙ actor datus ad litem. non p̃t prosequi cãm appellationis interpositam in eadem lite: & eodem mõ in procuratore. Qđ dic, vt dicemus plenè de procu. l. inuitus. Opp. ad primã, & vr̃ qđ actor deĩ a iudice, nõ à curatore, vt Insti. de cura. §. fi. & ff. de his qui no. infa. l. furti. §. mandati. Gl. fatetur ꝯriũ, & quod hic dr̃ à curatore. i. à iudice, postulãte curatore, & vide gl. quod no. ppetuò propter formam, qua constituitur actor. Tñ quicquid gl. dicat, veritas est, qđ duplex est forma cõstituẽdi actorem. † Vna, qđ constituatur à tutore, seu curatore, iudice authorizante, ita loquitur hic, & ff. de tut. l. solent. & l. neq;. ĩ. de procu. Alia forma est, quod † constituatur à iudice curatore postulante; & ita loquit Instit. de cura. in fi. cum li. Effectum aũt istarum formarũ, & materiã de isto actore, dic plenè in l. actor. ff. rem ra. ha. & hẽmus rubricã spãlẽ ĩ. de tut. & cur. ad lit. dã. l. 1. qđ no. in gl. nr̃a. Has formas tetigi. s. de ꝓcu. l. neq;. † Quæro vtrũ actor [b] possit cãm applõnis prosequi si volit;

ADDITIONES.

a Ale. Si actor. Et adde cautelam quã dat. Ant. de But. in c. dilecti. el 2. de rescr. ubi dicit, quod si lapsus est terminus decem dierum à die latæ interlocutoriæ, quod tu debes petere eam reuocare, si iudex non reuocat, appellare ab hoc grauamine, quæ cautela uidetur esse contra mentem Bar. in l. 1. C. sen. rescin. non pos.

b Alc. Actor. Et de actore adde tex. no. in l. item eorum. §. si ita. ff. quod cuiusq; vniuer. no. Adde an actor possit ad unam litem dari ab uniuersitate & à tutore, uel curatore, plenè Io. And. in ti. de actore. §. illicito. uer. actor ergo. An autem pro munere admittatur coniuncta persona ad agendum, uide Io. post Spec. in tit. de coniuncta persona. §. 3. uer. item is pro quo agit,

lit. Gl. dicit quod potest, non ut actor, sed ut quilibet extraneus, & uide glo. ult. Ista gl. dicit ueritatem, sed ad eius intellectum aduerte: aut hic minor sustinebat partes rei, & procedit sine dubio, quia quilibet est idoneus defensor sine mandato cum satisdatione, ut ff. de proc. l. minor. Sed si sustinebat iste minor partes actoris, oportet quod intelligamus quod iste actor erat coniuncta persona quae poterat admitti sine mandato, alias non procederet. Et secundum hoc habes hic solutionem illius quaestionis, de qua dubitari consueuit, an pro minore admittatur coniuncta persona ad agendum. uidetur enim quod non, cum ipse minor non sit legitima persona, ergo nec ille qui agit nomine eius, cum non sit legitimus administrator. Gl. tamen uidetur tenere contra hoc, in l. tutor qui post, circa princ. de admi. tut. & ibi glossella. Ia. de Aret. & Cy. tangunt in l. exigendis. s. de procura. & ibi dicam.

LEX XI.

1 *Manifesta quae sunt, non indigent probatione.*
2 *Differentia inter manifestum, & notorium.*

1 a **Ciues.** † Quae manifesta sunt, probatione non indigent. [a] h. d. Opponitur de l. nominationes. j. eo. Sol. Ibi non tenuit electio. Opp. de l. ueteranus. j. qui pro. non est necess. Sol. Ibi speciale. Opp. de l. ea quidem. j. de accu. aduertatis. Dicit gl. quod est differentia inter manifestum, & notorium. † Nam ea, quae sunt notoria, probatione non indigent, ut l. contra. Et quae sunt manifesta, indigent probatione, ut hic. & vide gl. quam tene menti. & no. Ad praedicta facit quod not. in l. si uero pro b condemnato. §. q. pro rei. ff. qui satisd. cog. Tamen ego [b] pro declaratione quaero, quae differentia sit inter notorium, & manifestum. De hoc in Spe. de noto. crimi. §. 1. uer. iam de manifesto. Alij Canonistae ponunt extra, de cohab. cler. & mul. c. uestra. Do. Cy. aliquid tangit in d. l. ea quidem. de acc. c d. Ia. But. dicebat breuiter [c] & hoc sufficit uobis, quod differentia inter notorium & manifestum, colligitur ex his, quae dicuntur in auth. qui semel, C. quo & quan. iud. Nam ea, quae nunquam habuerunt actum permanentem, non possunt transire in notorium, ut puta, uox praeconis. Ea uero, quae habuerunt actum permanentem, ut edicta in albo proposita, transeunt in notorium: & quod in platea sit forus, & similia. Sed quod sit praeconizatum, non transit in notorium. In modo autem probandi differunt haec. nam in notorio non est necesse, quod probetur notorium esse. In manifesto debeo probare ipsum factum, quod dico manifestum, ut hic.

ADDITIONES.

a Alex. Indigent. Notoria probatione non indigent, debent tamen allegari, ut not. gl. in Cle. appellanti. de app. & dixi post Bar. in l. 1. j. ut quae desunt aduo. & uoluit no. Bar. in l. 1. ff. de excep. & Imo. & Ant. in c. 2. ut lit. non cont. & quid sit manifestum, & notorium. adde Bar. in l. haeredes palam. in prin. ff. de test. & d. § qui pro rei. & uide auth. qui semel, C. quo, & quan. iud. Adde tamen, si exceptio est notoria iudici, nunquam est necesse, ut opponatur, sed aequitate suadente iudex potest absoluere ex suo officio. l. fi. ff. de iu. no. glo. in l. ubi pactum. sup. de transa. & sup. de iud. l. properandum. § fin. aut. Si tamen iudex non uult, non arctatur. Alias si non esset notorium ut iudici, debet opponi, ut l. 2. in prin. si quis cautio. ubi est tex. Facit l. 2. sup. ut quae desunt aduoc. secundum Ang. in d. l. j. ff. de exce. dicit Bal. in l. j. quo, & qui iudex. quod notorium non requirit oppositionem, sed allegationem. Potest tamen in notoriis ipse iudex supplere, ut no. Bald. in l. ea quidem. de accu. & in l. 1. in fi. s. qui & aduer. quos. Adde tamen quod in notoriis requirit citatio partis, 2. q. 1. De omnip. ut habes post Bar. in l. 2. § nunciatio. in apost. quae incipit, quae glos. uult. & c. de oper. no. nun. & post Bald. in l. emptorem. ff. de act. empt. Adde ut per Old. cons. 18.
b Bar. b. Tamen ego. Vide d. Ant. in contra. in c. in nostra. de coha. cle. & mulie.
c Alex. Breuiter. Adde l. ab executione. §. nunciatores. ff. ad Turp. & ibi habes post eum. & Bar. in l. de minore, §. tormenta. ff. de quaestionib.

LEX XII.

1 *Fideiussor in ciuilibus si non detur per reum, non debet in carcere detineri.*

2 3 **Minime.** [a] Condemnatus sine ciuili, non debet in carcere detineri, secus in criminali, si fideiussores non habeat. h. d. Pro euidentia debes scire, quod in causis ciuilibus seu pecuniariis, condemnatus non potest detineri in carceribus pro debito, j. qui bo. ced. po. l. 1. No. tex. facit etiam istud principium contra Rectores terrarum, qui faciunt appellantibus iniuriam ex eo, quia appellant. Videbitis in l. & in maioribus. j. eo. & quod ibi not. nota hanc legem.

ADDITIO.

a Paris. Minime. Vide ad Bar. in l. eos. §. super his. sup. eo. tit.

LEX XIII.

1 *Appellatione pendente nihil est innouandum, etiam ex Principis rescripto.*
2 *Postquam causa est commissa consilio sapientis, iudex non debet admittere nouas probationes.*

1 **Ex illo tempore.** † Lite pendente per appellationem vel consultationem, non debet aliquid innouari, etiam ex rescripto Principis. h. d. Habes hic nouum casum. Secundum lec. gl. ista lex posset intelligi etiam alio modo, & magis notabiliter, & breuiter dicit secundum istam. Lite pendente per appellationem, uel consultationem, non debet iudex admittere instrumenta, uel alia quae coram eo producentur, sed iudici appellationis, uel consultori acta prima re 2 mittet. Et secundum hoc habes notare, quod † postquam causa est com- a missa consilio sapientis, [a] iudex non debet admittere nouas probationes, quod tenebis menti perpetuo. Sed quaero, quid si admiserit, & processerit, ualebit ne? Vidistis s. ti. 1. dic ut ibi.

ADDITIO.

a Alex. Consilio sapientis. Quando causa est commissa cons. sapientis, iudex non admittit nouas probationes, uide per Mod. & post Bar. in l. ad principem. ff. eo. & Bart. in l. in offerendis j. eo. idem in grauamine, secundum Bar. in l. per hanc. in prin. infr. ti. 1. Paris. Sapientis. Vide Bar. in l. 2. §. quaesitum. s. de appel.

LEX XIIII.

1 *Sententia lata, statim potest uiua uoce appellari.*
2 *Res iudicata dicitur intra decem dies, intra quos potest appellari in his, in quibus fit executio ipso iure, sine facto hominis, & nu. 4. & 6.*
3 *Donec iudex sedeat pro tribunali, potest appellari uiua uoce.*
5 *Differentia inter sententiam, & rem iudicatam.*

1 2 **Litigatorib.** † Statim lata sententia potest uiua uoce [a] appellari. h. d. No. istum tex. & sic innuit, quod 2 † res iudicata dicitur intra x. dies, intra quos potest appellari. h. d. Opp. 3 dicitur hic illico. Contra, imo uidetur quod † possit appellari uiua uoce, donec iudex sedet pro tribunali, licet ad actus extraneos diuertit, ut ff. de in integ. rest. l. diuus. Sol. secundum opi. Hug. quae communiter tenetur, illa l. suppletur per contrarium, ut hic, dicitur, quod illico. i. iudice sedente pro 4 tribunali, & hoc tenet gl. in l. 2. ff. eo. Quaero, † an dicatur res iudicata intra illos x. dies, qui dantur ad appellandum. Hic uidetur tex. quod sic. Idem uidetur uelle glo. ff. de re iud. l. 1. Canonistae uidentur dicere contrarium extra, de re iud. c. quod ad consultationem. dicunt enim sententiam transire in rem iudicatam, quando appellari non potest. Pro hoc uidetur tex. in l. si fundus. §. si plures. ff. de pig. Ego dixi vo- 5 bis s. de re iud. super rub. † quod differentia est inter sententiam, & rem iudicatam: nam sententia dicitur ille actus sententiandi, res iudicata dicitur effectus sententiae, ut in toto ti. de re iud. Si ergo quaeratur, an sententia habeat effectum intra decem dies, qui dantur ad appellandum. 6 Resp. † Quaedam est executio, quae fit a iure sine facto hominis, ut quod condemnatus furti sit infamis, & similia, & tunc habet effectum incontinenti, ut l. furti. in prin. ff. de his, qui no. infa. ff. de poe. l. quod ad statum. & l. qui ult. & ff. de inoff. testa. l. si quis filio exhaeredato. §. irritum. Quaedam sunt, quae requirunt executionem hominis, & quo ad illa non dicitur res iudicata, quia interim executioni mandari non potest, ut ff. nil no. appel. penden. l. 1. & ibi nota.

ADDITIO.

a Alex. Viua uoce. Vide Bar. in l. inuitus. sup. de procu. Sed quid si quis appellauit uiua uoce, post appellauit in scriptis, quae appellatio teneatur? uide Bar. in l. cum procu. §. si dominus. ff. de ope. no. nun. qui tenet quod prima teneat. De quo uide ibi per eum, & quae dixi. Secunda fuit Ang. ibi contra, quod secunda teneat, & non prima, dummodo utraque fuerit facta intra tempus appellandi. Mouetur, quia re integra licitum fuerit recedere a prima, & per secundam intelligitur recessum a prima, alle. l. si quis libellos. sup. eo. haec dicitur uera, quando una sola sententia emanauit, sed iudex primo tulit interlocutoriam a qua ego appello, & sic per eam sum exemptus a iurisdictione sua, sed demum fert sententiam diffinitiuam, non propterea intelligo renunciasse appellationi ab interlocutoria. alle. not. per Io. And. post Inn. in c. dilecto. ad fin. De hac, & & pro hac opi. Ang. & posset allegari secundum Imo[illegible], quod no. Bar. in d. §. si dominus. in uer. sed an personam appellantem. Et adde quod hanc opi. tenet do. Ant. in c. dilecto de app. Alia fuit opi. Abb. antiqui, cum quo transit Ioan. And. in c. a. bonae. de app. sequuntur do. de Ro. in suis antiquis decisionib. decisi. 463. quod utraque appellatio teneat, & esset in potestate partis quam prosequi uellet. Et haec opi. secundum Inn. in foro Canonico forte seruaretur in practica propter opi. Doc. cano. & decisio Rot. in foro autem ciuili non libenter discedunt assessores a Bar. secundum de iure et forte uerior est opi. Bar. per rationem suam, & uide not. in c. bonae. 2. 1. q. a. c. Lotharius, & per do. Io. in d. §. si dominus, & ibi scripsi post Bar. & uide gl. in Cle. si ante. de app. & haec vera quandoque appellationes interponuntur ex interuallo, secus si eodem tempore, quia tunc appellatio non esset nisi una. per not. per gl. & ibi dixi, in l. si conuenerit ff. de pign. act. Et ita uidetur transire Imo. Adde tamen quod cum opi. Io. And. & sequacium uidetur transire Bal. in c. 1. quo temp. mil. & in l. appellationes. infra. eo. Et uide omnino. Lud. in d. §. si dominus. & in d. l. si quis libellos. & uide quae dixi post Bar. in d. §. si dominus. maxime ad fin. adde Pau. de Ca. consi. 15. qui tenet opi. Bar. in d. l. cum procurator. & uide Bald. consi. 108.

LEX XV.

Ne causas. Breuiter dicit. Quae retractationi non subiacent, diligenter sunt agenda: & iudex qui consultori omnia acta non miserit, infamatur. h. d.

LEX XVI.

Eos etiam. Breuiter hoc dicit. A legato Principis potest appellari.

LEX XVII.

Si apud. Breuiter hoc dicit. A Praetore appellatur ad Praefectum.

LEX XVIII.

1 *Appellatione deserta propter neglectam petitionem apostolorum, aut eos non praesentatos, siue propter omissam persecutionem, mandatur sententia executioni.*
2 *Qui non petit, apostolos tempore debito, uel eos non praesentat iudici ad quem, uidetur appellationem deserere.*
Item si non ueniat ad prosequendam appellationem.
3 *Quae dicantur refutatoriae preces.*

2 1 **Quoniam.** [a] Breuiter hoc dicit. † Si appellatio est deserta propter apostolos non petitos, uel non praestitos vel propter prosecutionem omissam, sententia executioni manda 2 tur. h. d. No. quod † qui non petit apostolos debito tempore, vel eos non praesentat iudici ad quem, uidetur appellationem deserere: idem si non uenit ad prosequendam appellationem tempore debito, &c. Vidistis s. eod. l. praeses. Dicitur hic, refutatoriae preces, &c. Quaero 3 † quae dicuntur refutatoriae preces. Quidam dicunt, quod intelligitur de ipsis apostolis. Alij dicunt, quod intelligitur de libello, qui datur super prosecutione appellationis. Alij intelligunt de ipsa appellatione. Tene quam uis, quia non curo.

ADDITIO.

a Alex. Quoniam. Ad intellectum huius l. vide Bar. in l. 1. ff. de lib. dimit. & Bar. in l. eos. §. super. eod. tit.

L E X XIX.

1 *Appellatur à quolibet iudice, excepto praefecto praetorio.*
2 *Licet episcopus esset priuilegiatus, ut à sententia sua non appelletur, tamen potest appellari à sententia sui vicarij.*
3 *Idem in Potestate, & Capitaneo, si ex forma statuti ab eius sententia non possit appellari.*
4 *Poena frustratoriè appellantis.*

A Proconsulib. † A quolibet iudice excepto Praefecto praetorio, pōt appellari: & si appellatio nō recipitur, appellans pōt psequi,[a] ac si recepta fuisset, si succubuit puniatur, si obtinuerit, iudex mulctabitur[b] h.d. ista no. lex. No. q † licèt Episcopus[c] esset priuilegiatus, q a sua sñia nō appellet, tñ potest appellari à sñia sui vicarij.[d] Et vide text. ibi, & his qui vice Praefectorum, &c. Et vide gl. † Idem dico, i Ptāte & Capitaneo, si diceretur in statuto q à sñia eius non possit appellari, tñ à sñia eius vicarij poterit appellari, Op. ff. à qui app. non licèt l. 1. Sol. Licèt regula sit, q à quolibet iudice possit appellari, tñ fallit in casib. qui ponuntur in hac gl. quam uide, & no. Opp. & vr̄ q ille qui frustratoriè appellauit, puniatur alia poena, vt ī. e. l. eos. §. ne temere. So. Qñq; † quis appellauit frustratoriè, & appellatio non recipitur, & tunc habet locum poena huius l. Qñq; quis frustratoriè appellat, & appellatio recipitur, & habet locum l. eos. §. ne temere. Quandoque quis appellat ab exec. sententiae, & tunc habet locum poena, quae ponitur in l. ab executione. infra quo ap. non reci.

ADDITIONES.

a Alex. Potest prosequi. Not. appellationem esse deferendam, limita in casibus not. per glo. in Auth. de iud. in §. nostros. & intellige, vt per Inno. in cap. pastoralis. de offi. deleg. & vide ī. quo. app. l. 1. vide omnino in l. sciendum. de app. rec.

b Menoch. Mulctabitur. Soc. se. cons. 191. col. 2. lib. 4. & cons. 39. num. 13. lib. 4. Petri. cons. 118. nu. 17. lib. 1. Bertach. in tracta. de episcop. lib. 4. par. 7. num. 13. Rip. in cap. 2. nu. 12. de rescrip. Gramma. Decis. 35. nu. 3. Francis. in cap. dilecti. al. 3. col. 7. versi. sexto quaero, de appell.

c Paris. Licèt eps. Adde simile quod licèt in actis auctoritas epi non sufficeret, authoritas uicarij illo absente sufficeret. Angel. in l. adoptio non iure facta. ff. de adop. sic & licèt episcopus extra Dioecesim possit instituere Potestatem c. pastoralis, non istud possit uicarius. Bald. in l. 3. ff. de offi. Procons.

d Alex. Sui uicarij. Si uerò non possit appellari a sñia Ptātis, pōt tñ appellari a sententia sui vicarij. Adde quod not. Bar. in l. 1. ff. qui, & à quibus, & ibi dixi.

L E X XX.

Et in maiorib. A sententia lata in qualibet summa, & in quacunq; cā, potest appellari. h.d.

L E X XXI.

1 *Iudex si appellationem non admittit, punitur in syndicatu.*
2 *Appellatio quando interponitur à diffinitiua, iudex debet ei deferre.*
3 *Officiales q debeāt resistere Rectori, quādo malefacit sic & subditus praelato.*

Quoniam. † Si iudex applonem à diffinitiua non recipit, ipse punitur[a] tpe sui syndicatus, & eius officialis h.d. No. q † qñ appellatio interponitur à diffinitiua,[b] iudex debet ei deferre, & iam practicaui. No. q † officiales[c] debent resistere Rectori, quādo malè facit, sicut & subditus praelato. Gl. signat quādam ar. ꝯtraria. & vide eam ibi l. si quis id quod. §. doli. ff. de iur. om. iu. Sol. nō punitur illo edicto quia reqrit dolū, sed alias mulctabitur, arg. vi bo. rap. l. 2. §. hac actione, de poenis. l. absentem. in fi. Sed haec ꝯ[illegible] non reqrit dolum. Sed ꝯ in auth. de sanc. episc. §. 1. Sol. benè dēt eligi doctus, ita qd nō debeat doceri, vt ibi, sed si eligitur indoctus, vel aliàs male doctus, potest sibi resisti, ut hic. Sequitur in glo. vt in l. quanquam. Sol. no. per gl. in l. nō videtur. §. qui iussu. de reg. iu. & per Dy. in c. quod quis. extra, de reg. iu. lib. 6.

ADDITIONES.

a Alex. Ipse punitur. No. quod tantum punitur principalis Rector, quantum omnes alij, quos secum habet, & hoc verum nisi officiales resistant Praetori. De hoc per Bal. in l. pen. supra de procur. & per ea quae habentur in ca. 1. de his quae fiūt à ma. par. Cap. & vide Bar. latè in tract. repraesa. in 6 q. & quae dixi in l. 1. ī quor. appel. no. reci. in fi. & Bar. in auth. sed omnino. supra, ne vxor pro marito.

b Paris. A diffinitiua. Adde quod idem est si ab interlocutoria. vide Rom cons. 301. circa prin.

c Paris. Officiales. Vide Alex. in cons. 2. in 3. vol. Ias. in l. 2. ad fi. ff. de offi. assess. vbi dicit opus esse, vt assessores protestentur quod ipsi non consentiant, nec satis esse in actis non apparere, quod ipsi consenserint.

L E X XXIIII.

Iudicib. Iudices debent appellationem recipere, & apostolos tradere, alias mulctabuntur.[a] h.d.

ADDITIO.

a Ale. Mulctabuntur. Et dicit Io. And. in cap. 1. de app. in 6 in nou. quod ista mulcta fuerit arbitraria, cum non sit determinata à iure, & vide sup. eo. l. quoniam iudices: & hoc in l. à proconsulib. sup. eo. & per Arch. 2. q. 6. Decium sup glo. fi. tex. & ibi Bar. in l. Iuba. ff. ad l. Iul. de ui publi.

L E X XXV.

1 *Appellari pōt ab iniquitate iudicis, ex eo quod nimis magnā mulctā imposuit.*

Et in mulctis. Opp. de l. si qua poena. ff. de ver. sig. Sol. † Aut qs vult appellare ab iniquitate iudicis, quia nimis magnam mulctam imposuit, & potest, vt l. iusta. Aut ab iniquitate sententiae, & non potest, vt l. contraria.

L E X XXVI.

Cum post. Breuitas cāe, & itineris longinquitas, facit ut iudex appellationis cām in pria litigatiū[b] delegare cogat. h.d. No. hāc legē, qa notabilis valdè, nec minus vtilis.

ADDITIONES.

a Paris. Cum post. Vide etiam Bart. dicentem, quod licèt istud dicatur esse notum dictum Pet. de Anch. tamen est etiam dictum aliorum.

b Alex. In patria litigantium. Et per hanc l. dicit Pet de Anch. in c. nonnulli, de rescr. quod licet ordinarius possit reddere ius in qualibet parte suae Dioecesis, c. cum episcopus, de offic. ord. lib 6. tamen si de causa nimis parua vellet cognoscere in loco nimis remoto a litigatoribus, possunt petere partes, vt causa committatur in loco magis propinquo eis, ad hoc, vt laboribus, & expensis parcatur. Et per hanc not. [illegible] & 3. q. 6. ad haec, & per d. c. nonnulli. Et illud dicit esse nouum dictum, & aequum, & idem ipse voluit in c. canonum statuta, & in c. finem litib. de do. & cōtu. & Bar. in l. Mediterraneae, inf. de anno. & tri. lib. 10. & in l. 2. de iu. iud. & audiui, quod Pet. de Anch. indistincte dicit iudicem debere committere causam, siue sit magna, siue parua, & fuit originale dictum Ino. in c. sanè, de fo. compe. & ibi reprehenditur. Adde etiam Pet. de Anch in c. cum te consulente, de offic. deleg. & in c. 1. de offi. iudi. & in c. cum causam, de testi.

L E X XXVII.

Nominationes. Breuiter. h.d. Ab electione inualida non est necesse appellare. h.d.

L E X XXVIII.

1 *Appellans non potest poenitere inquantum illa appellatio facit pro aduersario.*
2 *Appellatio interposita facit pro appellato in eo, quod potest ea uti, vt rescindatur sententia, si in aliquo eum laesit.*
3 *Et pro appellato etiam facit, q eo inuito appellans ab interlocutoria non possit reuerti ad iudicem primum.*

Si quis libellos. Qui appellat, potest poenitere. h.d. Duobus mod. intelligit gl. hanc legem. Primo, qñ vult poenitere se totaliter appellasse. Secundo, qñ vult poenitere[a] se a tali iudice appellasse, & vult ad aliū reuerti, quaelibet lect. est bona. Ad hanc lec. opp. extra, eo. c. 1. lib. 6. Sol. Appellans potest poenitere inquantum appellatio facit pro se, ita loquitur hic. † Sed inquantum ista appellatio facit pro aduersario, ista poenitentia non admittitur. Hic est casus in ꝯrio, & ī. qñ prouo. non est neces. l. fi. † Appellatio autem facit pro aduersa parte in duob.[b] primo, q ille ꝯ quem appellatio est interposita, potest ea appellatione vti, vt rescindatur sñia, si in aliquo eum laesit, vt ī. eod. l. ampliorē, in prin. & d. l. fi. ī. quando prouo. non est neces. Item prodest in alio, quando appellatur ab interlocutoria, requiritur quod totū ad iudicem deuoluatur, ad quem est appellatum, & † sic renunciando appellationi appellans non posset reuerti ad iudicem primū inuito aduersario, vt d. c. 1. extra, eo. ti. li. 6. Vltimo Gul. de Cun. inducit ad quaest. si emphyteuta vendit rem inscio domino, & eam reemit, vtrum incidat in l. fi. ī. de iure emphyt. Videte quendam tex. in l. sequitur. §. idem Labeo, de vsucap. & dic vt ibi dixi.

ADDITIONES.

a Ale. Poenitere. Vide Bar. in l. inuitus, de procu. sup. in versi. ad hanc lect. ibi, sed inquantum ista appellatio. Sic ergo, quando appellantis interest, non admittitur renunciatio appellationis. Idem in alio casu, quando appellationem non detulit, si consensit appellare. Ita vr̄ limitare hanc l. Inn. in c. ex parte. extra, de rescr. & ibi vide modum, per quem quis uidetur renunciare appellationi, & ibi no. glo. a & dixi in l. si separatim, ff. eo. quod dixi. & quando etiam possit renunciari appellationi, vide in l. fi. §. sin autem, ī. ti. 1. & in auth. ei qui, eo. ti. & not. Bal. in l. edita. in ver. opp. sexto, sup. de eden. & no. quod potest renunciari iudicio appellationis, extra autem non, nisi per pactum, fm Bal. no. in l. 1. sup. de pa. & ista adde Bal. in l. postquam, sup. de pac. qui alle. istud dictum Inn. in c. ex parte, et ī. de rescr. & ibi etiam vide Bal. an quis possit renunciare protestationi suae inuito aduersario, & ibi de multis similib. & no. quod appellationi in causa criminali quis non potest renunciare, l. non tantum, & ibi Doc. ff. eo. No. Bal. in l. fi. ff. de neg. gest. sed Bar. uidetur tenere contrarium in l. qui vltimo, in fi. ff. de poenis, & quod in ciuili non possit renunciare inuito appellato, cui ex appellatione ius est quaesitum, tenet Pe. de Anch. in Clem. 1. de cau. poss. & propr. & Bar. vide Bal. in l. per hanc, in fi. insti tu. 1. & Ang. in l. 2. ff. a quib. app. non li. An autem possit renunciare appellationi in praeiudicium aliorū, qui iuri possunt adhaerere, vide Bar. in l. 1. ad Trebel. si vero ex plurib. & de materia per D. Ant. in c. interposita, §. ille denique, de appel. & circa vlt. versi. hic adde tex. in l. 1. §. si rem, & ibi Bar. ff. de pe. & quod ibi Bal. in l. insulam, in 6. q. de verbo. obl. Adde an recusans iudicem, post appellationem uideatur renunciare appellationi. Old. consi. 303.

b Paris. In duobus. Vide Pan. in c. ex parte, extra, de rescrip.

L E X XXIX.

1 *Causae capitales debent diligentius examinari, quàm aliae.*

Ad dictos. Damnatos ad mortē nemo potest vi eximere, sed permittitur appellare ad iudicem competentem. h.d. Istam l. habes de verbo ad verbum in l. addictos. ī. de epi. aud. & per hanc l. & per l. non tm̄, ff. eo. tenēt quidam, quod potest mādari executioni inter x. dies sñia capitalis, quod apparet, qa isti ad iustitiam ducebantur intra tempora appellandi. Gl. tenet ꝯrium in l. qui vlt. ff. de poe. Item in ciuilib. hoc tenet expressè in l. 1. in prin. nil no. app. pen. Sed in ciuilib. non potest mādari executioni intra x. dies, multo magis in criminalibus, vbi causae diligentius sunt examinandae, vt hic, & hoc tenet Spe. in ti. de exec. sen. Nō ob. istae leges, quia vel est dicendum, quod iudex faciebat male, faciendo executionem ita repente. Vel est dicendum, quod hic renunciauerat appellationi, quae renunciatio non nocet quo ad extraneos, vt d. l. non tantum. De quo dic, vt dixi in d. l. qui vltimo, ff. de poe. Item no. quod † causae capitales dēnt diligentius examinari q̄ aliae.

L E X XXX.

1 *Appellari potest ab iniqua sententia.*
Item propter iniuriam facti.

Si quis. Br̄. h.d. fm lec. quam intēdo tenere † Ab iniqua sñia pōt appellari. Item pp iniuriā facti pt appellari, & in totū iudicis iurisdō recusari. h.d. fm lec. Pla. q̄ est magis notabilis. Inquātū haec lex dicit, quod ab iniuriosa sñia pōt appellari, nō hēt dubitationē. Inquātum dicit, qd ab iniuria facti pōt appellari. Opp.

iniuria

iniuria illata, vel tortura habita, nō pōt appellatione tolli vt l.verū. ff.de re iud.& l.in bello. §. factæ. de ca.& postli.reuer. Frustra ergo interponitur appellatio, quę interposita non releuat. Huius timore dicebat Ioan.lec.Pla.nō esse verā, & tō legebat istam l. alio mō, vt primo dicat, quod licitum est appellari à sñia, & subdit quod appellabatur ab iniuria sibi illata, & facta in executione, vt j̄. quo.app. non reci.l.ab executione. Certè opi.Io.est vera in se, tñ non ꝯgruit benè literæ, iō Pla. defendit opi. suam sic. Fateor quod verbera & contumeliæ non pñt tolli per appellationem, nec imponitur appellatio, vt verbera tollātur, sed p istam iniuriā tota iurisdō deuoluit̄ ad iudicem apptonis. Et ista eius lectura est vera, pbaē p l. j. s̄. si qua præd.po. Et istam tenet Gul. de Cu.in l.arbitro.ff.qui satis.cog. Tene ergo menti hanc lectu.& uide gl. tuam notabilem.

LEX XXXI.

1 *Si iudex denegat dare copiam actorum, potest lite pendente adiri superior.*
2 *Si quis petit rescindi sententiam, vel instrumentum, & aduersarius non vult exhibere, iudex debet pronunciare quod si aliquo tempore postea appareat sententia, vel instrumentum, q non possit eo uti.*

Si appellationem. Si appellatio non recipit̄, vel apostoli non dantur ad interponēdā querimoniam, de hoc fm diuersitatem iudicum, diuersa tempora statuuntur. h.d. Opp. j̄. ti. 1. auth. ei qui app. Sol. hic nō loquimur de tempore exercendæ app. sed de tempore exponēdæ querimoniæ, quia apostoli non dantur, & exempla nō exhibentur, & sic accusare iudicem vt puniatur, fm ea, quæ ponūtur in l. quoniam iudices. & l. iudicib. j̄. co. potest fieri demum intra tempora limitata. Quęro, dr̄ hic, ad conueniendum aduersarium. quis est aduersarius? Di
1 cit glo.† q iudex qui denegat dare copiam actorum, quo casu lite pendente potest adiri superior, vt s̄. vt lit.pend.l.2. Inn. de fid. inst. c.
2 G. perpetuus ponit istam practicam. † Si aliquis petit rescindi sententiam, vel aliquod instrumentum, quod aduersarius habeat, & aduersarius non uult exhibere sibi statuto termino à iudice, quod iudex potest pronunciare, q si quo tempore illud instrumentum, vel alia appareat sententia, non possit illo uti, & uide ibi Inn. & de hoc vide supra de eden.l.is apud quem.

LEX XXXII.

1 *Appellatur ad delegantem, à delegati sententia.*
2 *Sententia vicarii lata, appellatur ad eum ad quem appellaretur, si ipse principalis ordinarius iudicasset.*

1 Præcipimus. Hæc est lex satis fastidiosa, quia non est in vsu. Br̄. h.d.† Si app. ad Principem à sententia spectabilium; cognoscit prefectus, & quæstor: & si à sñia clarissimorum, pfectus tm̄; & à delegato appellat̄ ad delegātem. Et si princeps delegauerit non illustri, & à tali delegato appelletur cognoscit præfectus, & q̄stor. Si verò ab illustri sententia appellet̄, per consultationem Principis determinabitur in quo sñiæ tp̄s inspicit̄. Et idem si illustris non illustri adiungat̄. h.d. Diuiditur in partes, & per partes legā. Primo loqtur qñ appellatur à sñia spectabilium, vsque ibi, q si à Duce, q̄ primo legā. Ex hoc hēs notare primo, q dixi ī sū-
2 mario. Secundo no. † quod licet à sñia delegati appellet̄ ad delegā-
a tē, vt j̄. uidebitis, tñ a sñia Vicarij ᵃ nō appellat̄ ad eum cuius est vicarius, sed ad eum, ad quem appellaret̄ si ipse prīcipalis ordinarius iudicasset, hic est tex. hic, & gl. ponit, put dicit, vicariis eorū, & hoc mō posset intelligi illa lex difficilis. ff. qs & à quo ap. l. j. §. 1. Decretistæ habent hodie casum extra, de app. c. Ro. li. 6. & de consu. c. non putamus. li. 6. quod tene menti perpetuò, quia est notandum.

ADDITIO.

a Ale. Vicarii. A sententia Vicarii non appellatur ad Vicarium ipsum constituente m. facit e cum sit Ro. de appel. & in l. à proconsulib. & ibi Bal. supra eo. Adde Cyn. & quod ibi Bal. in l. fi. & in auth si qs. de epis. aud. Et adde, q si alicui singulariter cōpetit ex consuetudine iurisdictio in uno loco, ille dicitur iudex magis principalis, quam superior secundum Bal. ita referentem Arch. in c. 1. §. ad hæc. de pac. iur. fir. an uersi. quęro, quomodo iurisdictio sit in territorio, & infra eo. ubi omnino uide & no. multum Ioan. Mo. in c. si episcopus de off. ord. & uide omnino quod dixi in l. iudicium si ilustur. ff. de iud.

1 *Auditores Principis, & summi Pontificis dicuntur habere iurisdictionem ordinariam.*
2 *Idem de assessore Potestatis & Capitanei, secundum statuta terrarum, licèt de iure communi aliud esset.*

a §. Quod si à Duce. Hic loquit̄ qñ appellat̄ à sententia ᵃ Clarissimorū iudicū, quales sunt præsides puinciarum, & Duces. No. quod hic dicit de
1 iure ordinario. Ex quo no. quod† isti auditores ᵇ Principis & sum-
b mi Pontificis, ᶜ dñr habere iurisdictionem ordinariam. † Idem de
c assessore Ptātis, & Capitanei, fm statuta terrarum, licèt de iure cō-
a muni in assessorib. aliud esset, vt habes in tit. de asses. C. & ff.

ADDITIONES.

a Menoch A sententia. Vant. tract. nullitatum in tit. coram quo null. prop. poss. nu. 16.
b Alex. Auditores. Assessores, & auditores debent habere iurisdictionem ordinariam, quod no. Adde Bar. in l. 1. in fi. ff. de off. asses. & uide Bal. hic, quid autem in mea generre. uide tex. no. & ibi Bar. in l. 2. supra de off. eius qui uic. alter. Et dic, quod vicarius potest suam sententiam exequi dum habeat ordinariam, ut no de offi. uic. c. licèt. in 6. & Doc. in c. si quis de foro compe. & est ordinarius secundum gl. no. in cap. Ro. in verbo generaliter. extra eo. in 6. facit ad no. per Canonistas in c. pen. de offi. uica. & dicit Bal in auth. sed omnino. ne uxor pro marit. quod Vicarius potest omnes causas meri imperii expedire, excepta causæ sanguinis.
c Paris. Summi Pontificis. Vide Fel. in rub. de offi. dele. Bal. in l. fi. sup. ubi Sena. vel Cla.

1 *Productio iurium potest fieri coram notarijs, qui scribunt in causa.*
2 *Ipsi autem notarij debent dare copiam partibus.*

1 §. In his autem. Hic disponit q debeāt scribere in istis causis. † No. ex isto §. q productio iurium potest fieri coram notariis, qui scribunt in causa, ut dixi s̄. e.
a l.eos. & auth. quæ supplicatio. de prec. Imper. off. † No. quod ipsi notarii debent dare copiam partibus.

1 *Iudicibus duobus sententiantib. in vna causa, maior exequi debet.*
2 *Quis mandet executioni sententiam à qua appellatur.*

1 §. Officijs. † No. ex isto ver. duo notabilia, quod qñ de eadem cā cognoscunt duo iudices, quod māda-
a re debeat sentēnam executioni, qui eorū est maior. Secundo no. ᵃ
b quod iudex ad quem appellatur, sententiam mandat executioni, ᵇ non iudex primus. Hic est tex. hic. Cy. tangit hoc in l. eos. s̄. eo. Glo.
2 & Gul. tangunt in l. tale pactum. §. qui puocauit. ff. de pac. Br̄. † qñq; sententia prima confirmatur, quia appellatio est deserta propter cursum temporis, & tunc iudex primus mandat sententiam executioni, vt s̄. eo. l. ꝯ maiorem. & l. qm̄ nonnulli. & j̄. ti. j. l. fi. §. pe. Qñq; sñia confirmatur per sententiam iudicis, & tunc iudex appellationis exequit̄. Hic est casus hic, & in auth. si quis litigātium. s̄. de epis. aud. & de iud. l. fi. hoc tenēt omnes Doct. Qñq; sñia confirmat̄ per consensum partium, & iudex appellationis exequit̄, ut d. l. tale pactum. §. qui procurauit. fm Gul. de Cu. Gl. & Ia. Bu. dicebant se nō videre rōnem, quare iudex primus non debeat exequi sententiam qñ ꝯsensu partium ab appellatione recedit̄, sicut qñ per cursum fatalii applo confirmat̄, arg. s̄. c. l. si quis libellos. Non ob. §. qui puocauit, q intellr ibi qñ fuit appellatum à delegato ad delegantem, quo casu ēt si appellatū non esset delegatus sñiam executioni mādaret, ut de re iud. l. à diuo Pio. & ibi no. & hæc satis placet. Ad vnū tñ aduerte, q qñq; iudex appellationis licèt sit maior ī iurisdictione, tamen qñq; est minor in potētia, sicut vides hic in ciuitate ista. iudex iustitiæ est minor in Ciuitate, quā sit Potestas & Capitaneus, & tñ sñia mandabitur executioni per officiales primi iudicis ad requisitionem iudicis appellationis. ut s̄. de epis. aud. l. episcopale.

ADDITIONES.

a Barb. Secundo no. Vide Doc. in locis hic alle. Sed quid de causa criminali? Dicunt quidam in auth. si quis litigantium quod iudex à quo, quia reum debet retinere in eius custodia per l. eos § super his. de app. sed in contrarium est casus in l. addictos. in fi. supra eo qui probat expressè, quod iudex ad quem.
b Ale. Mandat executioni. Quis mandat sententiam executioni, an iudex principalis causæ, an appellationis, uide eum in l. à diuo Piu. de re iudi. adde Bar. in d. § qui prouocauit. & ibi plenè Bal. in repe. maximè per Can. in c. pastoralis. de off. dele. & Bal. in auth. si quis litigantium. in fi. & facit quod no. in d. l. à diuo Pio in § sententiam. & ibi Doc. & adde Bal. in l. 1. supra de vsu. rei iudi. & in l. contra. supra de vsu. rei iudi. & in l. contra supra eo. Quid in causa criminali, uide Bal. in l. addictos supra eo. ui de auth. si quis litigantium. Et da materia per gl. Inn. in c. pastoralis. de offi. dele §. preterea. per Bald late, in d. §. qui prouocauit. & ibi etiam quid in criminali. Et dñt do de Rot. in sua deci. 107. quod iudex datus in appellatione, elapsis fatalib. potest primam sententiam confirmare. Et dicunt hoc tenere Inno. in c. 1. de concad. preb. ut innuit. quod est no. si ast uerum, uide Bal. supra ea. l.

§. Hæc si. Hic loquitur quando à delegato appellatur.

§. Huic saluberrimè. Hic loquitur, quando Imperator causam delegauit non illustri.

1 *Si Doctori occasione salarii consilij debet dari aureus pro centenario, nō Doctori verò florenus Rhenensis, & si causa commissa sit nō Doctori, qui cōsuluit factus Doctor, an debeat habere aureum vel florenum. uide infra.*

§. Sanè si illustrium. Supra dictū est de spectabilib. & clarissimis, hic loquitur qñ à sñia illustrium appellat̄. No. hunc tex. valdè ibi, licèt ante &c. Fuit
1 disputata semel q̄dā qō Bononię. † Caueī statuto, ᵃ quod salarium
a consultorum, si sit Doctor, ᵇ qd hēat 12. denarios pro libra, si non
b sit Doctor, hēat octo denarios pro libra. Contingit qd cā fuit cōmissa nō Doctori, q consuluit factus Doctor. Quæro, quale salariū debeat hēre. Et vr̄ quod dēat inspici tp̄s consilii, ut hic. Br̄ aduerto ad me. Dic adiectiuum, quod regitur à verbo, signāt fm tp̄s uerbi, vt l. in delictis. §. si de trac. ff. de noxa. de resta. mil. l. Titius. In proposito dico diligēter inspicienda uerba statuti. Aut. n. dñr, si Doctor consuluerit, sit eius salarium tantum, tunc quia illud substantiuū Doctor regit̄ ab illo uerbo cōsuluerit, sufficit qd de tpe consilii sit Doctor, hic est casus hic. Si verò statutū dicit, si cā consulenda cōmittat̄ Doctori, sit eius salariū tm̄; tunc q dictio Doctori regitur ab illo verbo, committatur, tunc dēt esse Doctor tpe commissionis, quia significat fm tp̄s verbi, ut s̄. in legib. alleg. Si verò verba essent ambigua, tunc interpretatur pro eis in benigniorem partem, vt habeat tanquam Doctor, argu. huius l. & l. 3. §. Scio. ff. de minor.

ADDITIONES.

a Paris. Cauetur statuto. Vide Fel. in c. quoniam Abb. de off. deleg. Bal. in l. fi. supra ubi Sena. uel Clari.
b Alex. Doctor. Notabilis quæstio facti de causa commissa non Doctori, qui consuluit factus Doctor, & adde no. hic, quod tempus debeat inspici, uide Bal in l. generaliter. de episcop. & cle. de causa committenda Canonico, qui post commissionem renunciat Canonicatui, an possit procedere. Et uide quod not. Bal. hic, & Bal. in l. humanitatis supra de impub.

1 *Si ibi eſt obligatus clericus & laicus tali cauſa, qua debet coram iudice laico examinari, tunc occaſione clerici laicus coram epiſcopo conuenietur.*

§. Eodem obſeruando. Not. hunc §. ex quo no. q g coniunctus eſt maiori in indiuiduis, gaudet priuilegio maiorum. Facit ad hoc ff. quemadmodum ſeru. amit. l. ſi cões. Et pro hoc dico, a quod † ſi tibi eſſet obligatus clericus, & laicus b tali cã, q̃ debet corã iudice laico examinari, occaſione clerici laicus coram epõ conueniretur.

ADDITIONES.

a Alex. Hoc dico. Adde Bal. in l. Gallus. §. ille caſus. de liber. & poſth. contrarium tenuit Bar. in l. ſi ſolent, ff. de alim. leg. Sed iſtud hic eſt uerum, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ut hic, & in c. quod in dubiis. de conſe. eccl. uel alta. Quid ſi quando conueniatur collegium licitum in quo ſunt clerici & laici, uide Bar in l. fi. ff. de colleg. illic. Sed quid ſi duo ſunt clerici, unus clericus, alter laicus, & diſcordant, an epiſcopus, uel clericus eligit tertium. Dicit Guido. de Suza. quod alter ipſorum ſufficit. aliás de exce. tut. in l. Iuriſperitos. Ita dicit ipſe in l. prouidendum. ſupra de poſt. Ita dicit ipſe Card. ca. Ioannes de teſt. quod ſi clericus & laicus ſunt conſtituti executores teſtamenti. iudex eorum erit iudex eccleſiaſticus. Item uide Bar. in l. 1. §. ſi quis appellatione, ff. de appel. Et ad materiam quid operetur mixtura, uide tex. l. ſi impubes, §. ſi pupillus, & in l. de bonis circa princi. ff. ad Carb. Facit l. quæritur. eo. ti. facit tex. in c. per tuas, de arbi. Facit gloſſ. in l. quæ dotis. in ver. expenſas. ſol. mat. quã Imo. reputat ſing. ibi. facit caſus no & ibi gl in l. fi. C. de mun & hon. non continu li. 12. Facit quod dicit Bar. in l. ſi emancipatis. C. de coll. de duob. nepotib. quorũ unus, &c. Facit quod dixit Bal. in ca. quib. mod. feu amit. facit quod dixit idem Ang. in l. Imperat. ff. de ſta. ho. Facit quod dixit idem Ang. in l. ſi quis ex argentariis, ff. de edē. & l. ado. Rom. conſi. 250. ubi dixit quod teſti reprobato, & uili adhibebitur plena fides propter adiunctionem alterius boni, & fide digni. Facit quod dixit Lud. Rom. in l. arbitro. ff. qui ſatiſ. cog. Facit quod dixit Inn. in c. 1. de reſtr. & in c. fin. Et uide quod uoluit d. Abb. in q. ſua inci. Gandulph. & do. Mat. de Mathe in no. 237. do. Pe. de Anch. in rep. c. ea quæ de reg. iur. in 6. & in 1. parte q. prin. facit qđ ibidē dixit Pe. de Anch. ubi dicit de uniuerſitate ſcholarium. ubi ſunt permixti cleri. alleg. Bar. in l. 1. ſup. de colle. illic. & Bald. in auth. habita. C ne fil pro pat. facit quod dixit Bal. in l. præcipimus, in hoc tit. Facit quod dicit domin. Card. in d. ca. cum In. de teſta. Facit quod dixit Bart. in l. ſi is qui duos. de lib. leg. & Bald in l. 1. infra pro ſoc. & uide in rub. de ſucceſ. edi. per Mod. qui ponunt multos caſus, & facit quod dicit Bar. in l. cũ Senatus, ff. de reb. dub.

b Menoch. Clericus, & laicus. adde Ferrat. cau. 30. ſi contingat maius dignum trahit ad ſe minus, uide Ferrat. cau. 24. nu. 1.

Adde quod dictum teſtis uilis ſuppleatur per alium, Bal. conſi. 137. 3. lib.

1 *Quod non mutatur, quare ſtare prohibetur.*

2 *Ex identitate rationis nunquam inducitur correctio legis.*

§. Quicquid. Nota † quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt hic, & l. ſancimus. de teſta. Aduerte, quia hic dicit tex. quod non mutatur a ſpecialiter, & ſic requiritur quod ſpecialiter & ſpecificè mutetur, antequã dicatur, hoc eſſe correctum. Secundum † hoc videtur caſus expreſſus eius quod dixi in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. ecc. vbi dixi quod ex identitate rationis nunquam inducitur correctio l. ut dixi in l. ſi vero. §. de uiro. ſolu. matr. quod perpetuò tene menti.

ADDITIO.

a Menoch. Mutatur. Crau. conſi. 307. nu. 4.

LEX XXXIII.

Eo caſu. Hic dicitur, quando appellatur à ſententia lata ſuper ſtatu curialium, magiſter militum debet eſſe iudex. Et hoc ſit tibi pro ſummario.

LEX XXXIIII.

1 *Appellatio non datur ſuper conſultatione Principis.*

2 *Quando iudex committit cauſam conſulendam, eſt in arbitrio ſuo ponere in puncto opinionem ſuam, vel non.*

3 *Conſultor quando examinat acta cauſæ commiſſæ, non eſt neceſſaria præſentia partis aduerſæ.*

1 Iubemus. Qñ † princeps ſuper aliqua cã ↄſulit, ab eius ↄſiliariis partib. præſentib. uel abſentib. cauſa examinatur, nec ab eorum conſultationib. appellatur. h. d. No. duo ex hac l. Primo, † quod eſt in arbitrio iudicis quando cauſam conſulendam committit, ponere in puncto opi. ſuam, vel non. Secundo no. quod † qñ conſultor examinat acta cauſæ commiſſæ, non eſt neceſſaria præſentia partis aduerſæ. Siue ergo pars fuerit citata, ſiue non, nihil ad propoſitum, ſiue ſit præſens ſiue non.

LEX XXXV.

1 *Iudex vnus vſque ad quam ſummam poſſit cognoſcere.*

2 *Cum quæritur quanta ſit quantitas, inſpicitur tenor ſententiæ, non autem eius effectus, nec illud quod poteſt exigi.*

3 *Quando duo iudices ordinarij diſcordant, debent eligere tertium, & quid ſi proferant ſententias diſſonantes.*

4 *Quando cauſa examinatur in conſiſtorio Principis, dantur nouæ dilationes, niſi examinentur per modum conſultationis.*

a In offerendis. a Bĩ dicit, † In cauſis q̃ ſunt vſq; ad decem libras auri, ſolum unus iudex cognoſcit. b In cauſis q̃ ſunt vſq; ad 20. lib. principium non mutatur. In cauſis quæ ſunt vltra 20. lib. totum auditoriũ Principis expectatur, & ad appſonem introducẽdam eſt biennium conſtitutum, & nouæ probationes recipiuntur. h. d. Not. hic q̃ q̃ra ſit q̃titatis inſpiciř ſm tenorem ſententiæ, c a qua appellatur hoc facit, imò determinat ad ſtatuta huius ciuitatis & aliarum. Dicit ſtatutum, qđ qui hẽt inſtrm à decem lib. ſ. dẽat inſinuare. modo aliqs habet inſtrm centũ lib. non inſinuat, opponitur ſibi quod non valet. Rñdet ipſe, licèt inſtrm ſit de centum lib. ſortè in patrimonio debitoris non ſunt decem, & ſic in effectu nõ eſt centum lib. ut l. nam his, ff. de dolo. Certe per hanc legem rñdetur, quod debemus tenorem inſtri d inſpicere, non aũt effectũ exactionis. e Hoc etiam facit ad ſtatutũ, qd dr, qđ ſoluatur decimum, ſeu ſoluanř capita ſolidorum ſex denariorũ pro lib. quod in æſtimatione inſpicit tenor inſtri, ſeu tenor libelli, non inſpecto effectu. Hoc eſt uerũ, qñ illud qđ petitur, eſt certum: ſed qñ æſtimatio eſſet incerta dicam ſtatim j. eo. l. fi. in fi. Secundo 3 no. quod † qñ duo iudices ordinarii diſcordant, debent eligere tertium, ut hic. Sed ſi proferrent ſñias diſſonantes, quid iuris ſit hẽs 4 in l. inter pares ff. de re iud. Vlt. no. quod † qñ cauſa examinatur in conſiſtorio Principis, dantur nouæ dilationes, ut hic in fi. quod eſt verum ſi examinatur per modum appellationis; ſecùs ſi per modum conſultationis, ut de dilatio. l. cum à nobis. Ita debet intelligi quod glo. no. ſ. eod. l. ne cauſas. Opp. & uidetur quod alia tempora ſtatuantur, vt j. titu. 1. l. 2. & 3. Solu. Hic loquitur de tempore appellationis introducendæ ſeu intimandæ, ibi loquitur de temporibus ſtatutis ad alia, ut ibi dicemus.

ADDITIONES.

a Ale. In offerendis. Vide per me in l. cum quædam puella, ff. de iuriſ. om. iud.

b Ale. In cauſis. Adde Bar. in l. qui tabulas. circa prin. ff. de fur. in ver. oppo. quod nõ ſcilicet. ibi, non autem effectum exactionis. Hoc etiam facit ad ſtatutum, & ſic nota, q ſi debentur centum pro libra conſultori, inſpicit quod petitur, non quod exigi pōt per inopiam, quod tene menti. & facit text. in Auth. de litig. §. ad excludendam. & no. Bal. iſtum tex. in l. pen. §. fi. ff. de iu. om. iud. licet litigans ſit pauperior petitore, ut hic, quod eſt no. Tu uideas per to Iac. de Belui. hic.

c Pariſ. Tenorem ſententiæ. Se quid ſi ſententia contineat aliquid factum, & non quantitatem, quod debeat attendi, uide in l. ampliorem, §. fi. & quod ſcripſi poſt Ale. 32.

d Pariſ. Tenorem inſtrumenti. Vide Math. notabili 145.

e Pariſ. Effectum exactionis. Adde circa iſta ſtatuta, & multa ſimilia, Iaſ. in §. triplum, no. Inſt. de act. ubi de multis aliis ponit, & refert idem do. Iaſ. in §. aliorum in glo. in ver. communi diuid. & tex. in l. ampliorem. infra eo. & quæ ubicunque dicit Bar. ad reprobandum, quod debeamus metiri ius ea perſona & petitione actoris.

LEX XXXVI.

1 *Si Rex iudicat, vt Dux, vel Comes, appellatur ad ſuperiorem ſibi in Ducatu, vel Comitatu.*

2 *Epiſcopus, vel clericus habens iuriſdictionem à Principe, ſi iudicat vigore illius iuriſdictionis, an ab eo appelletur ad Principem an vero ad Papam.*

a Si quando. a Si appellař à Duce, ſiue ſit Illuſtris, ſiue ſpectabilis, ſolum magiſter officiorũ cognoſcit, b & in hoc corrigit l. pcipimus. h. d. No. hanc legem, b ex qua no. qđ 1 † ſi Rex iudicat, ut Dux, vel Comes, appellatur ad ſuperiorem ſibi in Ducatu, vel Comitatu, nõ inſpecta Regia dignitate, & videř hic 2 tex. illius qõnis: Si aliquis epiſcopus, uel alius clericus habeat feudum, vel iuriſdictionem à Principe, & iudicat vigore illius iuriſdictionis, qđ ab eo appellatur ad Principem, non ad Papam. Hic eſt caſus. Et hoc etiam tenẽt Canoniſtæ in c. 1. de feu. Gl. dicit aliter in c. fi. extra, de deli. puer. & uide in c. Rom. extra de appel. lib. 6. in ver. debet, & hic eſt caſus. Et ex hoc uideo quod quando committuntur vni plures prouinciæ, in eo quod iudicat vt Rector unius prouinciæ, appellatur ad ſuperiorem illius prouinciæ, & eodem modo in alia prouincia. Quod intellige uerum, qñ unus gerit duorum officiũ; ſecùs ſi vnum officium vniretur alteri, vel confunderetur in alterto, quia tunc illud quod extinguitur, non debet inſpici. Et ita habes tex. in Auth. vt iud. ſine quo. ſuſ. §. illud. & C. de metro. Bery. l. 1. & ibi not. & extra, ne ſede vac. c. 1. & iſta ſunt notabilia ad multa, & tene menti, quia quotidie hæc fiunt.

ADDITIONES.

a Ale. Si quando. Quid ſi Rex, vel Dux, vel Comes iudicat, an appellabitur ab eius ſententia tanquam lata à Rege, uel à Duce, aut Comite, & idem quod tenet hic Bar. tenet in l. 1. §. 2. in fi. ff. eod.

b Ale. Not. hanc legem, quod ab eo appellatur ad Principem, & idem Bar. in l. 1 §. 2. ad fi. ff. de appel. in ult. q. in fi. & uide Bar. in l. ſi cum uenerit. §. nulla, ff. de pig. act.

LEX XXXVII.

1 *Appellationem poteſt exercere tam appellans, quàm appellatus.*

2 *Iudex poteſt pro parte abſente ſupplere de facto.*

a 1 Ampliorem. a † Appellationem poteſt exercere tam appellans, quam appellatus. h. d. Not. quod dixi

ADDITIO.

a Alex. Ampliorem. Hic eſt caſus in prin. huius legis multum ſingularis, quod ſi aliquis eſt condemnatus in quinque, & in aliis quinque abſolutus, ſi iſte talis appellat, quod iudex appellationis poteſt in aliis quinque condemnare, in quibus fuit abſolutus in ipſius appellantis præiudicium, quod tene menti perpetuo, & hoc dicit Bald. hic in prin. ad quod benè facit quod no. Inno. in c. inter monaſterium. de re iudi. & refert Bal. in l. ſi quando prono. non eſt neceſ. & ibi Bar. in l. fi. & clarius ibi Bal. ad fi. qui ad hoc alleg. iſtum tex. Adde quod Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de app. §. in quibus. uer. quid ſi uictus, dicit Guid. de Suza. hic quærere, an beneficium huius l. competat appellato, dum appellantem pœniteat & ab appellatione recedit, pro cauſa breuitatis te remitto.

Pariſ. Ampliorem. Quid autem ſi lapſum eſt tempus appel. proſeq. an app. poſſit proſequi. uide Nu Abb. in c. ex parte de præb. Iſt limita ſing. ut per Alb. hic, nam appellans accepiſſet ſententiam quantum facit pro ſe, & inquantum eſt contra ſe, appellare licet, prout ſolet communiter fieri, uide per eum. Item de materia huius l. uide latè Fel. in c. ſignificauerunt. extra, de excep. ubi ponit etiam de prædicta limitatione, uide Bar. in conſi. 150. uide etiam omnino Philip. cap. ſi duobus, extra, de appel. Barb. in c. Raynal. de teſta.

dem pro dicta q̃titate, seu pro alia, quã apparebit ipsum debitorẽ debere ex cã p̃dicta, & s̃m hoc poterit ante liquidationem ĩgredi. Sed an talis ingressus hẽat effectum, q apparebit ex s̃nĩa iudicis postea sequẽti, pro hoc ĩ. de pac. pig. l. a. Et p̃ hoc facit, q̃a omnia pacta, q̃ in [illegible] apponunt, valent, nisi reperiantur prohibita, ut ĩ. de iur. do. impe. l. fi. §. r. Item q̃ro, † q̃n debitum est liquidatum, an possit quis ingredi, ᵃnõ p̃cedente mora sup obl̃one principali. Vr̃, q nõ, sed requiritur, q mora p̃cedat, aliàs hypotheca, vel mora nõ haberet effectum, vt l. debitores. ĩ. c. & ibi no. In ɔtrarium no. ff. e. l. q̃sitũ. in prin. R̃n. Aut subest cã, q̃a fortè dubitat debitorem recessurum, & p̃t ingredi añ moram, vt d. l. q̃sitũ. Aut nõ subest cã, & nõ p̃t nisi p̃cedẽte mora, ut d. l. debitores. ĩ. c. & ff. qui. mo. pig. vel hy. sol. l. solui. §. r. & no in d. l. q̃sitũ, & iõ ut hoc impedimentum tollatur, dẽr apponi in ɔ̃ctu ex nunc, i. ipso die celebrati ɔ̃ctus dedit licentiã. Quarto principlr̃ q̃ro, contra quas personas q̃nĩ istud ius, & primo videamus, † vtrũ possit exerceriᵇ ɔ̃ ipm̃ debitorẽ resistẽtẽ. Azo q̃d non, lo ɔtra per multas ll. hic all. q̃ bñ faciunt. Ia. Bu. tenet opi. Azo. nã quis nõ põt ingredi possess. quã colonus possidet, ut l. colonus. & l. cum fundũ. ff. de ui & vi ar. Sed hoc est in colono, qui nullo mõ possidet: ergo multo magis ĩ debitore, qui possidet omnimodo. Preterea aut dices, quod pactũ dedit ius p̃sonale, & non est uerum, quia non nascitur actio ex pacto. Aut dices quod reale, & malè, q̃a non ɔ̃stituit ius in re, sed ius intrandi in rem pp licentiam, & voluntatem debitoris, qua volũtate cessãte, cessat licẽtia, arg. l. interdũ. §. fi. de acq. pos. & sic non ob. l. in cõmo. §. sicut, ff. com. & l. sicut. ĩ. de ac. & ob. quia illud est verum, q̃n aduersario est ius q̃situ: sed hic nullũ erat ius q̃situm, nec reale, nec personale, vt dictum est. Nõ obstant leges allegatæ per gl. quia in eis erat ius q̃situm in re, vel dubitabaĩ de volũtate debitoris. Ista sunt verba sua q̃ mihi non placẽt: nã tale pactũ incontinenti appositum vestiĩ cohærentia cõtractus, vt ĩ. de pac. l. legẽ, & l. in bonæ fidei. Ponamus enim te stipulatũ esse, vt fit hodie cõiter in oĩb. instr̃is emptionis, & per hoc ero obligatus ad patiẽtiam, vel patiendũ te re uti, vel tẽ ingredi. Si igitur ɔtrauenio, teneor, ad interesse, vel ad pœnam, vt l. quoties, §. fi. & l. pe. de seru. l. corruptionem. ĩ. de usuf. & quod ibi no. & sic patet quod est ɔtracta obl̃o p̃sonalis. Præterea licèt tale pactum non constituat ius in re, t̃n est executiuũ iuris realis, & in pacto executiuo q̃s obligatus nõ põt ɔ̃trauenire, sicut nec in ipsa obl̃one, vt l. aliud. ff. de sol. Preterea nõ põt dici, q in legib. allegatis in gl. duret voluntas debitoris, ut l. de accessio. in fi. ff. de diuersis, & t̃palib. præs. cum illud ius vendendi sit quoddam ius executiuum, & sic nõ obst. l. colonus. & l. cum fundum, q̃a cum ante colonus interuenerit pos. dñs nõ p̃t ex interuallo postea sua autho. auferre: licèt. n. hẽat ius ad recuperandum possessionem, non t̃n hẽt ius executiuũ illius iuris, nec authoritate legis, nec conuentione p̃ambula, & iõ oportet quod agat. Sed in casu nr̃o, creditor habet ius petend, & hẽt ius executiuũ iuris. Tene ergo, quod talis licentia nõ tollaĩ p reuocationem, p dictã l. aliud. ff. de sol. & p allegata in gl. Non t̃n credoᶜ q debitore resistente de facto, possit creditor violenter ingredi, & armata manu, hoc. n. esset cã maioris tumultus, & rixæ. Nam manu priuati hoc non potest induci, vt l. non est singulis. ff. de reg. iu. & l. ɔuenire. ff. de pac. do. & l. si vnus. ff. pacta, q̃ turpem. ff. de pac. Illud. n. operaĩ solum ista cõuentio, ut debitore cõtradicente solo uerbo possit ingredi creditor sua authoritate, & hoc est quod uult dicere hæc lex, quod licet aliàs sola prohibitio faciat uideri uim fieri, ut l. r. § quid sit. ff. quod ui, aut clã, t̃n per hãc ɔuentionẽ excusaĩ, ut uim facere non uideaĩ, ut hic dicit tex. Ad hoc probandũ induco in testẽ d. Odof. in alia materia, ut ibi latius. Vos scitis, q est q̃ð, utrũ iudex possit committere parti, ut ingrediaĩ possessionẽ sua auth. & gl. vĩ tenere q̃d sic, ut ĩ. vñ ui. l. meminerint. q̃d tenet Iac. de Are. p multas ll. & ibi no. per Cyn. Alibi tenet gl. ɔtrarium in l. iuste. de acq. poss. quod tenet Dy. p l. non est singulis. de re. u. & idẽ tenẽt Iac. de Rau. & Pet. p l. missi opinatores. ĩ. de exac. trib. li. x. & no. per Cy. in l. fi. si p uim, uel alio mõ. D. Odo. dicit sic: Aut iudex vult committere parti, ut ingrediatur per vim, etiam si reperiret resistẽtem, & nõ potest, ut d. l. nõ est singulis, & d. l. missi opinatores. ĩ. de exac. trib. lib. x. Aut q̃d ingrediaĩ sine ui, & põt, ut no. in d. l. meminerint, cum sim. allegatis per Iac. de Are. Ita ergo in proposito, cum licẽtia iudicis & partis æquiparentur, ut ĩ. de pig. ac. l. pe. & est gl. no. Inst. de lib. §. in multis. Et prędicta vera, ᵈq̃n in instr̃o fuit pactum de ingrediendo sua authoritate. † Sed si fuerit additum plus, s. quod debitor constituit se creditoris nomine possidere, vel precario possidere, tũc quia apud creditorem est utraq; poss. uel saltem ciuilis, ut dictũ est, si debitor resisteret, faceret uim, & spoliaret eum, & ideo posset ipse incontinẽti per uim ingredi. Erit ergo magis defensio, q̃ occupatio, ut no. in simili in l. cum fundum. ff. de ui, & ui ar. Facit ff. e. ti. l. possessionem. Item, quæ dixi de probatione simplici solo uerbo, intelligo, nisi ex iusta causa ipse prohibeat, ut puta, quia debitum offertur, uel alia iusta causa, ut infra, debi. vectĩ. pi. imp. non pos. l. a. ĩ. unde ui. l. non ab re. ff. de ui, & ui ar. l. colonus. Distingue ergo sic: Aut debitor resistit ex iusta causa, aut sine iusta causa, & tunc aut resistit solo uerbo; & nil operatur talis ɔ̃dictio. Aut resistit facto, & tunc aut constituit se creditoris nomine possidere, tunc potest creditor p uim ingredi. Aut solum dedit licentiam ingrediendi, & tunc debitore resistente non p̃t ingredi, ut ex p̃dictis patet. † Sed an a uitio clandestinitatis excuset talis cõuẽtio, ut sic posset ingredi debitore ignorante, an requiraĩ eius scientia? Videt, q scientia reqrĩ, ut ff. si cer. ven. l. si à te. E contra vĩ, q non, ut hac l. cum si. Hoc tãgit Spe. in ti. de emp & ven. §. j. sup illo ver. quã accipiendi & c. Mihi aũt vĩ, q si excusei à uitio violentiæ, quod maius est, q̃d apparet, q̃a astiorẽ, ut no. in l. vitia. ĩ. de acq. pos. multo magis excusei à uitio clandestinitatis. Pro hoc tex. ff. de fur. l. cum creditor. cum gl. nam ibi loqĩ q̃n q̃s aufert, quod patet ex ti. in quo est posita, vt no. in simili ff. de cond. indeb. l. fi. in prin. Facit de in diem addi. l. Imperator. in fi. Non ob. l. si a te. quia illa uerba, concedo tibi in ædes meas immittere, ẽ solũ concessio iuris illius seruitutis. Non aũt concessit licentiã accipiendi pos. vel dũ ibi dicit, scienti, subaudi maximè. Si alio modo intelligeres, conuentio istius legis nihil operareĩ, ut ĩ. de acq. pos. l. a. † Quid in successoreᵉ vniuersali, utrum ɔtra eũ possit exerceri ius istius conuentionis? Resp. aut est hæres eiusdem cõditionis, cuius est defunctus, & tunc idem, ut l. hæredem, & l. q ipsis. de re iu. Aut est alterius cõditionis, quia fortè ille est pupillus, vel ecclesia, & tũc est dubium per ea, quę dixi ĩ. in 1. q. principali. t̃n rõnem solutionis huius collige p ea, quæ not. Dy. ĩ. de sacros. ecc. auth. quas actiones, in 5. q. † Item dubitatur quid de successore singulari, cui debitor alienauit; vel ad eum possessio aliqua peruenit, an contra eũ possit exerceriᶠ talis ɔuẽtio. gl. dicit, quod sic, p l. Titius. de serui. exp. Item per rationem, q̃d ius pignoris est in rem, vt ĩ. eo. l. pignoris. Item istud pactum est executiuũ illius talis iuris, ergo & c. hoc tenet Pet. & Cy. & Spe. in tit. de pign. §. r. ver. item quid si debitor. Alij sunt in contraria opin. ut Mar. antiquis glos. per l. eum. de act. & ob. & idem Rofr. in tit. de edi. diu. Adr. tol. quia tale pactum non afficit rem, sed personam, ut l. fi. ff. de contrahen. emp. & ĩ. de cõd. ob tur. cau. l. ea lege, & idem tenet Iac. Bu. Ad l. Titius, respon. q̃d ibi loquitur in casu speciali. Ia. de Bel. disputauit istã q. & determinat idem, quod tale pactũ est personale, & non afficit rẽ, ut dictis legi. & l. domum de ser. & ff. de alie. mu. iu. cau. facta. l. 2. §. opus & com. p̃d. l. venditor. in prin. & q̃d ibi g not. in uer. succedentium. & ad Treb. l. 1. §. si hæres. Ad l. Titius, respõd. q̃d ibi erat tale pactum, q operaĩ in resolutione contractus, & translatione dominij manus iniectionem, vt l. si quis sub hoc pacto, de cõtrah. emp. & ĩ. de ser. expor. l. 1. & a. not. in l. traditionib. ĩ. de pact. & ideo quia habet continuum ius in re, afficit rem, & transit ad singularem successorẽ: secus in hoc pacto, quia non habet ius: hæc respon. nõ placet. Nam si ille, qui non habet ius in re, sed est habiturus manu armata, potest legis conuẽtionem exercere ɔtra tertium possessorem, multo magis creditor, qui añ habet ius in re. Item sicut tale pactũ est executiuum iuris pignoris, ita in l. Titius, illud pactum manus iniectionis est executiuum præcedẽtis obligationis de seruo exportando, uel non prostituendo. Quid ergo dicemus? In ista q. mihi videtur cõsiderandum, quod ex isto pacto de ingrediendo oritur primo quædam actio personalis, quia debitor teneĩ ad patientiam, ut ĩ. dixi, & ista non transit contra singularem successorem, & ita loquuntur omnes leges ĩ. allegatæ. Item ex isto pacto orit quoddam ius, quod est executiuum præcedentis obligationis, & facit ipsam obligationem habere paratam executionem, secundum voluntatem creditoris ut hic in fi. Sicut ex sententia oritur actio iudicati, uel in factum, item officium iudicis, quod habet paratam executionem, vt l. minor 25. ann. cui fideicommissum. ff. de mi. & supra de exe. rei iu. l. 2. ita potestas ingrediendi, quæ competit creditori ex conuentione, ęquiparatur illi potestati, & licentiæ sibi datæ p iudicẽ, vt ĩ. de pig. ac. l. pe. & sol. mat. l. dotis. & ĩ. si in cã iud. l. j. Videamᵒ ergo † an istud ius exequẽdiʰ seu executiuũ, q̃d imploratur

ADDITIONES.

a Menoch. Quis ingredi. Ruy cons. 152. nu. 4. lib. 4. cons. 189. nu. 1. lib. 5.

b Alex. Exerceri. Vide Bar. in l. 1. sup. eo. in lect. no. in hac repetitione. & Barto. in l. alia. § eleganter, solu. mat. & in l. 2. vers. quęro utrum. de iur. emph. plenè per Sal. in l. possessionem. ĩ. ad leg. Iul. de ui. Menoch. Tiraq. de iure constitu. in prima par. nu. 37. Ruy. cons. 57 nu. 3. lib. 4. Mod. Paris. in consuet. Paris. ti. 1. §. 1. gl. 4. nu. 13 & Tiraq. le mort saisit le uif. in c. declarat. 3. par. nu. 5.

c Ale. Non tamen credo. Adde Bar. in l. alia. §. eleganter. solut. matr. in l. iuste. de acquir. posses.

d Ale. Et prędicta uera. Si debitor dedit licentiam de ingrediendo, & constituit se creditoris nomine possidere, põt ingredi ẽt debitore resistente, & per uim, quia magis est defensio, quã occupatio. Vide Bart. sup. e. l. 1. & dũ Bar. hic dicit, vel saltẽ ciuilis, dicit, q̃d vĩ tenere ɔ̃riũ ipse, in l. a. in versi. q̃ro verũ dñs. de iure emph. Pro cõcordia vide Im. in c. fi. de loc. & adde, q̃ hẽs in l. si ex stipu. ff. de acq. poss. Menoch. Soc. se. consi. 78. licèt penè est col. pen. in fi. li. 3. Plotus l. si quando nu. 186. in fi. sup. unde vi.

e Barb. Quid in successore. Vide plenè per d. Pet. in consi. 127. & in c. Quia V. de iud. & in c. cum dilectis. de don. & alleg. Bar. sibi contrarium in l. Celsus. de usuc.

f Ale. Possit exerceri. Adde q Bald. in c. 1. §. si quis uerò, de pac. iura. fir. dicit, q si mortuus est ille, cui data est licentia per pactum ingrediendi propria authoritate, quod transit ad hæredem, quia istud pactum non est priuilegium, sed [illegible] no. ff. de pig. ac. l. ratio. Item transit in singularem successorẽ, ut puta, quia sit [illegible] sum: nã cedi põt. Ita dicit Bar. in l. 1. in §. usufructuarius. ff. de op. no. nun.

g Menoch. Ibi. Idem si lata sit sententia ut liceat ingredi, ratione huius pacti, ex statuto nullus possit d. s̃nĩam in executione impedire, cõtra id impediri adhuc põt a singulari successore. Sign. cõs. 4. & an sit necessaria executio, Calca. cõs. [illegible]

h Menoch. Exequendi. Soc. se. consi. 72. in fi. lib. 4.

ploratur a iudice, transeat ad singularē successorē, vt ꝯ eum possit impetrari executio, an dēat fieri ꝯ cū nouus ꝓcessus & post hoc videamus de isto iure exequēdi, qđ venit ex ꝯuētione. Circa hnc aūt reperio, qđ Cy. dicit qđ aliqñ alienatio est facta cū dolo, tūc ꝯ singularē successorē [a] pōt fieri executio, vt s. vt in pos.leg.l.certa.& ff. vt i pos.le.l.si legatorū,& l.is cui,§.q i posse.& no.p cū s.de alie.iu.mu.cā fac.l.j.in 9.q. Istud nō placet mihi simplr, qa l.j.§.necessario.ff.si vent.nomi.mi. Præterea prius dēt agi reuocatoria, vt Inst.de act.§.itē si qs i fraudē. Circa hoc igit do talē doctrinā.[b] Aut q̄rit de iure executiuo psonalis, aut realis. Primo casu, aut loquimur in ꝯtib. & non transit executio ꝯ singularē successorē non reuocata alienatione, vt d.§.item si quis, Inst.de act. Aut in vltimis volūtatib. & tūc aut alienatio fuit facta dolo, & trāsit ꝯ singularē successorē vt d.l.certa,& l.si legatorū. Aut sine dolo, & non transit ꝯ eū, vt l.fi.ff.vt in pos.le. Scđo casu, qñ q̄rit de executione iuris realis, tūc ille tertius possessor non hēt cām ab eo, ꝯ quē principalr orit ius exequēdi, & tunc ꝯ eū trāsit, vt l.sæpe.in fi.ff.de re iu.& s.qb.res iu.non noc.l.1.& 2. Aut hēt cām ab eo, & tunc aut tale ius exquēdi erat in esse productū anteq̄ trāsiret ad istū tertiū possessorē, vel qa iā erat lata snīa: aut erat in actu ꝓducēdi, qa pēdebat litigiū: aut nō erat in esse, nec erat in actu ꝓducēdi, qa lis incępta nō erat. primo casu trāsit ius exequēdi, vt l.si superatus.§.j.ff.de pi.de exce.rei iu. l.si pr.§.fi.& l.iudicatæ.§.fi. Scđo casu, aut p talē actū res fuit facta inalienabilis, vt qa erat qō de dnio, & sic erat res litigiosa, & tūc ꝯ talē successorē transit ius exequendi, vt j.de liti.l.2.& sic nō erat necesse vt intētareī ꝯdō ex illa l.p re reddēda, licet hoc posset fieri si qs vellet, & ita intelligo gl.ibi positā. Aut erat in actu producendi, & tūc nō obstante tali litigio poterat alienari, quia erat qō hypothecaria, & tunc nō transit ius exequendi, sed erat opus ꝯ successorem nouo processu, vt Auth.de liti.§.ad hæc, posita j.e.auth.hoc ita, ſm solonē Rof.positā in auth.hoc ita si debitor. Tertio casu ius exequendi procedens ex snīa, non trāsit ꝯ talem successorē, vt l.si mr.§.fi.& l.iud.§.fi.de excep.rei iud. Prædicta vera, nisi in vltima voluntate, in qua distingue: Aut cum dolo, aut sine dolo, vt s.dixi. Hoc verum, nisi p suam sciām, vel patientiam præiudicat sibi, tertius possessor, vt l.sæpe.§.i.de reg.iu.& qđ no.i.eo.l.præses. Hoc præmisso, venio ad q.ꝓpositam, & dico quod si dictum pactū fuit appositū ad executionem oblōnis personalis, non pōt exerceri ꝯ singularem successorē, nisi alienatione facta in fraudem rescissā, vt Instit. de act.§.item si quis in fraudem, & ideo cū tale pactum, de quo loquit l.Titius.de ser.expor.& de ꝯh.emp. l.si quis sub hac. hāc alienationem ipso iure rescinderet, tale pactum, seu legis ꝯuentio pōt exerceri ꝯ quemlibet successorē, nec est necesse, qđ rescindat a iudice, cū rescindat a l.vt ff.de condi.inst.l.q̄ sub ꝯdōne.§.fi. Ad hoc facit, qđ dixi.s.per Iac.de Bel. Vel possumus sic dicere, qđ ibi sunt casus spāles ſm Iac.Bu. Si vero tale [c] pactū apponit ad executionē iuris realis, vt in executione pignoris, tūc aut ille tertius possessor nō hēt cām a debitore, & ꝯ cum non transit tale ius exequendi, vt d.l.sæpè, in fi.& gl.q̄ dicit, vel alio mō possessio est apud aliū, nō bn̄ dicit. Si vero hēt cām a debitore, tūc si debitū in instro nō fuit liqdatū, & sic res transit ad aliū, ꝯ eū nō pōt exerceri lex ꝯuentionis, vt dictū est. Sed si debitū tpe ꝯtus fuit liqdatū, & sic ius exequendi fuit in esse productū, tūc transit in singularē successorē, vt d.l.si superatus.§.j. cum si.& ista gl.in hoc bn̄ dicit.

24 † Aduerte tn̄,[d] qa ꝯ ipsum debitorē pōt exerceri istius legis ꝯuentio sine iudice, qa oīa sunt liquidata, sed ꝯ istū tertiū possessorē nō est ita liqdū, qa pōt esse dubiū, an habeat cām ab eo, vel nō. Hoc ergo debebit coram iudice liqdari, & summariè, sicut dicemus in l.a diuo Pio.§.si sup reb.de re iu. quo liquidato poterit ingredi sua authoritate. Puto ēt qđ sufficeret hoc esse manifestum, qđ a debitore hēat cām, vt l.emptor, in prin.ff.de ac.emp. Sed ꝯ pdicta posset qs instare. Locator hēt immissa, & illata tacite obligata, & ea pōt sua authoritate includere, vt ff.de dā.infe.l.vtiq;.& ff.in quib.cau.pig.ta.ꝯha.l.licet. Ecce ergo, qđ ius executiuum erat in esse productum tn̄ si illæ res peruenerunt ad tertiū hñtem cām a debitore, nō possum iure executiuo vti, sed debeo agere hypothecaria, vel interdicto Saluiano, vt ff. de Sal.inter.l.j.& s.de Sal.interd.l.j.& ibi no. Sol. illud ius exequendi sua autho.est limitatum certo loco, vt includantur, donec sunt in domo, & ideo si extrahuntur, de domo, cessat dictum ius. Si vero essent in domo tanq̄ alienatæ, & traditæ, adhuc posset exerceri dictū ius includēdi, per ea, q̄ dicta sunt.

25 † Sed an possit adhiberi remedium, qđ indistinctè ꝯ successorem hñtē cām a debitore posset exerceri talis legis ꝯuentio, vel fieri executio, ex snīa lata ꝯ debitorē, posito qđ idem ius executiuū non fuerit in esse productum tpe alienationis? Credo, qđ sic, in ꝯtu pignoris, hoc mō.s.ꝙ adijciatur in alienatione, ꝙ debitor promittat dictā rem nō vendere, tunc venditio facta non valet, vt l.si creditor.§.fi.de distr.pig. & ꝯ successorem trāsit ius executiuū, sicut dixi in re litigiosa facta in alienabili, qa si alienatione rescissa p iudicē, pōt fieri executio ꝯ singularem successorem, vt d.§.item si qs in fraudem: ergo & hic in alienatione rescissa per l.arg.ff.de cond.inst.l.q̄ sub ꝯdōne.§ fi. Sed pone, qđ debitor nō solum dedit licentiam [e] ingrediendi, sed ꝯstituit se creditoris noīe possidere simplr, vel pcario, an ex hoc tribuat creditori plus iuris ꝯ singularē successorē? Rn̄. sic, & multū bn̄. Aut.n. ex hoc creditor sibi acqsiuit posses.ciuilē, & nālem, quia simplr debitor cōstituit se creditoris noīe possidere, ita qđ sola detentio [f] remanet penes debitorem, & tunc si debitor tradidit alteri, priuat creditorē possess.& pōt eā recuperare.l.ex liberis.de acq.pos.& ideo creditor pt ingredi sua authoritate, ēt si p vim inueniret resistentiam, qa magis esset defensio, q̄ occupatio, vt l.cū fundū, & ꝙ ibi no.ff.de vi, & vi ar.& s.dictū est in 4.q.princ. Si vero apud creditorē est sola ciuilis, qđ est in dubio, qñ ꝯstituit se pcario noīe possidere, vt s.dixi in 2.q.princ. tunc debitor tradendo alteri, vel si deijciatur,[g] non priuat creditorem possessione ciuili, qa p se stat, nec cohæret nāli, vt ff.de vi, & vi ar.in l.si de fundo, & ibi no.de ac.pos.l.peregrè, & ibi no.& ideo occasione suæ ciuilis possessionis posset ēt ingredi p vim, si reperiret resistentiam, vt dictum est, & illud tenebat Iac. Bu. qđ est notandū.

26 † Quinto principaliter est videndū de officio iudicis[h] qñ ad hoc aditur, de quo tangit in fi. nostræ legis. Et primo † cū iudex adit ex vrbanitate, an dēat pars citari, libellus dari, & ordinariè procedi, vel non? Gl.in l.meminerint.s.vnde vi, vr tenere, ꝙ etiam sine citatione iudex possit concedere licētiam, vt ibi patet in j.gl. circa fi. Alia gl.vr tenere ꝯrium.s.quod requiratur libellus, & procedatur ordinariè, vt s.de iur.emp.l.2.in prin.gl.mag. Alij, vt Ia.de Bel.q disputauit istam quæstionem, sic distinguūt. Aut iudex mittit creditorem in possessionem reo non citato, & missus in suo iure debet tueri, arg.quod met.cau.l.fi.& ne uis fiat ei, l.si quis missus.in princ.& sic potest procedere gl.l.meminerint, & de re iud.l.à diuo Pio.§.si super rebus. Aut iudex facit partem citari, quod est prudentius, & rationabile, vt l.nam ita diuus.ff.de adopt.& s.si minor se ab hæredi.abst.auth.si omnes, si per vim, vel alio modo.l.2.& tunc si confiteatur, non offertur libellus.ff.ad l.Aquil.l.proinde.la 2.de iud.l.si debitori.& no.in l.j.C.de lit.conte. Si verò debitor ꝯdicit, allegando solutionem, vel aliud obijciendo, quo probato repellit agentem, credo illic libellum necessarium, ut in auth.offeratur, de lit.cōt.& per alia iura ad hoc allegata. Ista sunt verba sua. De omnibus rōnibus eius faciam mentionem j.singulariter respondendo. Mihi autem vr, ꝙ in proposito data licentia per iudicem parte non citata, nihil operetur, nec dari debuerit, vt l.nam ita diuus, ff.de iud.l.de quoque, cum si. Sicut nec iudex debet[i] mandare sententiam executioni, nisi parte citata ad opponendum, quare non debet fieri executio. Multæ enim exceptiones possunt opponi post sententiam, vt l.j.s.de iu.& fac.ign.& hoc nota per Cy. quo.appella.non recip.l.ab executore. De hoc est casus in l.meminerint.j.vnde ui. ibi, ad insinuādum sententias, &c. ſm lec. Odofr. vt patet in libello suo in l.illa, si tamen iudex contra fecerit, nihil operatur, sed perinde est, ac si debitor sua authoritate intrauerit, & ideo per iudicem postea parte citata erit ꝯfirmandus in possessione, vt l.1.§.missum.ff.ad Carbonia.& s.de Carbonia.edi.l.j.ſm lectu. Rofr.& sic etiam hic dicit Iac. prædictus. Sed si sua authoritate[k] non potuisset ingredi, & ingressus fuisset authoritate iudicis, & sic in pœnā a iure positam incidisset, vt l.meminerint, reprobat glo.vt ibi dixi, & no.in l.si quis in tantam, sup.vnde vi. super secundo membro. dicit uerum Iacobus sine dubio. Super tertio autē membro credo quod non

dicit

ADDITIONES.

a Alex. Singularem successorem. An possit fieri executio contra tertium possessorem, an vero contra non alienantem.
Adde Bal.in l.si quis missum, in §.iudex, de dam.infec. & ibi dixi, & late per D. Ant. in c.quia, de iud.

b Ale. Doctrinam. Idem tenet Bal.in l.a diuo Pio,§.si super, de re iud.

c Alex. Si vero tale. Pro quo benè facit, quod sing.no.Bal. in l.per diuersas, C.man.in 2.q.& adde Bar.per illum tex.in l.is cui,§.in possessione, ff.vt in pos.le.gl.& do.Ant. in c.quia, de iud.

d Barb. Aduerte tamen. Ego consului Parmæ, ꝙ Bar.hic non dicit, ꝙ instrm non liquidum contra principalem, possit liquidari contra particularem successorem pendente executione, vide in illo cons.& doctā practica Ia.But.vt constitutio precarii operetur effectū in d.l.si C. de acq.pos. uide Bal.in l.1.C.de conn.his, quæ in frau.cre.& in d.l.si.Iac.Bu.in auth.hoc si debitor, C.de pig.& in l.fi.& in l.simili, & in l.exitus, ff.de acq.pos.& in l.2.§.hæc actio, ff.vi bo.rap.& similiter hic, ego in illo cons.reprobaui illam in creditore, vide ibi, quia est subtile.
Men. Rolan.à valle, cons.20.num 12.13.14.Ias.cons.138.in si lib.1.Aret.cons.21.nu.4.5.Gozad.cons.28 nu.5.Soc.sen.cons.82.col.3.ver.5.concl.5.lib.3.Barb.cōs.58.col 5.lib.1.Tiraq de qua 3.

e Meno. Licentiam Tiraq.de iure constit.in 1.par.nu 43.45.46 Plotus l.si quando, nu.e 86 in h.i.vnde vi, Ruy.cons.127.nu.1.li.5.vbi plura, in discursu, Neutz.cons.82.nu 15.16 Ferrat.cau 45.num.3.

f Alex. Sola detentio. Vide Bal hic in lect.no.in repe.3.q.an hoc pactum possit exerceri contra singularem successorem ubi uf tenere iam primam partē, & uide 3.ea.l.

g Alex. Deijciatur Adde ꝙ idem tenet Ia.Bu & Bar.in lec.huius l.s & ēt Sal.licet Bar. in l.interdum, in fi.de acq pos & in l.Celsus, ver.sed pone quod debitor, ff.de usuc. teneat contrarium, quem ibi sequitur Imo.& communiter omnes, & est uerius.
Meno. Gozad.cons.41.numero 14.

h Men. Officio iud. Soc sen.cons 82.col.3.uer.5.6.concl.li.3. Ruy.cons.192.nu.6.li.4. Bal.cons.134.li.3.Ruy.cons.57.nu.3.li 4.Imo.in c.ult.nu.61.extra, de locato.

i Alex. Iudex debet. No.ꝙ idem uidet tenere Bal. in l.2.in 2 q.i.de ser. In contrarium facit, qđ dixit, Inn.in c.quia propter, in gl.illud autem, de ele ubi dicit, quod si facit citare aliquem, quem non oportebat citari, non est expectandus, cogita, quod tamen differt, sed cum Bar.hic uidetur tenere Bal in l.1.s.de exe.rei iu.per Doc.in §.actionum, Inst.de ac.& adde Bal.in l.2.de iure emph. ubi dicit quod requiratur partis citatio si aditur iudex, licet propria autho.fieri possit per l.meminerint, pro quo uide Bal.in l.nec quicquam, §.ubi decretum, de offici procon.adde Bar.in l.1.§.fa tisdetum, quorum legatorum, Bar.in l.3.§.si de contrata.

K Men. Sua authoritate. Soc.sen.cons.195.col.pen.in prin.lib.2.uide Bal.cōs.334.li.3. Dec.l.ult.nu.9.& ibi Zuch.nu.158.1.de edicto di. Adri.col.Ruy.cōs.127.n.12.li.4

a dicit verum, nec debet dari libellus,[a] sed dēt procedi summariè, sicut cum fit executio rei iudicatæ, vt l. à diuo Pio. §. si super reb. & l. minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de minorib. Et quod hoc sit verum, probo, quia illud ius exequēdi ex conuentione, & iudicis authoritate æquiparantur. ī. de pig. ac. l. pe. & ī. sol. matri. l. dotis. Præterea, in omni iure, quod orit ex sñia arbitri procedit summariè, & sic ex sñia iudicis ut d. l. à diuo Pio. in prin. ergo & hic, cū orit ex ꝯuentione, ut ff. de iureiu. l. 1. & l. iusiurandū, qd ex ꝯuentione. Præterea, licet ex iureiurando oriatur ius exequendi, vt fiat summariè, sicut ex sñia, ut l. 2. ff. de iureiu. & l. sed & si possessori. §. si eū hẽditate. eo. ti. ergo idem hic in isto iure exequendi, qd orit ex ꝯuentione. Pro hoc facit ff. de pac. l. tale pactū. § q prouocauit. & hoc vr̄ de mente Ros. in d. ti. de edic. di. Ad. toll. ver. itē q̄ritur, an illud. & ver. seq. hoc idem tenet Spe de in. emph. §. nunc aliqua. uer. 40. Prædicta intelligo vera, si de tali ꝯuentione de ingrediēdo apparet per publicum instr̄m, ex cuius ispectione iudici deducit ad notitiam. Sed si de tali conuentione apparet per testes, tunc debet dari libellus, & lis ꝯtestari: quoniam aliter nō pn̄t recipi testes, ut ex̄ in li. non ꝯt. e. qm̄ frequenter. & ī. de testib. auth. si qs ab aliquo cū sua gl. Ad hoc ēt facit qd no. in gl. ī. de edi. di. Adr. toll. l. fi. & in l. 2. ī. de iu. emp. Sed

b fateor, quod potest, si vult dare libellum, & procedere ordinariè,[b] ut ibi no. nō tamē cogitur, ut dixi. Et sic intelligit Spe in d. ver. 49. Ad rōnes lac. rñ. Primum dū dicit, qd à colono, vel inquilino iniuersa possessione, non licet dūo cum sine libello eiicere, vt ff. de vi,

c & in ar. l. colonus. & l. cum fundo. Rō est vt dixi [c] in 4. q. prin. Secūdo, quia impediente me vti possessione mea possum authoritate

d mea ipsum prohibere,[d] vt ff. ad l. Aqui. l. quemadmodum. §. 1. & l. fi. §. si ad ianuā. quod vi, aut clā. & tamen si authoritate iudicis peto, debet offerri libellus, vt ī. uti poss. l. 1. sed ibi ius illud non potest fieri manifestum ex instr̄i inspectione, nec tale ius est liquidatum ex partium conuentione. Tertio, quia per hypothecariam nuda possessio auocatur, ut l. cum uenditor. in princ. ff. de euic. & tamen ibi offertur libellus, ut in auth. offeratur. de lit. cont. ergo & hic, sed illud quando hypotheca tm̄ fuit constitura super petitione pignoris, & ideo oportet, quod ꝓcedatur ordinariè, vt l. 2. ī. de execu. rei iu. hic loquitur quando ius executiuum fuit in pacto constitutū.

e Quarto quod colonum [e] & inquilinum non soluentem, licet propria authoritate expellere, ut supra lo. l. ędem. & l. emptorem. de dam. infe. l. vtique. Sed quando fit per iudicem, offertur libellus, ut ī. de loca. l. conductore, & ī. unde vi. l. non ab re. Sed illud verum, quando uult procedere cōdictione ex legibus illis pallegatis. sed si vellet implorare simplicem expulsionem posset per officium iudicis summariè, ut ī. dixi in emph. Quinto p l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. op. nun. l. 1. §. necesse. ff. si mul. uent. no. in po. nu. sed ex illis non potest liq̄re iudici ex instrumenti inspectione, nec est liquidatum ex partium conuentione. Sexto, quia vbi apparet legitimus contradictor, debet offerri libellus, vt l. fi. ī. de ed. diui Adr. tol. Sed hic debitor, vel alius habens causam ab eo nō pōt esse litimus ꝯdictor, licet ipse, vel alius author ius exequendi concesserit, ideo proceditur summariè. Septimo, quia qñ officium iudicis petitur, offertur libellus, vt ff. quis ordo in bon. poss. serue. l. 2. §. dies. Facit, qd no. Inst. de ac. in rub. vel in prin. Sed illud est verum in officio iudicis, quod aliás imploratur in executione, vt d. l. a Diuo Pio. §. si super reb. Octauo, quia iudex iudicando, non seruat formam cōuentionis, vt l. qualem, ff. de arb. Sol. per ea, quæ no. in l. conuenerit. ff. de re ind. Nono, quia si stipulor per fundum tuum ire, agere licere, vel habere licere, vel quod liceat, si prohibeas, dēt dari libellus, ut l. stipulatio ista. §. 1. & §. si quis ita, de uer. ob. & C. de vsufr. l. corruptionem. Sed ad hoc respondeo, ut dixi ī. in 4. q. principali uersi. sed an à vitio. Vel si intelligas, quod ibi volebat agere ad interesse prohibitionis, est responsio, quod quantitas non erat liquidata in

27 instrumento, nec ex partium conuentione. † Quid si de ingrediēdo tantum fuit data licentia in instrumento? & sic pp acquisitionem possessionis ad iudicem venit de necessitate, vt hac lege. fm lecturam meam, utrum tunc necessarius erit libellus? Certè cum illud ius executiuum acquisitiotus possessionis non sit ortū ex partium conuentione ad hoc, ut oriatur, debet præcedere libellus, & litis ꝯt. ut in auth. offerat. & ī. de sent. l. prolatā. Sicut uidemus quod ille q hēt naturalē possessionē, debet agere ꝯ eū, q hēt ciuilē rei vendicationē, multo magis hic, quia per ingressum hēt solū detētionē, ut l. 2. §. 1. ff. ad exh. & de vsufru. l. cuiuscunq; §. 1. & no. de rei uendi. super rub. de acq. pos. l. Pomponius, §. si is qui precario. & ī. ubi in

28 in rē actio. l. 1. Dubitari posset † cum creditor [f] inuenit debitorem

f armata manu resistentem, an creditor implorando officium manus militaris dēat offerre libellum? Quod vr̄, quia tale ius ingrediēdi violenter, non fuit ortū ex iudiciū ex pacto, ut dictū est, ergo vr̄, quod dēat ꝓcedere sñia, ut dictū est: credo m̄ quod dēat ꝓcedere summaria cognitio, quia ius executiuū est ortum ex iudiciū: auxilium manus militaris est coadiuuatiuum illius iuris executiui, nec est per se ius, ut ff. ue uis fiat ei, l. si quis missum. de rei uend. l. qui restituere. Iuxta

g præmissa [g] q̄ro, † an cum iudicis officium imploratur, ut declaret

29 nullum ꝑtium rei, dēt offerri libellus, & ordinariè procedi? de quo dixi ī. in 2. q. princ. uersi. ulterius. de quo loquitur l. ult. §. 1. ī. de in. do. imp. Breuiter dico, quod libellus nō est necessarius, sed res expeditur causa summatim cognita, quia non petitur contra partem aliquid, sed solum res æstimari petitur, ergo non offertur libellus, sicut qñ petitur dari tutor, ut l. diuus. q pe. in & no. in Spe de of. iu. §. officium. uer. porro. Præterea, quod hæc res æstimetur, est quoddam ius executiuum, personalis obligationis, per quod quis consequit quod sibi debetur, ut sup. de execu. rei iud. l. ordo, & l. fin. si in cau. iud. pig. in l. 2. sed in isto iure executiuo non offertur libellus, ut ī. dixi, ergo, &c. Erit igitur ordo, quod pars citetur, si velit aliquid opponere, quare non debuit fieri ista executio. & si habita cognitio-

h ne summaria nil iustum contradictionis [h] ostendat, tunc iudex faciat partes eligere duos bonos æstimatores, ut ī. de sec. nup. l. hac edictali. §. is illud: uel ipse iudex eligat, ut in Auth. de non alie. §. q̄d autem. unde sumitur auth. si quas ruinas, ī. de sacros. ecc. & eos faciat iurare de æstimatione tantum legaliter facienda, ut dictis legibus patet, & ī. de fid. inst. l. comparationes, licet quædam gl. videatur uelle, quod tales personæ non debeant iurare & no. ī. de testi. l. iusiurandum. & ff. de ven. insp. l. 1. circa princip. super uer. uel duę, & malè, per dictas leges. Et tunc iudex, secundum eorum æstimationem faciet declarationem. Sed si ex conuentione possessionē rei ingrediatur, & iudicis sententia, dicetur ne pignus ꝑtorium, uel conuentionale? Ros. in d. ti. de edic. di. Adr. tol. dicit quod est conuentionale, ar. ff. de nou. l. si ita fuero stipulatus. §. fi. cum iudex non det pignus, sed datū ꝯfirmet, seu exequat. In ꝯtrium facit quod dr̄, tutorē ꝯfirmatū esse datiuum, ut ff. de test. tute. l. iure nr̄o, io fi. & no. per Dy. sup rub. de ꝯfir. tu. p Cy. de ꝯfir. tu. l. x. m̄ puto Ros. benè dicere: & illud, quod de tutore dr̄, est, quia tutoris datio fuit inualida. Ad quod facit ff. si cer. per. l. certi condō, §. quoniam. & hoc est utile propter ea, quæ notantur per Dyn. in c. qui prior. de reg. iur. lib. 6. Deo gratias. Amen. Repetita per me Bar. de saxo ferrato minimū inter legum Doct. in fęlicissima Ciuitate Perusii, Anno Dñi 1345. Die Mercurii ultimo Mensis Martii. Laus Deo Saluatori nostro.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Pro ꝯcordia. Aduerte qd igredi pt ꝓpria authoritate possessionē dñs rei emphyteuticæ ꝑsupposita ipsa caducitate emphyteusis ipso emphyteuta ꝯdicēte. Ita do. Ias. in l. 1. expediēdo gl. in uer. repellere. C. de iure emphy. all. Bar. tenere, in l. certa forma. C. ut in pos. leg. Cōtra, alle. Bart. tenere in d. l. 2. & ꝯ principiū distinctionis, ubi tenet negatiuā, & ibi alle. Bar. sibi ꝯtrari in hac repe. l. creditores. in 4. q. prin. in ver. & prædicta vera, &c. quando in instrumento innestituræ adest ꝯstitutū, uel ꝑcariū, positū in pacto de ingrediendo bona debitoris ꝓpria authoritate, quia saltē ciuilis possessio est penes creditorē, iō incōtinēti posset ꝓpria authoritate, quia dr̄ potius defensio q̄ occupatio, tanq̄ spoliatus ab illa ciuili falsē possessione, q̄ habet, posset incontinenti vim, vi repellere, ut contingit in simili in l. cum fundum, ff. de ui, & ui arm. ubi amplè per Doct. & sic in duobus vr̄ ꝯtia. Sed quia aptas accomodat ipse solutiones in d. l. 2. iō dicendum ut ibi per eum, qui ualde subtiliter, & copiosè loquitur post Imo. in c. potuit. de loc. Alia etiam posset colligi solutio, ut in apostil. do. Ale ad Bar. in d. l. 2.

ALIA CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Pro ꝯcordia. Aduerte, qdā debitor obligauit Sēpronio oia bona sua, & ꝯstituit se eius noie ꝑcario possidere, & sic ꝑsumit sibi retinuisse corporalē possessionē tm̄ in dubio. sed ꝯtigit, qd postea debitor idē alteri uendidit, & tradidit unā de suis reb. an ex hoc sit priuatus Sēpronius sua ciuili possessione. Bar. ur̄ sentire, qd sic, in l. Celsus. uer. sed pone, qd debitor. ff. de vsuca. Contrarius tm̄ allegat hic uer. sed pone, qd debitor. Tu dic, Bar. in d. l. Celsus, non loquitur de uera tradōne in singularē successorē, sed qñ debitor seu uēditor constituit se eius nomine possidere, & casus essent valdè diuersi, quia si nullo mō possidet, ꝯstituens nullā trāsfert, ꝑ ea q̄ habentur

ADDITIONES.

a Alex. Dari libellus. Vbi proceditur summariè, non datur libellus. Adde quod no Bal. in auth. offeratur, & legitur, & no. in Clem sæpè. Bar. in extrau. ad reprim. in uerbo, summarie, & quod rescriptū est § tripli Inst. de act. & Bart. in l. ne quicquam, §. de plano de off. procon. & omnino uide quod no. Specu. in tit. de ver. ob §. restat. uersi. sed dic. tamen dicit Inn. in c. nouit de iud. quod licet interdum ordo solennis nō requiratur non tamen vitiat, si seruetur, ut no. Bar hic. infra pro. a. in uer. idem tenet Spe in ti. si uero ꝓbatur [illegible] ... instr̄m hēat executionē paratā sine libello, quia intelligit, si producant instr̄a in scriptis, si probentur p testes. Ita sequitur Pa. de Ca. in l. testiū, all. in l. nullū. ī. de test. & uide quod no. Bar. in l. fi. in uer. ulterius procedo. de edic. diui Adr. Bar in l. generali. ad n. de sacros. ecc. & quod ibi dixi post Bar to. in l. pe. infra de pe. per Bar. no. in l. [illegible] de fideiu. in l. 1. supra vi in poss leg.

b Ale. Procedere ordinariè. Et sic no. quod ubi procedendum est summarie, licèt procedatur ordinarie, tenet processus. no. Bal. in l. quod fauore. supra de leg. ubi dixi.

c Ale. Ratio est ut dixi. Vide in l. ædem. C. loc.

d Prohibere. No quod impedientem me uti possessione mea, possum propria authoritate prohibere. Adde Iasō per Bar. in l. 1. § nunciatio. de ope. no. nun. quod limitat, nisi esset dubium, quod fieret resistentia, sm Bar. supra ea. l. per regulam. non est singularis de reg. iur. & per eum in l. iuste possidet. de acq pos. & latè supra, ea. l. au lec.

e Menoch. Quod colonum. Ale. in consi. 1 ? [illegible] lib 4.

f Menoch. Cum creditor. Ale. consi. 21. in fi.

g Ale Iuxta præmissa. Quæro practicam, qñ qs facit rē æstimari uide Bar. in l. ne quicq̄ §. ubi decretū, ff. de off procon. & Bar in auth. offeratur & Bal. in l. 1 § fi. de nar. & extraor. cog. & quod ibi dixi. Item ubi agitur officio iudicis pro exhib[illegible] one reuere[illegible] non requiritur libellus, tex. est, & ibi Bal. in l. ne quicq̄ §. de pla[illegible] of. procō. Bar in l. ab hostib §. sed quod simpliciter, qui. ex cau. mai. & quod no. Bal. i auth. cōtra qui, i uer. q̄ro, quo iure. de nō nu. pec. ubi ēt in fi. [illegible] huius l. in 5. q. per totum.

h Menoch. Contradictionis. Ruy. consi. 145. in 6. lib. 4.

bentur in l. quod meo. ff. de acq. pos. Si aūt omnem posse. haberet uenditor, tunc utramq; transferret, & fieret præiudicium Sempronio. Sed si tñ naturalem habet uenditor, & Sempronius ciuilem, ut in casu proposito, certè ubiq; concorditer tenet Bar. quod Sēpronio non generatur præiudicium, quia sine animo suo nō potest priuari sua possessione, ideo de facto intrare posset propria authoritate, intellige tamen secundum distinctiones, de quibus hic.

LEX IIII.

Cum te pecuniam. Necessitas rei familiaris non est iusta causa rescindendi pignoris contractum. hoc dicit.

LEX V.

1 *Collusio debitoris uel præscriptio quæ contra eum currit, non nocet creditori ius suum prosequenti.*

2 *Sententia contra debitorem lata non præiudicat creditori, si appareat de collusione debitoris.*

3 *Præscriptio currens contra debitorem, nocet creditori.*

1 Præses. Collusio debitoris, uel præscriptio, q̄ ꝯ eum currit, non nocēt creditori ius suum prosequēti. hoc dicit 2 †Not. ꝙ sñia ꝯ debitorem lata non præiudicat creditori, si appa- 3 reat de collusione debitoris. hoc primo. Secūdo no. ꝙ † pˀscriptio currens ꝯ debitorem, non nocet creditori, ut hic. Modo opp. dr̄ hic, ꝙ sñia lata ꝯ debitorem non nocet creditori. Contra imo vr̄, ꝙ debeat nocere creditori. Vnde opp. de l. si superatus. §. fi. e. ti. So. ibi debitor primo fuit uictus postea obligauit rem creditori, unde creditor non pōt hr̄e plus iuris q̄ ipse debitor, & ita intelligatur ꝯtrarium. Sed ꝯ prædicta instatur de præalle. l. si superatus, in princ. Sol. Ibi lis erat agitata per ipsum debitorem ignorante creditore, quod ideo non præiudicat creditori, hic autem erat agitata sciente creditore, quo casu etiā sibi p̄iudicat, nisi in istis duob. casib. hic, & l. sæpe. §. sed scientibus. ff. de re iu. Signetis gl. circa fin. quæ colligit ista memora.

LEX VI.

In summa. Expensas necessarias ad bonum publicum factas à creditore, pōt creditor a debitore repetere. h. d. No. ꝙ dixi in summario. Quæro quo ad declarationē legis nostræ, quid de colono, qui fecit istas expensas, nunquid poterit repetere? Tex. vr̄ dicere ꝙ sic, arg. l. ædiles. ff. de uia publ. Sed quid de usufructuario, dicas ut l. hactenus. & ꝙ ibi no. ff. de usuf. & quod no. per Dy. in l. quæro. ff. de usufr.

LEX VII.

1 *Per alienationem legalem tollitur ius pignoris, sed per præscriptionem sic.*

Vsucapio. Hæc lex legitur duob. mod. in glo. Primo mō legitur, licet sit secūds modus in gl. uidelicet, ꝙ aliqs usucapiens rē alienā, obligauit eā mihi ante pfectum usucapionem, postea facta est usucapio, & fm istum modū pones hūc a casum. ᵃ Titius possidebat aliquam rem mobilē Sempronij bona fide usucapiebat, postea eam pignorauit, ꝙ perfecta est usucapio, quid erit de iure pignoris. Certe confirmatur, quia usucapio non applaudit huic literæ, quare gl. in prin. ponit casum, in quatuor p- 1 sonis, ut habetur in gl. fm istum intellectum noi. † ꝙ per alienatio- b nem legalem non tollitur ᵇ ius pignoris, ut l. alienationis verbo. ff. de ver. sig. Modo contra istum tex. opp. dr̄ hic, usucapio non tollit ius pignoris. Cōtra de l. 1. & 2. ī. si aduer. cre. Sol. ibi loquitur in præscriptione, hic in usucapione. Ratio diuersitatis est, quia in præscriptione oñditur maior negligentia eius, ꝯ quem præscribitˀ q̄ in usucapione, quia maius tempus requiritur in ea, q̄ in usucapione, vt hic, & ibi no. Item op. de l. & nondum. §. quod dr̄. ff. e. ubi creditor dēt probare rem fuisse in bonis debitoris, quod non poterit pbare hic, quia res est usucapta. quare malè. Sol. dic, ꝙ creditor debet probare rem fuisse in bonis debitoris tpe ꝯt̄us, ut ibi: non aūt requiritur, ꝙ probet rem esse in bonis debitoris tempore quo agit, & ita debet intelligi hæc lex. Vltenus instatur, & vr̄, ꝙ hic sumus in circulo & falgatello, ꝙ oñdo. Creditori per usucapionem non p̄iudicatˀ, vt hic, & creditor poterit p hypothecariā auocare rē ab usucaptore, & per ꝯñs debitor occasione pignoris debitum soluendo, poterit eādē rē auocare à creditore, & p ꝯñs usucaptor dñs effectus, rei uendicatione eandem rem auocabit à debitore, & iterum debitor ab eo usucaptore, & sic sumus in circulo, ꝙ est ꝯ l. dominus testō. ff. de cond. inde. §. fi. & q po. in pig. hab. l. Claudius. Quid dicemus? Gl. dat hic duo vel tria rēmedia. Dicit glo. & remedium erit istud ad euitandum istum circulum, quod debitor faciat sibi cedi à creditore ius, qđ hēt in re, aduersus usucaptorē. Istud remedium non vr̄ bonum quia aut tu dicis, ꝙ cedatur actio personalis, & hoc est falsum, quia eidem contra eundem, non potest cedi. Aut tu dicis, ꝙ cedatur hypothecaria, & hoc est falsum, qa ista hypothecaria est extincta personali actione p solutionem, De quo ui c de per Dy. ᶜ in l. fideiussorib. ff. de fideiuss. quare gl. dat aliud remedium, videlicet, ꝙ creditor cedat debitori ius retentionis, ꝙ habet ex sñia lata inter usucaptorem, & ipsum creditorem, ꝙ est falsum, quia postq̄ usucaptor restituit vigore sñiæ creditori illam rem, nullum ius remanet contra eum ex sñia. quare gl. dat aliud remediū, videlicet quod debitor dimittat creditori, & dat eidem in solutū istam rem pignoratam. Istud etiam vr̄ falsum, quia usucaptor hanc eandem rem ab eo creditore adhuc poterit auocare rei uendicatione, nisi dicas secundum D. Ia. quòd det sibi in solutum, & remaneat sibi ius saluum pignoris, quo usucaptor non poterit rem illam auocare, nisi debitum soluat, secundum D. Iac. Vel dic, ꝙ etiā circulus iste tollitur per solutionem factam eidem creditori ab ipso debitore, per quam solutionē tollitur omnis oblō, vt Inst. qb. mod. tol. ob. in prin. & per ꝯñs actio tam personalis q̄ hypothecaria: & sic creditor amodo per hypothecariam non poterit auocare, & ita debet intelligi fm D. Iac. Item quæritur, nunquid lex ista habeat locum, etiam si res mobilis sit usucapta per spatium decēnij. Plac. dicebat ꝙ non, quia res mobiles triennio usucapiuntur, non decennio. Breuiter tu dicas contrarium, & teneas opi. gl. no. in l. 1. ī. si aduer. cre. & hic.

ADDITIONES.

a Ale. Pones hunc casum. Vide gl. & Bar. in l. 1. sup. de ser. fug. & in aliis partibus huius gloss.

b Ale. Non tollitur. Vide Bal. & Ang. circa hoc in l. 1. C. si aduer. cred.

c Ale. Vide per Dy. & ibi Bar. sed Bar. hic tenet hanc opi. gl. quam Bal. reprobat.

LEX XIII.

Quamuis. Licet debitor sit condemnatus, si non soluit non tollitur ius pignoris. h. d.

LEX IX.

Si dominium. Fructus computantur in sortem, & extenuant debitum. h. d. No. quod dixi in summario.

LEX X.

1 *Creditor si uult uendere pignus, debet debitori denunciare.*

a Debitores. ᵃCreditor potest prosequi ius pignoris, licèt debitori non sit denunciatum ut soluat. h. d. No. ꝙ dixi in summario. Oppo. de l. si conuenerit. & quod ibi no. ff. de pig. act. & l. fi. de iure do. impe. Sol. Quandoq; creditor uult tā tum ius pignoris prosequi, & tunc denunciatio nō est necessaria, 1 vt hic. † Quandoque creditor uult pignus uēdere, & tūc denūciatio est necessaria fm formam d. l. fi. de iure do. imper. & not. in præalleg. l. conuenerit. Quandoque creditor vult constituere debitorem in mora, & tunc denunciatio est necessaria, nisi dies esset apposita, ut l. magnam. ī. de contrah. & commit. stipul. & l. si ex legati causa. ff. de uerb. obli.

ADDITIO.

a Alex. Debitores. Intelligitur tamen secundum l. 3. inf. de non. & declarat Bar. in l. minor. inf. quæ res pig. obl. poss.

LEX XII.

1 *Pignus debet reddi hæredi, licèt in instrumento non fiat mentio hæredis, & [illegible]*

1 Si uxor. †Licèt de pignore instrm non sit confectum, nihilominus creditor hēt plenum ius h. d. Ista litera, licèt instrō eius, & cætera, pōt intelligi duob. modis, uno mō put 2 dixi in summario. Alio modo, ꝙ † licèt in instrumēto non fiat mētio hæredis, tamen hæredi pignus est reddendum, ut dicit gl. & iste magis est notab. ut l. si pactum. ff. de prob.

LEX XIII.

Cum dominam. Debitor creditori potest cedere omne ius, quod habet in pignore, nisi obstet ratio ætatis. h. d.

LEX XIIII.

Distractis. In electione creditoris est agere, actione personali contra debitorem, vel hypothecaria contra possessorem pignoris. h. d. No. ꝙ dixi in summario. Op. de l. Moschis. ff. de iure fisci. vr̄, qđ primo debet agi, vel conueniri personali actione obligatus. Sol. Ibi loquitur in tacita hypotheca. hic in expressa. Sed ꝯ istam solut. instatur de §. sed neque. in Auth. fideiussor. coll. 1. quā habetis ī. e. in Auth. hoc si debitor. Solu. Domini, ista iura corriguntur p illū §. sed neque Sed ꝯ istam sol. instatur de §. ad hoc, in Auth. de litt. ubi vr̄, qđ indistinctè possim agere, ꝯ quemcunque ego uelim. So. Dic, ꝙ illa Auth. loquitur in casu speciali, & hanc sol. sequitur gl. in fi. ī. co. auth. hoc si debitor. & hæc est uera secundum nostros Doct.

LEX XV.

1 *Alienatio facta per debitorem præiudicat creditori utenti iure pignoris.*

2 *Factum debitoris non nocet creditori in iure pignoris.*

a 1 Debitorem. ᵃ† Alienatio facta per debitorem non præiudicat creditori utenti iure pignoris. hoc 2 dicit. No. † ꝙ factum debitoris non nocet creditori in iure pignoris, ut hic. Sed oppo. in auth. hoc si debitor. ī. e. ubi fit deterior ꝯditio creditoris per alienationem. Sol. circa ius pignoris nullum fit præiudicium creditori, ut hic, sed circa ordinem conueniēdi sic, & ita loquitur lex contraria.

ADDITIO.

a Alex. Debitorem. Intelligitur secundum l. 3. inf. de noua. & declarat Bar. in l. necessario. § quæ res pigno. obli. poss.

LEX XVI.

Et si frater. Mutuans alienam pecuniam suo nomine, quærit sibi ius pigno. & non domino pecuniæ, hoc dicit.

LEX XVII.

1 *Res empta ex pecunia pupilli est ei obligata.*

a **Quamuis.** Res empta ex pecunia mutuata, non est obligata, nisi de hoc specialiter, vel generaliter conueniat. h. d. No. quod dixi in summario. Opp. dicitur quod res empta ex pecunia mutuata, non est obligata. Contra de l. idemque, in princip. ff. qui pot. in pign. hab. Solu. est dare regulam, & instantiam a regula. hæc est regula, quod res empta ex pecunia non est obligata. Fallit † si ematur ex pecunia pupilli, vt in contrario, sicut & aliàs videtis in emptione, quæ fit ex pecunia pupilli, & aliarum personarum, de quibus habetis in l. si vt proponis. C. de rei uen. de quo dic vt ibi no. per Cy.

ADDITIO.

a Ale. Ex pecunia. Res empta ex pecunia mea non est mihi obligata. Faciunt ad hoc no. per Bar. in l. si cum dotem. §. fi. ff. so. ma. nisi bona fuerint generaliter hypothecata, quia tunc illa in ista re. l. fi. & fi auth. ibi posita. ff. qui po. in pig. ha. habent tam priuilegium, scilicet personales actiones, ut no. gl. & Bar. in d. l. hoc adde tamen quod gl. in auth. quoque iure, aliàs, sed nouo iure, per illum tex. de ac. & ob. tenet quod si res empta ex pecunia mea, quæ fuit mutuata, ad quod no. de quo per Bar. in l. interdum. ff. qui po. in pig. ha.

LEX XVIII.

1 *Pignoratitia actio est personalis, & quid de hypothecaria.*

a **Pignoris.** Op. quod non sit realis, sed vt personalis, quia oritur ex contractu, vt Inst. quib. mo. re con. obli. §. fi. quod non est de 1 natura realis, vt in §. omnium. Inst. de act. Sol. † Aut loquimur de pignoratitia actione, & illa est personalis, vt in contrario. Aut loquimur de hypothecaria, & illa est realis, ut hic. Sed contra istam sol. instatur, & videtur quod et hypothecaria sit personalis, quia oritur ex pacto, vt l. si tibi decem §. de pignore. ff. de pac. quare male Sol. dicas, quod hypothecariæ actionis duæ sunt causæ. Vna mediata, vt puta, pactum, vel consensus, & de hac loquitur præalleg. §. de pignore. Alia est causa immediata, quæ est in hypothecaria actione, vt puta, ius quod constituitur in pignore ex pacto, & secundum hoc etiam hypothecaria est realis, quia oritur ex iure, quod quis habet in rem sicut aliæ reales, ut in d. §. omnium. & quod ibi no. per gl. & Dy.

ADDITIO.

a Ale. Opp. quod non sit realis. An hypothecaria, & pignoratitia sint in rem, uel in personam, & quomodo, uide no. Bar. in §. tertio in proœ. Digestorum. & quod hypothecaria nihil habeat specialiter, est tex. in l. fi. sup. si unus ex pluribus. quem ibi ad hoc ponderat Bal. contra glo. in d. §. de pignore.

LEX XIX.

1 *Si creditor amisit pignus an debitor debeat probare culpam, uel ipse casum fortuitum.*

Sicut uim. Creditor tenetur de dolo, & lata culpa, & leui, non de casu fortuito. h. d. No. quod dixi in summario. Quæro, de qua culpa debeat intelligi l. nostra. Breuiter dicas quod debet intelligi de lata culpa, & leui, non de leuissima, cum sit contractus, qui grauat utrumque contrahentem, ut Inst. qui mo. re con. ob. §. fi. De quo dic 1 vt ibi, vbi est bona gl. Item quæro, † amisit creditor pignus, debet ne ipse probare amisisse per casum fortuitum, an debitor debeat probare dolum, vel culpam? Vide gl. hic remittit ad ea, quæ no. in l. si creditor. de pig. act. Vnde circa hanc q. gl. nostræ uariant. Gl. in l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de ed. dicit, quod debitor primo debet probare dolum, vel culpam creditoris intercessisse, & si creditor vult postea probare casum fortuitum, admittitur, & excusatur. Et intelligunt istum tex. quando sit casus spalis in argentario. Et ita etiam no. gl. in l. si quis fundum. §. Imperator. ff. loc. circa prin. ti. Gu. de Cu. in d. l. si quis ex argentariis. §. fi. reprobat istam gl. per rationem istam, quia si probatur dolus vel culpa creditoris ad quid prodesset creditorem postea probare casum fortuitum? Certe ad nihil. Quare dicas vt no. & melius, Insti. qui mod. re contra. oblig. §. fi. ubi est bona glo. & in l. si creditor. C. de pig. act. & istam gl. communiter approbant Doc.

LEX XX.

1 *Agere inuitus non debet quis cogi.*

2 *Oblatio, consignatio, & depositio tantum operantur, quantum ipsa solutio.*

Creditor. Oblatio, consignatio, & depositio debiti, sufficiunt ad hoc, vt possit agi pignoratitia. h. d. Not. † quod 1 quis non debet cogi inuitus agere, ut hic. Secundo no. quod tantum operatur obla-2 tio, consignatio & depositio, quantum ipsa solutio, vt hic, &c.

LEX XXI.

Res obligatas. Extraneus soluens debitum pro alio, non quærit sibi ius pignoris, sed solum repetere potest. h. d. No. quod licet aliquis soluat pro alio debitum, non quærit sibi ius pignoris, vt hic. Sed op. dicitur hic quod per solutionem non quærit sibi ius in pignore. Contra de §. contra aut creditor. Insti. qb. alie. lic. vel non. ubi dicitur, quod acquirit dominium, hic autem dicitur contrarium, quare male. Sol. aut aliquis soluit creditori debitum, pignus emendo ab eo, quod tunc acquirit sibi dominium. Ita intelligitur lex contraria. quod intellige si pignus uendatur secundum formam legis, vt habetis in l. fi. de iur. dot. impe. & no. in l. si conuenerit. ff. de pig. act. Opp. & vi, quod iste soluens non habeat actionem ad repetendum quod soluit, unde opponitur de l. 1. in prin. ff. quib. mo. pig. uel hypot. sol. Sol. Aut iste soluens possidet pignus, & tunc non habet actionem, sed ipsum pignus retinere potest pro eo, quod soluit. Et ita intelligatur lex contraria. Aut ipsum non possidet, & tunc datur sibi actio: ita intelligitur hic. Sed quæro iuxta hoc, quæ actio sibi datur ad repetendum. Breuiter dicas, quod aut debitor principaliter sibi hoc mandauit, ut solueret, & tunc habebit actionem mandati, ad repetendum: aliàs habebit actionem neg. gest. in l. 2. ff. man. Inst. e. in. §. 1.

LEX XXII.

Secundus creditor. Secundus creditor offerens debitum primo creditori, confirmat sibi pignus pro eo, quod soluitur, & etiam in usuris non pro usurarum usuris. Not. quod dixi.

LEX XXIII.

1 *Pignus si contrahitur non solum consensu, sed etiam traditione, si remittitur, non tollitur ipso iure, sed per exceptionem.*

Maior. Sicut pignus nuda conuentione contrahitur, ita nuda conuentione remittitur. h. d. No. quod pignus remittitur, seu tollitur nuda conuentione, ut hic. Contra legem nostram instat, dicitur hic, quod per remissionem, ius pignoris tollitur ipso iure. Contra, immo videtur quod per exceptionem, vnde op. de l. si tibi decem §. de pig. ff. de pac. ubi dicitur, quod tollitur per exceptionem. Sol. Aut pignus contrahitur non solum consensu, sed etiam traditione, & tunc per remissionem non tollitur ipso iure, sed per exceptionem, ut in contrario. Aut contrahitur solo consensu, & tunc consensu contrario dissoluitur ipso iure. Sed contra istam solutionem instatur de l. debitum. C. de remiss. pig. Sol. Ibi remissio fuit inutilis. Sed contra istam sol. instatur de l. 1. §. 1. qb. mo. pig. uel hypo. so. Quantum ad 1 præsens dicatis duo uerba, † quandoque pignus contrahitur non solum consensu, sed etiam traditione, & tunc si remittitur tollitur per exceptionem, ut d. §. de pignore secundo ritu. Quandoque contrahitur solo consensu, & tunc † secundum lac. Bu. aut fuit expressa remissio pignoris, & per remissionem tollitur ipso iure, ut hic, aut non fuit expressa pignoris remissio, sed tacita, vt quia remittitur debitum, & tunc aut ista remissio est utilis, aut inutilis. Si est utilis, de hoc dic, ut no. in d. §. de pig. Si uerò est inutilis, aut est eadem causa uitiandi tam remissionem debiti, quam remissionem pig. & tunc utraque uitiatur, & ita loquitur l. debitum. de remis. pig. Aut non est ead. causa uitiandi, & tunc habet locum l. 1. §. 1. qb. mo. pig. uel hyp. sol. Et dic plenè de hac materia, ut d. l. si tibi decem, §. de pig. per gl. & Doc.

LEX XXV.

1 *Debitore possidente in electione est creditoris, uel personali agere, vel hypothecaria.*

2 *Hypothecaria non potest intentari contra possessores bonorum antequam sit actum personali.*

3 *Et si debitor est absens fertur quædam interlocutoria contra eum, tanquam contra contumacem, & fiet excussio bonorum ipsius.*

4 *Contra fideiussorem possidentem potest creditor agere quacunque actione uelit, tam reali, quam personali.*

5 *Qualiter intelligatur actum cum reo, ut postea agatur contra possessores.*

6 *Qualiter fiat excussio bonorum rei principalis.*

7 *An sit necesse, quod iudex pronunciet excussionem legitimè fore factam.*

8 *Si fuit actum hypotheca. contra possesso. bono. non conuento primo reo principali, nec facta excussione, ualebit processus, & sententia.*

a **Persecutione.** a In electione creditoris est agere personali, uel hypothecaria: quod est uerum debitore possidente: possidente autem extraneo oportet, quod primo agatur contra b reum, & fideiussores. h. d. cum Auth. hic posita. No. quod hypothecaria b potest intentari contra extraneum possessorem, nisi primo agitur contra reum & fideiussores, & fiat excussio bonorum, vt hic, quo facto potest agi contra posc sessores bonorum debitoris, ultimo contra possessores c bonorum fide-2 iussorum, ut hic uidebitis. Oppo. dicitur hic, quod hypothecaria non potest intentari contra possessores bonorum, antequam sit actum personali. Contra, de §. & hoc autem in Auth. de lit. col. 8. & de auth. hinc ita, C. eo. tit. So. dixerunt quidam, quod hæc corrigit per illam, quia illa est ulti. Ista solu. est falsa, quia quod non immutat quare stare prohibeat, ut l. sancimus. C. de testa. Quare dixerunt alii, quod in lege contraria possessor habet causam à debitore: & ideo sicut ipse debitor poterat conueniri quacunque actione, ita & possessor causam ab eo habens. Ista. solo est falsa per l. apud Celsum. §. de auctoris. & §. si quis autem ex causa legati. ff. de doli. exceptio. Quare dixerunt alii, quod ista intelligitur secundum illam, & illa secundum illam. Ista sol. est dicere contra tex. illius l. Quare dixerunt alii quod aut loquimur de tacita hypotheca, aut de expressa. Primo casu habet locum auth. nostra, hic posita. Secundo casu habet, locum lex contraria, & sic etiam erat olim de iure antiquo, ut l. Moschis. ff. de iure fis. Ista so. reprobatur per glo. & merito, per l. cum possessor. in fi. ff. de censi. verum est, quod glo. alibi approbat istam solo, & approbat d eam in §. sed neque. in Authen. de fideiuss. unde sumitur ista. Quid dicemus: d Teneas so. lo. positam hic, in fi. gl. magnæ: & approbat eam Azo in summa. eo. tit. & d. Ia. hic, & communiter oes Do. lo. nostri, Et so. hæc est, quod lex contraria loquitur in casu spali, videlicet quando lite copta contra debitorem, ipse debitor alienauit, quo casu licet non contrahatur

ADDITIONES.

a Ale. Persecutione. Hic uide no. in auth. matri, & auiæ. & authe. hoc si debitor, & quæ tractantur per Mod. Inst. de act. §. item si quis in fraudem.

b Ale. Hypothecaria. Ad istud contrarium uide Bar. sup. eo. l. distractis.

c Menoch. Possessores. Rola. à Valle cons. 79. num. 1. 4.

d Ale. Quid dicemus. Si pendente hypothecaria contra debitorem fiat alienatio, non requiritur excussio, adde Bal. hic in prin. & in d. l. 1. uer. Quæro quid si debitor sup. que in frau. cred. & quod no. Bald. de litig. auth. litigiosam fin. & no. ad intellectum huius auth. siue tertius possessor habeat titulum inualidum, & ab extraneo, & non habente ius alienandi, siue non, ut est gl. & ibi Bal. in l. rei. se dist. pig. & quod no. hic gl. in prin. & adde quod est dare casum singularem, in quo etiam in uenditione requiritur excussio, ut in casu auth. contra. & ibi Bal. in prin. supra ad Treb.

trahat vitiũ litigiosi q̃tũ ad oĩa, tñ ꝯhitur q̃tum ad hoc, vt possessor cũm hñs à debitore possit cõueniri, ẽt anteq̃ sit debitor, & ista est vera so. & rectus fuit intellꝰ illius legis. Modo pro decl̃one legis nr̃ę, q̃rit gl. quæ incipit, qđ si debitor sit absens, quam signa. Dicitur hic, ꝙ oportet primo q agaĩ ꝯ reum principalẽ. Quero, † 3 debitor est absens, nunquid potero agere [a] ꝯ possessorem bonorũ; Gl. determinat hic indistinctè, ꝙ sic, sicut & aliàs diximus in fideiussore, vt in Auth. de fideiuss. §. 1. colla. 1. Tu verò ſm Iac. Bu. limita istam gl. sic, videlicet, ꝙ ẽt si necesse agi ꝯ principalem debitorẽ absentem, non adeo, vt diffinitiua feratur ꝯ eum, q̃a ferri non posset, q̃a li. non ꝯt. sed bñ ageĩ ꝯ eum, [b] & feretur quædam interlocutoria ꝯ eum, tanq̃ ꝯ contumacem, & fiet discussio bonorũ ipsius ar. l. pñti. §. 1. & 2. ĩ. de his q ad eccl. confu. Vlterius q̃ro, dĩ hic, ꝙ ꝯ debitorem possidentem põt creditor agere quacũque actione velit. Quæro † 4 quid de fideiussore, [c] nunquid ꝯ fideiussorem possidentem poterit creditor agere quacunque actione velit? Quidam dixerunt, ꝙ non, & no. gl. in corpore auth. vñ hæc sumiĩ. Gl. hic, & melius ſm nostros Doct. tenet ꝯtrium, ꝙ idem sit in fideiussore possidente, qđ in reo principali. Et hanc approbat d. Iac. hic, & rectè, vñ ordo conueniendi ſm gl. & nostros Doct. est, ꝙ agatur primo ꝯ reum principalem reali, vel ꝑsonali actione, & postea ꝯ fideiussorem possidentem reali, vel personali, & postea agetur ꝯ possessores bonorum rei principalis. Vlt. peruenit ad possessores bonorum fideiussoris, & iste ordo rectè colliř ex d. §. sed neque. Item extra gl. q̃ro dĩ hic, ꝙ non dẽt agi. ꝯ possessores, donec ꝑsonali actiũ sit cum reo: quæro † 5 qualiter intelligaĩ actũ: Bř est dicendũ, ꝙ dẽt intelligi cũ effectu, adeo, ꝙ reus sit cõdẽnatus, ar. l. ignoti. ĩ. de his quæ in frau. cred. & in l. 1. C. de decu. li. x. & ar. in l. 1. in fin. ff. ꝙ quisque iur. quod intellige, si reus sit pñs, adeo ꝙ diffinitiua possit ferri ꝯtra eum, alias dic, vt dixi ĩ. in qõ. quid si debitor sit absens. Quæro, dĩ hic, quod dẽt fieri excussio bonorũ rei principalis, quęro † 6 qualiter fiat? [d] Bř, istud qualř fit, colliř ex l. pñti. §. 1. & §. sicubi. de his qui ad ecclesias confug. inter alios modos ſm Iac. de Are. est, quod fit discussio bonorum per nuncium publicum, cui referẽti iudex credat, vt l. magis puto. §. ne tñ. ff. de reb. eo. & ar. l. ea quidẽ. de accus. Cautela tñ est ſm eum, qđ mittantur duo nũcij, quia in ore duorum stat oẽ verbũ, arg. in Auth. de testib. in princ. Sunt & alij modi, de quib. dic, vt no. per eum in trac. suo. Item quæro, † 7 nunquid sit necesse, quod iudex pronunciet [e] excussionem iurĩmè fore factam? Ia. de Are. tenet, ꝙ sic, ar. l. tutores. ff. de confir. tu. ibi, idoneis pronunciatis, &c. Ia. Bu. hic tenet, quod nõ debeat pronũciari, neque posset, q̃a cum sit actum ꝯ reum principalem, qũo ex isto processu feretur sñĩa in preiudicium possessoris bonorum, quia nihil habent inuicem cõe? Vnde concludit ipse, ꝙ pronunciatio nõ debeat fieri, ar. in l. sancimus. §. 1. & ibi bona gl. ĩ. ad Treb. multũ tñ facit ꝯ hanc opi. l. non tantum. §. senatus. ff. de fideic. li. Quæro, pone, † 8 actum fuit [f] hypothecaria contra possessores bonorum non conuento primo reo principali, neque excussione facta, nunquid valebit processus, & sententia? Videtur, quod non, quia peruertitur ordo ꝯtra l. prolatam. ĩ. de sen. & interloc. om. iud. In cõtrarium videtur l. 1. ĩ. de ap. & hæc vltima vera, secundum Iac. de Are. Non ob. contrarium, quia aut peruertitur ordo vnius causæ ad seipsam, & dico quod talis peruersio ordinis annullat sentẽtiã vt d. l. prolatam: Aut peruertitur ordo vnius causæ ad alteram, & tunc talis peruersio non uitiat processum, vel sententiam ipso iure. Et ita debet intelligi prałlẽ l. prima. de app. Alia dic, vt dixi in d. §. sed neque.

ADDITIONES.

a Ale. Potero agere. Si debitor est absens an requiratur excussio, ut agat actor contra tertios possessores. Sed Ia. de Are. in trac. excussionum, in fi. indistinctè tenet gl. de quo tractatu. Bart. hic facit mentionem in q. qualiter fiat excussio facta de commissione, & illam gl. simpliciter sequitur hic Barto. Adde, quid si pendente iudicio reus principalis cœpit abesse. Bal. consi. 363. li. 3.

b Ale. Agetur contra eum. Sed quid si sunt duo rei obligati in solidum, & actum est contra unum, & est facta excussio realis, & personalis, an agi possit contra tertium possessorem rerum, non excusso alio obligato in solidum; facit ad hoc l. à. ꝯ. de conuenien. fisc. deb. li. x. & ibi hanc qõnẽ format Bar. & plus nõ dicit, nec decidit. Vide Instit. de act. §. item si quis in fraudem. & Bar. in auth. sed hodie. in prin. de act. & obl.

c Ale. De fideiussore. Vide no. per Bart. in l. mulier. ff. qui pot. in pig. hab. & in l. Moschis, ff. de iur. fis. & dicit Bal. in d. l. mulier, quod si sunt duo rei, contra unum potest agi hypothecaria, antequam contra alium sit actum personali.

d Ale. Quæro quali. fiat. Qualiter fiat excussio, in auth. sed hodie. de ac. & obl. per Bar. & Bal. in l. à diuo. §. in uend. de re iud. & subdit Bal. in d. auth. quod & ꝑ forma fit excussio, uel si iudex talis iudicando in personali, quando fiat excussio, uide Bar. in l. duob. in pe. q. de duob. reis Bal. plenè in l. a. quandiu fiscus, vel priu.

e Ale. Pronunciet. Numquid in excussione sit sententia necessaria, adde Bart. & quæ ibi scripsi in l. stipulatio. §. habet, de ue. ope. nunc. & latè Instit. de act. §. si quis in fraudem. Alde. Rom. consi. 271.

f Ale. Actum fuit. Adde Bal. in auth. contra. sup. ad Treb. in fi. per Bar. in d. l. prolatã. in prin. not. gloss. & ibi Bart. l. a supra communi diuid. & l. si uerũ mancipium. §. 1. de euict. & consulunt Ange. per prædicta, & in terminis sequitur Bart. in l. cõuenticulam. de epis. & cle. Sed idem Bald. in l. 1. supra communi diu. post Barto. ibi. dicit tamen quod est necesse actori post lit. conte. excussionem facere, uel docere de inopia principalis, sed quòd semper in qualibet exceptione excussionis, & ordinis, sit necesse quod opponatur ante lit. conte. tenet Bald. in l. exceptionem, de prob. Qđ excussio facta pẽdente iudicio retrotrahitur, tenet Bal. in l. testa. supra de test. quod intellige secundum no. per eum in d. l. communi diu. & uide Bart. in l. excep. ff. de excep. Paul. de Castr. in l. si ff. si cer. pet. tenet, quod executio sententiæ possit opponi.

LEX V.

Seruo Extincto pignore, non extinguitur obligatio personalis. hoc dicit.

LEX VI.

1 *Cum agitur contra extraneum furem, illud quod cõsequitur creditor ultra debitum suum, reddit debitori.*

Si tibi Creditor potest agere actione furti, ꝯ furem ratione rei pignoratæ. h. d. No. qđ dixi in summario, ꝙ est verum, ꝙ potest agere actione furti, siue cõtra furem extraneum, siue cõtra ipsum debitorem subtrahentem. Sed est differentia, q̃a † 1 cum agitur contra extraneum furem, illud, quod cõsequitur ultrà debitum suum, reddit debitori, aliàs si ageret contra ipsum debitorem, nihil sibi restitueret, vt l. creditor. ff. de fur.

LEX VII.

1 *Lex non trahit se ad causas futuras.*

a Super hypothe. [a] Creditor, cui obligata sunt omnia bona à debitore, hẽt etiã obligatam militiam ex pecunia sua emptam uerè, vel ꝑsumptiuè. h. d. Quod est verũ. si ad hoc pecunia sit mutuata, h. d. cum auth. hic posita. Et diuiditur ista lex in tres partes. Nam primo dicit de militia empta filijs vel cognatis. In secũda dicit de militia empta eĩneis. In tertia parte q̃dam determinationẽ ponit seu limitationem p̃cedẽtiũ. Sc̃da ibi, ꝙ ita obtinere sancimus. Tertia ibi circa fi. ꝙ. s. in futuris. Not. quod dixi in summario. Sc̃do no. [b] d̃riam inter primum casum, & ſm quia ut dixi, si emitur militia filijs, vel extraneis, non est necesse creditori, ꝙ probet ex pecunia sua militiam fuisse emptam. In secundo casu non præsumitur. Tertio no. † 1 ꝙ lex non trahit se ad causas futuras, vt l. pe. ĩ. de trãs. & ĩ. de sacros. eccl. l. pe.

ADDITIONES.

a Ale. Super hypothecis. Et hanc legem declarat Bal. in l. in rebus. supra de iu. dot. Et ad hanc legem cum auth. ibi posita adde, quod legitur, & notatur per glo. & Bar. in l. quid ergo. ff. de priui. cred. & in l. licet. C. qui pot. in pig. habeantur.

b Ale. Secundo no. Adde, quod no. in l. Macedoniani. aliàs, sin autẽ. sup. ad Mace. & Bar. in l. si uentri. §. fi. in ff. de priu. cred.

In quibus causis pignus tacitè contrahatur. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a Vniuersa. Bona debentis soluere tributa, vel contrahentis cum fisco, tacitè [a] sunt obligata fisco. hoc dicit cum l. sequen.

ADDITIO.

a Ale. Tacitè. Tamẽ non idem operatur ac si esset specialiter alleg. ut est text. in l. 1. C. de ser. pig. dat. ma. licèt in pupillo sit secùs; quia res empta ex pecunia pupilli est et tacitè specialiter obligata. Tex. est & ibi no. in l. si tutor, supra de ser. pig. da. manu. ad hanc legem de tacita hypotheca fisci, vide no. in l. rescriptum. in prin. ff. de par. & Bar. in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iu. fisci. ubi & ego post eum. Item adde casum, in quo etiam cõtrahitur tacita hypotheca, uidelicet si res est empta ex pecunia usuraria, ut no. Bal. in l. tutor. supra de ser. pig. da. manu.
Menoch. Rola. à Valle consi. 32. nu. 1.

LEX II.

a Quamuis. [a] Fructus rei obligatæ tacitè sunt obligati, sed res ex pretio fructuũ empta nõ est obligata h. d. Et no. quod dixi in summario. Contra secundã partẽ summarij opponitur d. l. si rem ff. de peti. hær. Glo. non soluit. Dic, quod speciale est in vniuersali iudicio, vt petitione hæreditatis. & ita not. in l. contraria. Sed contra istam solutionem instatur d. l. mater. supra de rei vend. Sol. Secundum Iaco. hic, & ibi, est speciale: vt habeatur recursus ad pretium re perempta, vel præscripta. De quo dic plenè ut ibi solet notari per Doct.

ADDITIO.

a Ale. Quamuis. Et circa gl. a. hic, quæ uoluit allegare l. si miles. ff. ad mun. per quã legem dĩ, quod nulla ciuitas præter Romanam, habet hypothecariam regulariter in bona ciuium pro datijs præstãdis, & tributis. l. a. C. de iur. Reip. l. 11. & iõ expedit, quod ciuitas prouideat ut transeat res cum onere soluendi collectas cõi, & põt facere, ar. l. Antiochensiũ, ff. de priu. cre. §. fin. ad mu. l. ad munerum. §. præterea. de mun. et hono. Inno. in c. postulasti. de foro com. adde ad l. rescriptũ. de pac. & ꝙ ibi dixi, & Bald. in fi. de sacros. eccl. & ibi etiam quid in ecclesia, & Bald. in hac l. 2. & intellige hanc legem de fructib. naturalib. no. glos. in l. assiduis. qui potio. in pig. hab. in uer. quęro, an habeat locum ista tacita.

LEX IIII.

a Satis notum. [a] Bona dotalia sunt tacitè obligata pro administratione primipilarij, excussis tamẽ prius facultatibus p̃rimipili. h. d. No. ꝙ licèt regulariter bona dotalia non possint obligari propter debitũ mariti, fallit tamen in casu isto, ut habetis ĩ. ne vxor pro mari. per totum. &c.

ADDITIO.

a Ale. Satis notum. No. casum, in quo tenetur uxor marito, uide Barto. in l. 1. ff. solut. matr.

LEX V.

1 *Pignora obligantur tacitè locatori, si inuecta sunt, aliàs secùs, & nu. 2.*
3 *Creditor non potest retinere rem debitoris si non est obligata prætextu debiti.*
4 *Nisi peruenit ad eum de uoluntate debitoris eo animo, vt aliquod ius constitueretur in re.*
5 *Scriptor pro mercede sua & pro expensis, quas fecit in scriptura sua, potest retinere quinternos.*

1 **Si non inducta.** Ista est bona lex.† Licet inuecta, & illata sint tacite obligata locatori pro pensione, tamen si non ostendantur esse inuecta & illata, locator non potest ea retinere pretextu pensionis. h.d. No. q † pignora obligantur tacite locatori, si inuecta sunt, alias non. Scdo no.† q creditor non pot retinere rem debitoris sibi non obligatam, pretextu debiti. Modo opp. iste tex. vt uelle concludere, qd ea q sunt illata in fundum, tacite sunt obligata locatori pro pensione. C. dicta l. debitor. ff. de pig. ubi debitor induxit in fundum mancipia, & tamen illud non sunt obligata. So. aut illud, qd induxit in fundum, vel in domum, induxit ibi perpetuo permansurum, & tunc tacite obligatur locatori. Et ita pot intelligi hic a contrario sensu, vt l. x. ff. e. ti. Aut non inducitur ibi perpetuo mansurum, & tunc non est tacite obligatum locatori. Item instatur de l. certi. C. in. ubi ita demum sunt obligata locatori, si sciebat ea esse inducta Sol. Haec lex determinat, sm illam, qa ita demum ea q inducuntur in praedio rustico, sunt obligata locatori, si locator sciat, alias non. Secus in pdio urb. & ibi no. Inst. de act. §. item Seruiana. Et q sit ro diuersitatis, dic, vt in utraque earum not. Item op. dr hic, q creditor non pot retinere rem debitoris pretextu debiti. Contra de l. si non sortem. §. si centum ff. de cond. ind. Solu. Aut res debitoris peruenit ad creditorem de uoluntate ipsius debitoris, non, potest eam retinere pro debito suo. Et ita intelligitur lex. Contra. Secundo casu non, & ita intelligitur hec lex. Sed contra istam sol. instatur de l. praetextu, q est l. fi. C. com. ubi peruenit res ad creditorem de voluntate debitoris, & tamen non pot eam retinere. Sol. Aut res peruenit ad creditorem hoc aio, vt constituatur ei ius in re, & tunc creditor pot eam retinere. Et ita intelligitur, ea, quae dixi in §. si centum, & qd ibi no. Aut non peruenit hoc aio, vt aliqd ius ei constitueretur in re, & tunc non pot eam retinere. Et ita intelligitur praeall. l. fi. C. com. Sed contra istam sol. instatur de l. in teb. §. pnt. ff. commo. Br. pro horum sol. dicas duo uerba nam qnq; res debitoris peruenit ad creditorem fine uoluntate ipsius, & tunc creditor non pot eam retinere pro debito, & ita intelligitur hic † Qnq; peruenit ad creditorem de uoluntate ipsius debitoris, & tunc aut hoc aio, vt creditori aliqd ius constitueretur in ea re, & tunc creditor pot eam retinere pro debito, & ita loquitur la l. non sortem. §. si centum. de cod. ind. Aut pertinent eo aio, vt creditori non constitueret aliqd ius in re: & tunc aut vult rem istam retinere pp expensas, quas fecit in ea, & dico, q pot. Ita det intelligi l. in teb. §. pnt. ff. commo. Aut vult eam retinere, pp alud debitum, & dico, q non potest. Ita debet intelligi praeal. l. fi. C. commo. sm lac. de Are. Vel dic, vt ibi plene not. per Cy. Et valent praedicta ad q. de scriptore, † q scriptori pro mercede sua, & pro expensis, quas fecit in scriptura sua, possit retinere quinternos, ut not. in d. l. si non sortem. §. si centum, ff. de cond. inde. & in d. l. rebus. §. possunt. ff. commo.

ADDITIONES.

a Alc. Secundo no. Quando inuecta, & illata sint tacite hypothecata, vide plene Bal. in certi iuris sup. lo. ...

b Alc. Retinere. An & qn possum vna rem retinere pro aliquo mihi debito, & quid de scriptore uide casum in quo habet locum retentio per gl. & Bal. in l. a. inst. ... Et vide de hac materia plene p Ja. de Bel. in l. ...

LEX VII.

1 *Tutela quae defertur matri, est legitima.*

Si mater a Si mf pupilli ad secunda uota transiens non petiert ei eidem nutorem, & qd ex administratione det, non soluerit, bona mariti pro hoc tacite sunt obligata h.d. Ista lex. est notab. quam no. Et no. primo. qd dixi in summario. Scdo not. q tutela, quae defertur matri est legitima. De quo plene per glos. Do. in auth. matri. & auie. §. quando mulier tutae offi. fun. pol. Item not. casum specialem, in quo propter debitum uxoris obligantur bona mariti, sic econuerso. Videbitis gl. s. eo. l. satis contra reg. generalem, supra ne uxor pro marito.

ADDITIO.

a Barb. Si mater. Idem voluit Spec. in tit. de tu. §. nunc dicendum. uers. si transit vbi idem tenet. Idem tenent hic Bal. Sal. & Raph. & ita nunc consulo.

LEX VII.

Sancimus. Iura loquentia de reb. inuectis, & illatis, tacite obligatis locatori, sunt coia in omni loco. Quid sit territorium, habetis in l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sig.

Si aliena res pignori data sit. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **Procurator** a Res non pot obligari per procuratorem non hntem spale mandatum vel gnale cu libera, nisi forte dns eam psuetus erat obligare, vel nisi pecunia in rem dni sit uersa. h.d. cum omnibus glossis. Op. dr hic, q procurator non pt pstitue re ius in pign. Contra de l. procurator cui generaliter libera. ff. de procu. So. Aut procurator habet speciale mandatum aut generale cum libera, & tunc constituit ius in re, ut in ptrario. secus si non habet speciale mandatum, vel gnale cum libera, & ita loquitur hic. Sed contra istam solutionem instatur de l. vniuersorum. ff. de pig. act. Solu. ibi paterfa. erat consuetus eam pignorare, & ideo si tales res per procuratorem pignorentur, bene constituitur ius in re. Ita tollitur contrarium.

ADDITIO.

a Alc. Procurator. An procurator generalis possit rem pignorare, vide infra.

LEX II.

a **Si probaueris.** a Res aliena non potest alij obligari fine consensu domini, nisi de fraude domini appareat. h.d. Quaerit gl. quis debet probare istam machinationem seu fraudem. Breuiter, debet probare, ille qui allegat, vt in l. in exceptionibus, & l. quoties. §. qui dolo, ff. de proba.

ADDITIO.

a Alc. Si probaueris. Aduerte istum tex. dum requirit fraudem quia Bar. in l. que de tis ... maxime, quod non, quia aliter non bene intelligeres istam materiam. Et quid si obligaui rem alienam, & tradidi, an possit ille cui fuit illa res tradita, praescribere tum hypothecae, Bald. quod non, in l. si quando. C. ad Velleia.

LEX III.

Curator. Administrator alicuius, rem domini pignorans, non constituit ius in re, nisi appareat pecuniam esse versam in utilitatem domini, hoc primo. Item filius non potest obligare rem patris eo uiuente h.d. cum l. seq. Super l. 2. quaerit glo. quid in emancipato? glo. dicit idem, & bene. Ratio dubitationis erat, quia filius uiuente patre est dominus, & post mortem patris cotinuatur dominium, nec deest sibi uiuente patre nisi sola administratio, vt in l. in suis. ff. de li. & posth. ideo uidebatur quod posset etiam uiuente patre, rem patris pignorare, hoc tamen remouetur hac lege.

LEX V.

1 *Quando in hypothecaria habeat necesse creditor probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, uel eum tunc possedisse bona fide, & probare titulum debitoris, & nu. 2. & nu. 5.*

3 *An res aliena possit obligari efficaciter.*

4 *Et quid si dominus rei succedat eidem debitori.*

1 **Cum res.** Ista est optima lex, & tractat optima materia, & breuiter hoc dicit. † Si res, qd non fuit in bonis debitoris tpe obligationis, incipiat postea esse in bonis debitoris, confirmatur pignus a vtilr. No. q si debitori rem alienam obligans superuenit ius in re, qd prodest creditori qtu ad vtilitate hypothecariam, vt hic. † Ex quo hoc tu inferre aliud, qd ad hoc, vt directa hypothecaria competat, requirit rem fuisse in bonis debitoris tepore obligationis, vt l. qui nondu. §. quod dr. ff. de pignorib. Oppo. quod † res aliena b possit obligari efficaciter, vnde opp. de l. 3. §. cum ex ca. ff. q pot. in pig. hab. Sol. In l. contra debitor obligans habebat ius ad rem, ideo poterat eam obligare, & ita intelligitur contrarium. Item opp. l. si pig. pig. da. sit. l. t. & quasi per totum. Item opp. de l. grege. §. 2. ff. de pign. Solu. in l. contraria debitor obligans habebat ius in re, & ideo poterat obligare. Sed contra praedictam sol. instatur, & uidet, quod indistincte et ubi debitor non habet ius ad rem, neque in re, tamen possit obligare rem alienam. Vn opp. de l. si fundus. §. aliena. ff. de pign. Sol. ibi res aliena fuit obligata per debitorem hoc modo, cu fuacet: quo casu ualet obligatio re postea sua effecta. Sed contra istam sol. instat, & vt, qd et vbi debitor obligat rem alienam et fine hoc modo, tamen ualet obligatio, vn opp. de l. t. in ptin. ff. de pign. Solu. dicatis duo uerba: Qnque debitor obligat rem alienam, in qua het ius, & tunc ea ipt efficaciter obligare vt contra si pignus pig. da. sit. per totum. & in l. grege. §. 2. de pig. Qnque debitor obligat rem, ad quam petendam sibi competit actio, & isto casu ualet et talis obligatio, vt l. 3. §. i. q pot. in pig. ha. Qnq; debitor obligat rem in qua non het ius, nec actionem ad eam petendam, & tunc aut obligat eam hac conditione, cum sua fuerit, & obligatio valet, ut l. si fundus. §. aliena, ff. de pi. Aut obligat eam simplr, tunc aut creditor scit eam esse alienam, & tunc creditori non dat actio ad eam tem, sed conceditur ei retentio, vt l. t. in prin. ff. de pig. & dic. vt ibi no. Aut creditor ignorabat rem esse alienam, & tunc dicas secundum D. Iac. But. quod aut est effectus dns ipse debitor, qui rem alienam pignorauit, & tunc confirmatur pignus vtiliter ipsi creditori, & datur ei utilis hypothecaria, vt hic: nam muenitur debitor, & dominus rei obligatae, qui de pignore conuenit, esse eadem persona. † Si verò ipse debitor non efficiatur dominus, sed dns rei succedat eidem debitori: tunc habet locum l. rem alienam. in secundo casu, ff. de pig. act. & dic, vt ibi no. Modo per ista uerba habetis intellectum huius legis, & l. rem alienam, quae est satis difficilis. Item opp. dicitur hic, quod si debitori superueniat ius in re, quod datur utilis hypothecaria creditori. Oppo. & videtur, quod illud non procedat, qa † creditor habet necesse probare rem fuisse in bonis debitoris tpe obligationis, ut l. & quae nondu. §. quod dicitur. ff. de pign. In casu nostro hoc non poterit probare, quia tpe obligationis res erat aliena, vt dicit text. quare malè. Quid dicemus?

ADDITIONES.

a Alc. Confirmatur pignus. Sed si dominium rei pignoratae superuenit debitori, ... firmat pignus, plene per Bar. in l. 1. ff. de pig. & uide in ea lege.

b Alc. Res aliena. Quando res aliena obligari possit, vide Bald. ... autem si debitor in re obligata non habeat nisi posse ssionem, ... tione, adde, quod si talis res sine uitio postea deuenit ad alium creditorem ... quem habeam regressum. uide Cy. & Sal. hic, & quae not. Bar. in l. ... pig. ac. Adde melius de q. hic tac. per Alex. Io. An. in add. ad Spe. in tit. de ... uer. sed pone.

mus? Dicit glo. ꝙ debitor possidebat rē istā tpe oblōnis bona fide, qđ sufficit, vt l. bonorum, §. in bonis. ff. de verb. sig. & si creditor ꝓbat, hoc satis est, & ita ꝯcludit gl. hic, circa medium gl. magnæ, quā not. & signa benè. Pro declōne huius q̃ro, & reuoco in dubiū, qđ
a hēt necesse ꝓbare creditor[a] in hypothecaria actione. Gl. hic concludit, ꝙ sufficiat creditori, si probet ipsum debitorem possedisse rem tpe oblōnis bona fide, & cum iusto tit. Istam gl. hētis in l. rem alienam. ff. de pign actio. Aliam gl. hētis, q̃ vr̄ dicere ꝙ creditor debeat probare debitorē fuisse dn̄m rei obligatæ tpe oblōnis. Istam hētis in §. item Seruiana. Inst. de act. Sic no gl. ī. de Salui. interdi. l. j. Sic not. in §. interdictū. Inst de interd. Idem vr̄ notasse gl. in §. illud, in Auth. de trien. & semis. Quid dicemus? Dy. in palle. §. item Seruiana, reprobat istas vltimas gl. q̃ dicunt debere probari dn̄ium, & reprobat eas per l. bonorum, §. in bonis, ff. de ver. sig. D. Cy. approbat prædictas gl. & intelligit eas in casu, qn̄ creditor agit hypothecaria directa, & dicit non esse bonum consilium, ꝙ agatur directo, quia hēbit necesse dn̄ium probare. Probat istum intellectum per l. q filios, ī. ti. prox. circa fi. ibi, de bonis suis, &c. qđ verbū, suis, denotat dn̄ium, vt l. solum. §. meum. ff. de rei ven. Præterea, res dr̄ esse in bonis nr̄is, pro qua actionem hēmus, vt l. rem in bonis. de acq. rer. do. Sed si debitor non fuisset dn̄s, p ꝯn̄s actionem non habuisset. Et ex hoc concludit ipse, ꝙ in hypothecaria directò creditor dēt ꝓbare dn̄ium debitoris. Certè, si quis vellet defendere opi. Dy. credo qđ posset, per l. seruos, ff. de le. 3. Quare potestis dicere, ꝙ aut creditor agit ꝯ principalem debitorem hypothecaria actione, aut ꝯ ext̄neū. Si ꝯ principalem debitorem, habet locū gl. nostra, q̃ est hic, ꝙ sufficiat creditori peobare, ꝙ debitor possederit bona fide, cum debitor sibi non posse referre q̄ōnem alicuius iuris. Aut creditor agit ꝯ extraneum possessorem hypothecariæ, & tunc cōcederem ꝙ D.
b Cy. hic bene dicat, videlicet ꝙ aut iste ext̄neus possessor[b] habet causam ab ipso debitore, & lucratiuam, & tunc sit idem in ipso, ꝙ in principali debitore, & habet locum etiam glo. quæ est hic. Secus si haberet onerosam, ar. l. apud Celsum. §. authori. ff. de do. exce. Aut extraneus possessor non habet causam ab ipso debitore, & tūc habet locum gl. quæ est in d. l. rem alienam. ff. de pig. ac. quia oportebit ꝙ creditor probet debitorem tempore obligationis possedisse bona fide, & etiam oportebit probare titulum debitoris, vt ibi no. & hic, quod no. per Dy. in d. §, item Seruiana, & quodammodo fuerunt verba glo. in l. ante omnia. ff. de proba.

ADDITIONES.

a Alex. Probare creditor. Quid habeat probare creditor in hypothe. vide Cy. Bald. & Bar. in l. de rebus, sup de dona. ante nup.

b Alex. Extraneus possessor. Quod verum intellige notabiliter, vt in l. de rebus, sup. de do. ante nup &c. Qualibet possessor vellet se tueri, quod no. Sed aduerte, quia Bar. in l. rem alie. ff. de pig. act. tenet contrarium etia, quod hic dicit lex, quod habentis titulum lucratiuum a debitore, fit opus probare de dominio debitoris.

LEX VI.

1 *In obligatione non cedunt nisi ea, quæ sunt in bonis debitoris.*

Quæ prędium. Obligans rem alienam non præiudicat domino, & cōtraria pignoratitia tenetur. h. d. No. quod dixi in summario. Concordat l. si quis in pi-
1 gnore. §. 1. ff. de pigno. actio. Modo opp. dr̄ hic: † In obligatione nō cedunt nisi ea, quæ sunt in bonis debitoris. ꝯ, seruitus rusticorum prædiorum, dicit lex ꝙ non est in bonis, neque extra bona, vt l. j. ff. de vsufru. lega. & tamen cedit in obligatione, vt l. sed an ulte. ff. de pigno. Rationem specialitatis dic, vt ibi.

LEX VII.

1 *Tutor si rem pupilli obliget, & pecuniam in vtilitatem pupilli non conuertat, non valet obligatio.*
2 *Pupillus factus maior potest approbare contractum per tutorem factum, qui de iure non valebat.*

1 Si in rem. † Tutor, ꝓcurator, vel alius administrator obligando rem dominorum, eis non præiudicant, nisi postea consensus dominorum accedat, vel nisi de scientia eorum probetur, hoc dicit cum l. sequen. No. ex istis legibus, quod si tutor rem pupilli obliget, & pecuniam in utilitatem pupilli non
2 conuertat, ꝙ obligatio non ualet ut hic. Item not. quod † pupillus factus maior, potest approbare contractum per tutorem factum, qui de iure non ualebat, ut hic.

Quæ res pignori obligari possunt, vel non, & qualiter pignus contrahatur. Rubrica.

Rubrica nostra potest continuari hoc ordine, Dictum est ī. de pign. sed quia quædam res reperiuntur, quæ obligari, seu pignorari non possunt, ideo subnectitur hęc rub. quæ res pign. obli. possunt, uel non, & qualiter.

LEX PRIMA.

1 *Generale quo ad genus non tantum operatur, quātum speciale quo ad speciem in his, quæ quis specialiter non esset concessurus, vel obligaturus, & nu. 2.*
3 *Suscipiens in se omne periculum, videtur suscipere periculum contingens ex dolo, vel culpa, non casum fortuitum.*
4 *In generali obligatione non veniunt supellectilia necessaria.*

1 ALumnos. † In generali obligatione non veniūt ea quę, quis non esset specialiter obli-
2 gaturus. h. d. No. quod dixi in summario. Modo op. & videtur, † ꝙ tātum debeat operari generale quo ad genus, quantum speciale quo ad speciē. Vnde op. de l. si duo, de admi. tuto. & l. si chorus. ff. de leg. 1. & l. oēs, de pręscr. 30. an. hic autem dr̄ ꝯ, quare malè. Sol. s̄m Dy. & dic, ꝙ dicta regula nō procedit in his, quæ quis specialiter non esset concessurus, vel obligaturus, quia in casu isto non operatur tantum speciale quo ad speciem, quantum generale quo ad genus, nec econuerso, vt l. obligatione. in prin. ff. de pig. Et dic vt no. per Dy. in c. generali. extra, de reg. iur. lib. 6. Ista
3 lex inducitur per gl. in arg. ad quæstio. de casibus fortuitis, † ꝙ si aliquis suscipiat in se omne periculum, quod ipse vr̄ in se suscipere periculum contingēs ex dolo, vel culpa præcedente, nō autem vr̄ in se suscipere periculum casus fortuiti, arg. huius l. & in d. l. obligatione, ff. de pignoribus, & no. per glo. & Doct. in l. si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. De quo dic, vt no. per gl. & Doct. ibidem. Item in-
4 ducitur in ar. ad quæst. † ꝙ licèt aliquis obliget omnia bona sua, nō
a videtur obligare supellectilia omnino necessaria,[a] & ea, quæ nullo modo esset specialiter obligaturus, vt puta panni, lecti, & alia supellectilia, sine quibus viuere non possumus, immo si creditor ad ista ageret, malè ageret, secūdum Iaco. But. quia non posset, & ex hoc fiunt statuta, ꝙ talia non possunt pignorari.

ADDITIO.

a Alex. Omnino necessaria. In generali obligatione non veniunt panni, lecti, & supellectilia. Vide Bal. in l. certi, sup. loc. & vide quod no. Bal. hic.

LEX II.

1 *Si Episcopus debet habere bona omnium clericorum decedentium in certis parochiis, & reperiatur ꝙ clericus habeat instrumentum, in quo est obligatus Titius, tamen extra ciuitatem, non pertinebit ad episcopum illud instrumentum.*

Cum constet. Obligato instrumēto, videntur obligata ea, de quibus in instrumento fit
a mentio.[a] h. d. No. quod dixi in summario. Ista lex inducitur in arg.
1 ad quæstio. † Consuetudo est in ciuitate, quod Episcopus debeat habere bona omnium clericorum in ciuitate decedētium, in certis parochijs Epo deputatis: modo quidam clericus instrumentum habebat, in quo Titius erat eidem obligatus, & tamen Titius erat obligatus alibi extra ciuitatem, nunquid illud nomen Titij, erit Episcopi. Inducitur hęc lex quod sic, cum reperiatur instrumētum esse in ciuitate. Tu verò secundum Pet. tene contrarium, per l. Caius. ff de leg. 2. vbi est casus.

ADDITIO.

a Alex. Fit mentio. Vide de hoc per Cy. in l. certi, sup. loc. in §. quæst. & expressè Pet. in l. seruum filij, §. cum qui, de leg. 1 & distinguit, an habere debeat tanquam hæreditatem? & sic ius vniuersale, an generaliter bona, &c. quo casu procedit l. Caius, &c. de quo vide Cy. hic.

LEX III.

1 *Cum vniuersitate res religiosa cadit in obligatione.*

Si monumento. Res religiosa non cadit in obligatione. h. d. Not. ꝙ dixi ī summario. Iuxta hoc opp. d. l. monumētorum. ī. de reli. & sump. fun. Sol. Aut tu quæris, nunquid istud monumētum, aut ipsa res religiosa possit obligari, & dicas quod nō, vt hic. Aut tu quæris, nūquid possit obligari ius inferēdi mortuum in sepulchrū, & istud benè potest obligari, vt l. ꝯtra. Sed ꝯ istam solu. intitatur de l. in modicis. ff. de ꝯhē.
1 empt. † Cum vniuersitate res religiosa cadit in obligatione. Secus in venditione, vt in ꝯtio. Sed specialiter, & per se non potest obligari, vt hic. Et facit ad prædicta l. j. ff. de fun. do. cum simi.

LEX IIII.

1 *Nomen debitoris quando, & quomodo solui, seu obligari potest.*
2 *Debitor debitoris mei potest conueniri a me, dummodo primo non soluisset debitori meo, ante certiorationem sibi a me factam.*
3 *Nomina debitorum veniunt in obligatione tam generali, quàm speciali, & an in tacita obligatione.*
4 *Actio directa quæ competit debitori creditoris contra debitorem suum, est vtilis penes ipsum creditorem creditoris, & nu. 6.*
5 *Creditor creditoris mei si tenetur ad speciem, & ego eam exigam, debeo tenere loco pignoris, sed si debet quantitatem, eam compensabo.*
7. *Creditor creditoris mei si sciat nomen sui mihi esse obligatum, licèt ipsum non certioraui, non tamen licitè potest creditori suo, soluere.*
8 *Quando ago contra nomen debitoris mei debitoris, non est necessaria excussio debitoris mei.*
9 *Qualiter formabitur libellus contra nomen debitoris mei debitoris.*
10 *Creditor si agit contra nomen debitoris, & creditor creditoris etiam agit contra illud nomen, præfertur creditor creditoris.*

a
1 Nomen quoque. [a] Ista est bona lex. † Nomē debitoris ante denunciationem factam sibi a creditore sui creditoris, pōt soluere suo creditori: post denūciationem autem factam non potest soluere, sed exigi potest
2 vtili actione. h. d. Not. ꝙ † debitor debitoris mei potest cōueniri a me,

ADDITIO.

a Alex. Nomen quoque. Ad hanc legem vide l. Caius, de leg. 1.

me, dummodo primo nō soluisset debitori meo, vt hic, & hoc, est verum ante certiorationem sibi a me factam. Si aūt certiorassem, creditori suo soluere nō potest, vt hic habetis no. Secundo not. q † noīa debitorum veniūt in obligatione tam gñali, q̄ spāli. An aūt veniāt in tacita obligatione, vide quod no. ī. de hære. act. l. hæredē. Tertio hētis notare, † q actio directa, q̄ competit debitori creditoris ꝯ debitorem suum, est vtilis penes ipsum creditorem creditoris, vt hic. Modo habetis [a] not. ꝯ legem nostrā opponere, dr̄ hic, q debitor creditoris mei ante certiorationem a me sibi factā, potest debitori meo soluere. Contra, [b] imm vr̄ q non possit soluere, quantumcūq; sibi nō denunciauerim. Vnde op. [c] de l. 3. j. de noua. Solu. hæc lex suppletur per illam, quia siue per creditorem creditoris mei sit facta denunciatio, siue lis sit ꝯtestata, siue pars debiti soluta, debitor nō pōt soluere suo creditori, & ita intelligi ꝯriū. Item op. † & vr̄ quod creditor creditoris non possit istud nomen exigere, sed dēt ipsum tenere loco pignoris. Vnde opp. de l. grege. §. cum pignori. ff. de pigno. & l. si ꝯuenerit, ff. de pign. act. Sol. Aut istud nomen debet speciem, aut quātitatem. Primo casu creditor tenebit pignora, secūdo casu cōpēsabit cū debitore suo. Vlterius opp. liberō est species alienationis, vt Inst. q. alie. licet vel nō. §. nūc admonendi. Sed alienādo debitor nō pōt præiudicare creditori: vt l. debitores. ī. de pig. ergo nec liberādo, hic aūt dr̄ ꝯrium, quare malè. Sol. Dr̄ia est inter pignora corporalia, & incorporalia, vt nomina debitorum, quia in primo casu per debitorem alienātem nō præiudicatur creditori, cum res corporales, appareāt: secus in incorporalibus, quæ non apparēt. Modo pro declaratione legis nostræ quæro, † quæ sunt istæ vtiles actiones. Gl. nostra hic, & in l. grege. §. cū pignori. ff. de pigno. dicit, q est vtilis hypothecaria. Ista opinio est falsa, quia hypothecaria possessionem auocat, vt l. si cū venditor in prin. ff. de euict. & in nominib. non est possessio, quia sunt incorporalia, sequitur q hypothecaria non habet locum. Quare teneas aliam opi. glo. videlicet quod istæ vtiles actiones sunt, quæ erant directæ penes debitorem, qui obligauit nomē. Item quæro, dr̄ hic certior a te factus, &c. Quærit gl. [d] hic, † quid si iste sciebat nomen suum obligatum esse mihi, tñ ego ipsum non certioraui, nunquid licitè possit soluere creditori suo? Glo. nr̄a hic tenet q sic, qa oportet q denunciatio sibi omnino fiat a creditore creditoris, alle. gl. l. debitores. ī. de pign. Certè dñi, illa l. nihil ad rhumbum, quia loquitur de volūtate, seu vrbanitate, vt vidistis ibidem. Quare dicatis, & melius, q denunciatio non sit necessaria sciēn, ar. l. j. in fi. ff. de ac. emp. & ibi no. & melius in l. fi. ff. de trans. & solet notari in l. emptor, j. de euic. Item quæro: ecce, † debitor meus obligauit mihi nomen debitoris, [e] ago ꝯ istud nomen: opponitur mihi q nō fuit facta excussio, quæritur quid iuris? Dixerūt quidam, q etiam in oībus requiritur excussio principalis debitoris, quia lex generaliter loquitur, vt in auth. hoc ita. ī. de pig. & ī corpore vnde sumitur. Et ad idem l. non prius. ī. qñ fis. vel priua. & hæc opinio vr̄ tutior. Iac. de Are. & d. Iac. But. hic tenēt, q in nominib. non sit necessaria excussio, quia ius nominis dr̄ residere penes principalem debitorē, quo casu qñ debitor principalis habet res hypothecatas, nō est necessaria excussio, vt videbitis in auth. hoc ita, & maximè dicit ipsē, non est necessaria excussio, si agat actione vtili, quæ penes debitorem erat directa, qa excussio, fm eū, hēt locum solum in hypothecaria. Et hanc vltimā partem credo veram. Sed istud vltimum, q ipsē dicit, q excussio solū hēat locū in hypothecaria, credo, q nō sit verum, qa hēt locum in alijs actionib. puta reuocatorijs, vt l. j. & ij. & ibi no. ī. de his, q̄ in frau. cre. Quæro, † qualiter formabit libellus ꝯ nomen. Habetis gl. in l. hæredem. ī. de hær. ac. Item q̄ro ecce debitor meus obligauit mihi nomē debitoris, agit ipsē ꝯ illud nomē, & ēt ego ago, qs pferet. [f] Br̄ dicas, † q ego creditor, q ago vtili, quia quātumcunq; hēns vtilem hēat causam a habente directam, præfertur habens vtilem, vt l. 1. §. qui superficiem. ff. de superfic. Præterea videtur casus in l. si conuenerit, in princ. ī. de pign. act.

ADDITIONES.

a Alex. Modo habetis. Vide Bal. in l. si cum emptor, ff. de pac. plenè Bal. in l. 2. C. de actio. & obl. in ver. § quæritur cum ver. seq.

b Ale. Contra. Vide Bar. in l. 3. sup. quod met. cau.

c Barb. Vnde op. Vide pro eo, quod hic dicitur, Bar. in consi. 243. inci. Tres casus.

d Ale. Quærit gl. In casu l. Titiæ, j. de noua. an sufficiat sola scientia debitoris? Adde plenè Bar. in l. facta, §. hæres, ff. ad Treb. & Bal. in d. l. 3. nota.

e Alex. Nomen debitoris. Vide Inst. de actio. in §. item Seruiana, habens nomen debitoris obligatum, an debeat facere excussionem? & vide Bal. in l. hæredem, supra de hære. act. & ibi dicit, quod requiratur excussio nisi directæ actiones essent cessæ & idem voluit l. 2. quando fis. vel priua. & Bal. hic, contra opi. Bar. & per La. co. de Belu. per Bar. in l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. Adde Spec. de procu. §. sequitur, versi. quid si mihi & in titu. de obli. & sol. §. nunc aliqua, versi. sed quid ecce. Rom. in consi. 416.

f Ale. Qui præferetur. An habens vtilem præferatur habenti directam? & vide Bar. in l. 3. inf. de dona.

L E X V.

Spem eorum. Præmium, quod datur athletę, non poterit obligari. hoc dicit. Not. quod dixi in summario.

L E X VI.

1 *Res quæ non sunt in bonis nostris non possunt obligari.*

2 *Pignorans liberum hominem, debet puniri.*

3 *Pater an filium obligare possit propter famem, quod sic.*

Qui filios. [a] † Res, q̄ nō sunt in bonis nr̄is, nō possunt obligari. h. d. No. quod dixi in summario. Oppo. de l. Senatus, §. fi. ff. de le. j. Sol. Casus spālis est ibi, dic, vt ibi no. Dyn. Item op. dr̄ hic, q nō potest obligari nisi illud, qd̄ est in bonis nostris. Contra de l. sed an vi. æ, ff. de pig. Sol. dic vt dixi in l. q̄ prædium. ī. ti. j. Item opp. & videtur † q pignorās liberum hoīem debeat puniri. Vnde op. de §. quia verō & huiusmodi, in Auth. vt nulli iud. Solu. Ista limitatur per illā, qa non pōt obligari, vt hic, sed si obligeī, punitur, vt ibi. Quærit gl. † nūquid possit quis filium obligare, propter famem: Et tenet q sic. Item dicit in l. 2. ī. de pa. qui fi. distr.

A D D I T I O.

a Alex. Qui filios. Vide quod no. in c. rescripto de iureiur.

L E X VII.

1 *Deputati ad colendos agros oppignorari non possunt.*

2 *Ex conuentione instrumenta fundi non possunt pignorari.*

3 *Et an ista lex habeat locum in omnibus fundis.*

Executores. † Deputati ad agriculturā non possunt capi pignori. h. d. cum l. seq. contrafacientes puniunī. h. d. in auth. agricultores, hic posita. Et differt prima a secunda, qa prima loquitur de pignore capto ex pcepto iudicis, & secunda loquiī de pignore ꝯuentionali. Quærit gl. in l. executores, † nunquid ꝯuētionaliter possunt instr̄a fundi capi? Gl. nr̄a, & bñ, determinat q non, per l. pignorū, q̄ seqī. Ad idem Auth. vt nullū credentē [a] agricolæ. §. j. Quæro, ista lex loquitur de prædijs tributarijs: Et dicit tex. ex quo tributorum illatio retardetur, quid de alijs prędijs? Vr̄ † q non habeat locum ista l. per rōnem quam assignat tex. Vos habetis dicere ꝯ, q lex ista habeat locum in alijs pdijs, qa inest alia ratio, videlicet ne sterilitas fructuum, &c. arg. l. j. §. de eo opere ff. de aqua plu. arcen. & ista ratio vrget in alijs prædijs.

A D D I T I O.

a Men. Credentem. Rip. trac. pestis, ti. de præserua. remed. contra pest. nu. 521.

L E X IX.

1 *Voluntas contrahentium debet magis inspici quàm verba.*

2 *Dispositio generalis trahitur no solum ad præsentia, sed etiam futura, & nu. 3.*

4 *Si debitor in obligatione omnium bonorum suorum, in ea constituit se creditoris nomine possidere, an veniant futura.*

Quarto principaliter Eſt videndum, qualiter vni contra alium ſuccurratur, 67 & primo circa † duos reos debendi. Ad quod inueſtigandum eſt, an videantur inuicem fideiubere. Iſta quæſtio tangitur hic, & ff. eo. in multis locis. & in l. uir uxori. in fin. ff. ad Velleian. & de fideiuſſ. l. Vraninis. Et fuit magna controuerſia olim, & hodie. Mar. Sil. tenet quod videntur inuicem fideiubere. Io. contra, ſcilicet quod non videntur, niſi ſint ſocii. Azo diſtinguit, ut no. plenè in d. l. vir uxori. & ibi glo. tenet opinio. Azo. in authen. eod. in princ. ſed gl. hic tenet opinio. Io. Sed contra omnes oppo fideiuſſor non obligatur, niſi uerbis, ut infra titu. 1. l. blanditus. ff. de uerborum obligationibus. l. 5. §. ſatis acceptio. & manda. l. ſi hæreditatem. §. fin. Sed duo rei poſſunt re conſtitui ſine uerbis, ut infra, eod. l. propter. ff. eod. l. eandẽ, ergo non uidentur fideiubere inuicem. Dyn. tenet opinio. Azo. & ad iſtam rationem reſpondet, quod illa ratio concludit in fideiuſſore expreſſo: ſecùs in tacito. Pet. & Iac. de Arc. & Dyn. ſequendo eos dicunt, quod duo rei nullo modo uidentur inuicem fideiubere: nam in duobus reis quilibet debet ſe obligare in ſolidum, nec attenditur ad quem pecunia peruenit principaliter, ut infra eod. l. propter. ſupra, ſi certum petatur. l. ſi non ſinguli; ſed ſecundũ eos, qui dicunt eos inuicem fideiubere, hoc non eſſet, ergo &c. Præterea, non reperitur iure Digeſtorum, nec Codicis, q duo rei habeãt bñficiũ diuiſionis, ergo &c. Item hoc lege nulla cauetur, q uideãtur fideiubere: ergo, &c. In hoc reſidet Cyn. hic poſt multa verba. Vides ergo, quod ex prædictis omnibus nullam habet claritatem. Quid dicemus? Iac. de Bel. diſputauit iſtam quæſtionem, & poſuit eam in Authen. eod. & ibi melius attigit ueritatem, quàm aliquis, tamen multum obſcurè loquitur. Tu ergo clarius, & melius dicas, 68 & ad declarõnem huius materiæ, ſcire debes, † q ex fideiuſſione contrahitur duplex obligatio. Vna, qua fideiuſſor obligatur creditori, & illa ſemper contrahitur uerbis, ut ſupra dixi, & talis ſemper habet beneficium diuiſionis infra titulo primo, auth. præſente, nec eget beneficio Authen. de duobus reis. & iſte eſt propriè fideiuſſor reſpectu creditoris. Eſt & alia obligatio, quæ contrahitur inter reum & fideiuſſorem, & iſta contrahitur conſenſu, nam reus uidetur mandare fideiuſſori, quòd ſoluat, ut l. indebitam. ff. de cõdictio. indeb. Et de hoc loquitur titu. mand. & illo modo conſideratur fideiuſſor reſpectu ipſius debitoris. Item fideiuſſor poteſt intelligi ſtrictè, quia alienæ obligationi accedit, ut ff. de fideiu. l. prima, & l. fideiuſſor. Poteſt etiam accipi large omnis, q eſt obligatus pro negotio, quod ad alium ſpectat, non ad ſe, & illo modo ſumitur in ti- 69 tu. ad Velleian. & ſupra ad Velleia. l. prima. Si ergo quærĩ, † an duo rei uideantur inuicem fideiubere. Dic aut quæris utrum dicantur inuicem fideiuſſores reſpectu creditoris: & dico, q ſic in duobus caſibus tantum, ſcilicet ſi hoc eſt actum expreſsè. ut ff. eod. l. reos. uel eſt color q̃ſitus, ut ff. ad Macedonianum. l. ſed & Iulianus. §. primo. Et iſtis duobus caſibus habent beneficium diuiſionis de fideiuſſoribus, nec eſſet neceſſe beneficium de duobus reis. Extra iſtos duos caſus non uidentur fideiubere inuicem reſpectu creditoris. Hoc dicit gl. in l. ſed Iulianus. §. primo. Et hoc modo intelligẽdo, uerum dicunt Vltramon. Aut quæris utrum uideantur inuicem fideiubere quo ad actionem dandam inter reos, & aſſumendo fideiuſſorem largè, tunc aut duo rei ſunt conſtituti ex mera uoluntate, & liberalitate, & tunc uerum dicit Ioan. quòd uidentur inuicem fideiubere, ſi ſunt ſocii, aliàs non, ut in l. in l. Fal. hoc eſſe ſeruandum, ff. ad leg. Falcidiam. Aut non ex mera liberalitate, puta q acceperunt pecuniam, quam promiſerunt: tunc vera eſt opinio Azo. quia eatenus uidentur fideiubere alter pro altero, quatenus in ueritate negocium ad alterum pertinet, ut d. l. uir uxori. ad Velleian. & ibi no. de in rem verſo. l. ſi pro parte. §. fi. ad Mace. l. ſed Iulia. §. item ſi duobus. & in iſtis caſibus non habent beneficium de fideiuſſoribus, ſed habent beneficium Auth. de duobus reis. quod expreſsè inducitur in iſto caſu, quando talis alternatiua fideiuſſio inducitur, ut dixi ſupra, in quæſtio. 2. principa. Et prædicta ſunt uera in duobus reis, qui obligantur expreſsè: ſed in his, qui obligãtur tacitè, ut plures tutores, illi non ſunt propriè fideiuſſores, tamẽ iure antiquo conueniebantur exemplo fideiuſſorum, ut l. 1. §. nunc tractemus. de tut. & ra. diſtrahen. Ex his apparet tibi veritas huius materia. Secundo quæro, quia hac l. 1. dicitur in tex. quod ſi unus 70 ſoluit, ab altero repetit, quæro † qua actione repetat, & an hoc uerum ſit indiſtinctè: tamen quicquid dicatur, hæc eſt veritas. Aut duo rei obligantur ex mera liberalitate, & tunc aut ſunt ſocii, & unus ſoluens repetit ab alio actione pro ſocio. Aut non ſunt ſocii, & nullo modo repetit, ut d. l. in l. Falc. hoc eſſe ſeruandum. ad l. Falc. Aut nõ obligantur ex mera liberalitate, & tunc aut totum negocium pertinet ad ſoluentem, ut puta, quia tota pecunia peruenit ad eum, uel alio modo, & ille nihil repetit. Aut negocium pertinet ad alium, & tunc ab alio repetit eatenus, quatenus ad ipſum pertinet, & ſic in totum, uel in partem, ut hac l. 1. & ff. de exercito. l. nec quicquam. de inſtito. l. habebat. §. fi. & l. ſeq. Sed qua actione aget, hic eſt aduertendum. Aut plures obligauerunt ſe ex propria conuentione, & ſic unus præſente alio: & habet locum actio mandati, ut l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur. ff. manda. & de uerb. obliga. l. Iulia. §. 1. Aut unus obligatur altero abſente, & poteſt contingere, ut ſupra dixi in 8. quæſtio. prin. & ſequen. quæſtione, & tunc aut ſunt ſocii, & repetet alter ab altero actione pro ſocio, ut d. l. nec quicquam. de exerc. Aut non ſunt ſocii, & tunc aut non habent beneficium diuiſionis, & ſic quia negocium non poterat expediri pro parte, & tunc aut debitum fuit contractum rõne alicuius rei corporalis, ita quod cadit in iudicium communi diuidundo, & tunc repetit communi diuidundo actione, ut l. habebat. in §. fi. de inſtit. Aut fuit contractum debitum ſimpliciter, ut q pecuniam acceptam diuiſerunt, & quilibet conuertit in ſuos uſus, & tunc habet locum condictio ex hac l. cum non ſit cautum quo nomine actionis agatur. Si verò habebant beneficium diuiſionis, & ſic negocium poterit expediri pro parte, & tunc habet locum actio neg. geſt. & eodem modo poteſt intelligi hæc gloſſ. argum. ff. de neg. geſt. l. ſi communes. ff. fa. erc. l. hæredes, §. ſi vnus, cum ſimilib. & ſecundum hanc diſtinctionem debet intelligi. l. ſi in rem. ſupra, ſi certum petatur, & quod not. ſupra. loc. l. ſi diuiſa. Tertio quæ- 71 ro, quid † de pluribus tutoribus, curatoribus, & adminiſtratoribus ciuitatis, ſi unus ſoluit, qualiter repetat ab altero. Dic vt nota. plenè. in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſtrah. ſupra, de tranſactio. l. prima. ff. de neg. geſt. l. ex facto ff. ad muni. l. Imperator. §. fin. 72 cum l. ſeq. Quarto quæro, † quid in pluribus depoſitariis, & commodatariis, qui in obligatione ſecundaria, quæ contrahitur ratione doli, vel culpę, tenentur, ut duo rei. Iaco. de Bel. dicit, q unus ſoluens non habet actionem, niſi ſibi credatur, ut l. unde quæritur. ff. commo. Ratio eſt, quia lege cautum non reperitur. Contrarium dico, quia in his eſt, ſicut in pluribus tutoribus, qui in hoc æquiparantur, ut ff. depoſi. l. 1. §. ſi apud duos. ibi, dum dicit, exemplo tuto- 73 rum. Quinto quæro, † pone quod unus ex duobus reis ſuo iuramento liberat alium, an ab alio poterit repetere tãquã ſi ſoluiſſet. Videtur, q ſic, quia iuramentum habet vim ſolutionis. Contrarium dicit glo. & benè, in l. duobus. §. à fideiuſſore. de iureiuran. & 74 dic, vt ibi. Sexto quæro, † an ille cui facta eſt acceptilatio, poſſit ab alio, quem liberauit repetere, ſicut ſi ſoluiſſet, quod uidetur, quia acceptilatio habet uim ſolutionis, ut dictum eſt. Tu diſtingue, aut fuit ei acceptolatum cauſa remunerationis, aut non, ut l. idem q. 75 in fi. cum l. ſequen. ff mand. Septimo quæro, † quid ſi unius culpa fuit alter ex conreis damnificatus, an ille damnificatus poſſit repetere? Dico quod ſic, ut l. prima. §. nunc tractemus. de tut. & rat. diſtra. ff. depoſi. l. prima. in fin. §. & ſi apud duos. & dixi ſupra, in quæ- 76 ſtio. proxi. Octauo quæro, † quid ſi in pluribus reis credendi vnus recipit ſolutionem, an alter poſſit repetere ab eo, & qua actione. Gloſſ. uidetur dicere, q petere poteſt actione neg. geſt. ut ff. de cõdictio. indeb. l. frater. a fratre, circa princip. glo. magna. Item no. ff. de legat. 2. l. ſi Titio, aut Seio. Alibi dicit gloſſ. quod ita demum eſt communicandum, ſi ſunt ſocii ut not. ff. de ſolu. l. qui hominem. §. ſecundo. & ſic eſt falſa gl. in l. ſi Titio, aut Seio. ff. de leg. 2. & uideter. in l. in l. Fal. hoc eſſe ſeruandum, ff. ad legem Falcidiam. Diſtingue, aut ſunt plures rei credendi ex cauſa merè lucratiua, & tunc alter alteri, quod exigit, communicare nõ tenentur, niſi ſint ſocii, vt d. l. in l. Falci. hoc eſſe ſeruandum. & quod no. in dicta l. qui hominem. §. ſecundo. Aut ſunt conſtituti ex cauſa onerosa; & tũc aut negocium verè ſpectat ad eum, qui ſolutionem recipit in totum, ut quia tota pecunia ſua fuit mutuata, & tunc alter ab altero nihil repetet, argumen. l. ſed Iulia. ff. ad Macedonianum. §. non ſolum. & §. ſequen. Aut negocium ſpectat ad alium, cui non eſt ſolutum in totum; uel in partem, & iſte quantum ad eum ſpectat, repetet ab alio, ut l. ſi iure commun. ff. de noxali. & per regulam poſitam. ff. ſi certum petatur. l. ſi me, & Titium. Et quia duo rei debendi, & credendi æquiparantur, ut ff. eo. l. ſecunda ſed in reis debendi hoc eſt, ut in hac l. ſupra prox. dictum eſt. ergo, &c. & hoc etiam ſtatim p-

babitur clarius. Sed qua actione repetet, dubitatur. Dic aut sunt socii, & repetet actione pro socio. Aut non socii, & tunc aut tale debitum est contractum aliter, quam de iure communi, & tunc aut fuerunt constituti duo rei credendi simul, & vnus altero præsente, & locum habet actio mandati, quia cũ patior te stipulari ex re mea, videor mandare, vt ad meã vtilitatem stipuleris, vt l. si mulier. ff. de iure dot. Facit quod no. ff. so. mat. l. quę dotis. & eo. tit. l. post dotem. secundum vnam lecturam. Aut fuerunt constituti duo rei credendi in absentia, quod potest fieri, quando vnus sub commemoratione alterius stipulatur, etiam ex interuallo, ut ff. e. l. 3. & dixi supra in prima quæstio. principa. in duodecima quæstione. & tunc puto competere act. nego. gest. & sic intelligitur gl. l. frater à fratre. ff. de condictio. inde. argum. ff. de nego. gest. l. penultima. Facit de uerborum obligationib. l. Iulia. §. qui fundum. & Institu. de

77 verborum obligationibus. §. si quis alii. & quod ibi no. Nono quæro, † quid si vnus ex reis credendi, facto suo aliquem liberauit, vt puta, acceptilatione, vel quoquo alio modo, an alter possit ab altero repetere? Respon. sic, eo modo, ac si solutionem recepisset, p hũc textum. & optimè ff. de iure dotium. l. vir ab eo. Gl. hoc expressè dicit in l. si unus. ff. de pact. in prin. super verbo, nouare. quæ dicit unum non posse nouare, quin socio teneatur. Vltimo est videndũ

78 † de actione, quæ debet cedi uni ex conreis debendi, an, & quãdo, & quo iure, & inquantum cedi debeat, & quid si cedi non potest, & multa alia. quæ glo. tangit hic, & supra de transactio. l. prima. ibi per Cyn. & ff. mand. l. Papinianus. ff. de sol. l. Modestinus. & ibi per Dy. & infra. titu. primo. l. cum alter, & ibi per Cynum, quæ omnia omitto, quia longa est repetitio per se repetita.

L E X IIII.

a Cum quidam. a Interpellatio vnius ex reis promittendi prodest, & nocet omnibus con reis. hoc dicit hæc singularis lex.

A D D I T I O.

a Alexand. Cum quidam. Vide Bar. in l. eum qui. § fina. ff. de solutio. & in l. duobus, ff. eodem.

De fideiussoribus, & mandatoribus. *Rub.*

L E X P R I M A.

1 *An & quando bona publicantur, debitor liberetur.*
2 *Exceptio adhærens rei, quod competit etiam fideiussori.*

a SI Lisias. a Publicatio bonorum debitoris fideiussorem non liberat. h. d. Opponitur exceptio, quæ competit principali, competit fideiussori, ut l. defensiones. ĩ. de exceptio. Hic dicitur contrariũ, quare malè Sol. Dicit gl. illa regula loquitur in exceptionibus, quę competunt integro manente statu, sed hic status eius est mutatus, ergo &c. Ista solu. nõ placet. Dicendum est ergo vt statim dicam.

1 Quæro, † quando bona publicantur, an debitor liberatur ope exceptionis. vide eam, quæ est prima, in fi. Alibi dicit gl. quod liberat à ciuili, & remanet naturalis, ut l. vbicunque. ff. de fideiussorib. Alibi dicunt gl. quod liberatur à ciuili, & naturali, vt l. si debitori. ff. eodem. Dubitat alibi, nec determinat aliquid in l. vltima. de duobus reis. Veritas est, quod liberatur ab vtraque obligatione, non quod obligatio tollatur, sed in fiscum tanquam in successorem transferatur, ut dicta l. debitori. & ibi no. Solummodo ergo persona ab obligatione eximitur obligatione remanente firma. Per hoc cessant contraria, nam quod dicitur, quod † exceptiones, quæ com-

2 petunt reo, fideiussori etiam competunt, verum est in exceptionibus rei cohærentibus, ut l. exceptiones. ff. de exceptio. Sed ista non est huiusmodi, ergo &c.

A D D I T I O.

a Ale. Si Lisias. De ista materia dic per eum in l. si verò in l. de die. qui satisd. cog. versi. quæro an & quando bona, verum bonis publicatis liberetur debitor ab obligatione. Quid autem in exbannito, an liberetur fideiussor, uide Bar. in d. l. si uerò. in versi. not. quod obligatio. hoc tenuit Bar. & ibi tenet in l. si marito. in princ. ff. soluto matrimonio.

L E X II.

Creditori. Fideiussori soluenti tenetur creditor cedere actionem personalẽ, & hypothecariam. h. d.

L E X III.

1 *Fideiussores idonei habent beneficium diuisionis ex epistola diui Adriani.*
2 *Plures fideiussores simpliciter accepti intelliguntur in solidum.*
3 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*

a Non rectè. a Expressio eorum, quę tacitè insũt, nihil operatur. hoc dicit. Et ad hoc quotidie allegat. Quatuor habes hic notanda. Primo, ꝙ est in potestate creditoris eligere fideiussorem, vel debitorem. hoc tamen recipit correctio-

b nem, vel limitationem per authen. pręsente. b Secundo nota, quod

1 fideiussores idonei habent beneficium diuisionis ex epistola di-

2 ui Adria. Tertio no. quod plures fideiussores simpliciter accepti

c intelliguntur in solidum, c ut Institu. eod. §. si plures. Item secus in pluribus principalibus, ut l. reos. §. cum tabulis. ff. de duobus reis. secùs in his, qui intercederent, obligationem in se principaliter assumendo, vt nota. supra, ad Velleianum. l. si paternam. Vltimo nota,

3 quod † expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, vt plene habuistis in l. 3. ff. de legatis tertio.

A D D I T I O N E S.

a Ale. Non rectè. Per auth. præsente. quam auth. alle. Bar. in l. hoc iure, ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. si quis. ff. quod quisque iur.

b Ale. Per auth. præsente. De materia huius auth. & limitatione ad eam, vide per Bart. in l. Marcellus, ad fi. ff. eo. & ibi post eum & Bar. & tex. & gl. in l. decem. de verb. obligationibus. Et adde ad materiam huius auth. §. nos autem. de fideiuss. in glo. no. de promissore si dicatis, & oblige me tanquam principalem de quo per Bart. in consi. lus, suis in consi. quod incipit, Si Titius. Et adde ad hanc auth. dictum Bal. in l. 2. super, de exceptio. rei iudic. De quo no. per me in l. qui vsumfructum, ff. de uerborum obligationibus & uide Barto. & ibi no. in l. 3. §. si is pro quo. circa fi. ff. quod quisque iur.

Ale. Intelliguntur in solidum. No per Bart. plenè in l. reos, de duobus reis.

L E X IIII.

a Nouatione. a In stipulatione nouante non intelligitur repetitus fideiussor in dubio. hoc dicit.

A D D I T I O.

a Alex. Nouatione. Plenè in l. alia, ff. de noua.

L E X V.

Iure nostro. Istam legem habuistis in l. non rectè. & ibi no. ĩ. eodem.

L E X VI.

Si pater. Subscriptio, quam quis facit vt testis, non obligat eum vt fideiussorem. h. d.

L E X VII.

Si creditor. Qui non seruat fines mandati, non habet actionem mandati. h. d.

L E X X.

Fideiussor. No. hanc legem ibi, ante condemnationem. Ex ordine innuit, ꝙ exceptio diuisionis sit peremptoria, & sic posset opponi quandocunque ante sententiam, dic ut l. si dubitet. ff. de fideius. & ibi per Dy.

L E X XI.

a Cum alter. Fideiussori soluenti debet cedi actio contra principalem, & contra fideiussores.

A D D I T I O.

a Ale. Cum alter. Et istum tex. limita non habere locum in fideiussore, qui tacite obligetur, ut puta in præsentia dixi alicui, do tibi fideiussorem, & ille præsens taceat & consentiat, quia tacite obligatur. Ita limitat illum tex. Imo. in l. 2. § fi. ff. soluto matrimo. Ad quod insuper vide tex. in l. cum ostendimus, §. fi. ff. de fideiuss. in Socii in obligatione mandatoris, l. Lucius, ff eo. Item fallit in casu Ang. quando citaretur fideiussor in iudicio, l. cum ostendimus, § ff de fide. tut & ibi Bar. & Bal. hic, adde gl. in l. si hæreditatem, ff. manda. Pro qua dicit Bal. in l. multum, C. si quis alteri uel sibi, quod non potest fieri pro nunciis.

L E X XII.

a Blanditus. a Vides ergo, quod obligatio fideiussoris semper contrahitur verbis, ut hic, & l. 5. §. satisfacere. ff. de uerb. obliga. & Insti. eo. §. fi. &c.

A D D I T I O.

a Ale. Blanditus. Vide Bar. in l. fi. si cer. pet. & limita ibi per Lud. & per me in l. 5. §. stipulatio, de verb. obl.

L E X XIII.

1 *Stante statuto, quod inuentus cum armis puniatur in decem, non dicitur, quis inuentus, nisi sit captus.*

Si barsatorem. a Inuẽtus dicitur, qui personaliter capitur. No. ergo, quod verbum, inuentus, vel

A D D I T I O.

a Paris. Si Barsatorum. Vide Ias. post Ale. in l. 1. ff. de acq. poss.

a vel inuenire, [a]non verificatur in solo aspectu, sed apprehensionem requirit. De hoc in l. I. in princi. ff. de acq. poss. & l. nunquam. §. thesaurus. de acq. rer. do. Et per hoc dicimus, quod † si statutum dicit, 1 si quis inuentus fuerit cum armis, &c. si non est captus, non dicitȝ inuentus, quia non sufficit sola visio sine captione, &c.

ADDITIO.

a Ale. Vel inuenire. Not. de ver. inuenitur, quod intelligatur cum effectu. quod facit ad q. an si debetur præmium capienti, an debeatur capienti, sed tenere non valenti. & Mod. maximè Ang. in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iu. qui dicit quod non obst. quod debebit habere præmium per id, quod habetur in l. si post mortẽ. in fi. de contra. & in l. 1. §. si sic. ff. de positu. quod no. Ang. in d. §. hæc autem verba. Bal. respon. hic videtur tenere primam opin. Adde quod Bar. no. in l. 3. in prin. ff. de acq. poss. & in l. licet. supra. de acq. poss. & ideo dicit Bal. in l. item lapilli in fi. ff. de re. diuis. quod si statuto cauetur, quod mulier inuenta cum per his puniatur, non possit puniri, nisi apprehendatur. Vide tamen quod dixi post Bar. in l. 3 & vide Ang. in Auth. de san. epis. §. reuerendissimos, & Bal. hic, & vide sup. de pet. bon. subl. l. 1. & ibi vide aliqua de verbo, comprehensus, & inuentus. Et de verbo, inuentus. adde Bar. in l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. do. & hoc qd Bal. hic dicit, Pa. de Ca. in l. sed & si filio. ff. de constit. pec. ff. de condi. sine cau. Ad quod pondera gl. ibi super uer. inuenerit.

LEX XV.

Liberum fuit. Ex diuisione actionis, quam creditor inter fideiussores sponte facit, exceptio pacti fideiussoribus competit. hoc dicit ista l. & l. reos, ꝫ. declaraui vobis in l. si creditores, supra, de pac.

LEX XXIII.

Reos. Electio non nocet creditori, quin ad alium possit redire. h. d. hæc lex. secùs in diuisione, vt ꝫ. l. proxima.

LEX XXV.

1 *Ei, qui promisit exhibere, post moram commissam datur spatium sex mensium ad eam purgandam.*
2 *Promittens alium defendere, non liberatur exhibendo personam.*
3 *Casus eueniens intra tempus concessum ad moræ purgationem, debitori non prodest.*

a **Sancimus.** [a]Ista lex est singularis multum. Qui promittit alium exhibere ad tempus, finito tempore potest intra sex menses moram purgare eum exhibendo, vel eum idoneè defendendo, quo tempore elapso non auditur. Item casus superueniens intra tempus primum, liberat promissorem: secùs si eueniat intra tempus ad moræ purgationem concessum, 1 hoc dicit hęc not. lex. Not. ex l. ista, † quod post moram commissam datur spatium sex mensium ad eam purgandam, quod est spe- b ciale [b]hic in eo, qui promisit alium exhibere: secus si promisisset 2 seipsum, vt l. si post tres. ff. si quis cau. No. ꝙ † iste, qui promisit aliũ defendere, non liberatur exhibendo personam. Tertio no. quod 3 † casus eueniens intra tempus concessum ad moræ purgationẽ, debitori non prodest, quod est notabilissimum.

ADDITIONES.

a Ale. Sancimus. Non est alibi, & procedit etiam in criminali. no. Spe. in ti. de armis. §. fi. ver. sed quid si fideiussor. Contrarium ꝟ̄ tenere Guil. in l. pe. in prin. ff. de pub. iu. Sed ibi Imo. tenet primam opi. & ꝗ̄ parua hic, & gl. in l. 3. ff. de cust. reo & ibi. quod possit huic legi renunciari, dicit Bal. in l. qui crimen. in 1 a. q. qui accusare, & hæc lex procedit etiam si iuramentum interuenerit. Adde aďs in hac l. quæ consuluit Pa. de Ca. consi. 168.
b Ale. Est speciale. Vide Bar. in l. si insulam, de verb. oblig. 6. q. & Bar. in auth. ei qui. de tempo. app. in prin. in pulchra q. de qua hic per Bal.

LEX XXVII.

a **Si fideussor.** [a]Hæc est singularis lex. Qui alium in iudicio sisti promisit sine scriptis, si lis negligitur intra cursum quatuor mensium liberatur. h. d. primo. Item in b causa publica [b]promissio in dubio intelligitur in scriptis facta: secus in causa priuata. h. d. hæc lex. Opp. & videtur, quod fideiussor de iudicio sisti teneatur vsque ad sententiam, vt l. Græcè §. & post litem. ff. eo. Sol. Dic tria verba, quandoque quis promittit aliquẽ exhibere intra certum tempus, & tunc habet locum supra lex proxi. Quandoque promittit aliquis aliquem exhibere, vel sistere simpliciter, tunc aut promittit illum, cum quo nulla lis esset in casu, quo eius persona requirebatur, seu ex alia causa, vt hic: aut promit c tit in litem, seu litis occasione. Primo casu, aut fideiussit i scriptis, [c] & tunc aut in causa publica, & idem. Aut in causa priuata, & liberatur per cursum quatuor mensium, vt in hac l. Si verò fideiussit in litem, seu litis occasione, tunc si quidem actor differt, & negligit litem, tunc idem quod dixi supra, quando promissio facta non fuit litis occasione: Si verò non negligit, sed litem prosequitur, tunc tenetur exhibere reum vsque ad sententiam, vt d. l. Græce. §. & post litem. ff. eo. quæ perpetuo tene menti.

ADDITIOIES.

a Ale. Si fideiussor. Vide Bar. in l. si ita stipulatus, in 3. opposi. de verb. oblig.
b Ale. In causa publ. Adde quod no. Bar. in l. 1. in fi. ff iud. solui.
c Ale. Aut fideiussit in scriptis. Dicit Bald. in l. 3. §. fi. ff qui sat. cog. in lect. antiqua, quod si quis promisit non respectu litis, sed respectu iudicis, vel partis facere istam promissionem de repræsentando, in perpetuò tenetur Allegat l. si quis vaum. § si fi. g. tuum. ff. de fur. vbi hoc non probatur. & Barto. ibi contrarium vt velle.

LEX XXVIII.

a **Generaliter.** [a]Per electionem vnius, non liberatur alius reus, vel fideiussor, vel correus, vel confideiussor: & quod potest fieri per pactum, potest fieri per legem. hoc dicit.

ADDITIONES.

a Alexan. Generaliter. Et si sit facta missio in omnia bona alterius, est tex. & ibi Bar. in l. hæredes. §. quod si. ff. eod. vbi post Bart. in prin. concord. gl. in l. non solum, §. morte. ff. de ope. no. nun. quæ allegat istum tex.

De nouationib. & delegationib. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **DElegatio.** [a]Delegatio debitoris non potest fieri, nisi consentiente debitore: secùs in nominis venditione. hoc dicit.

ADDITOIO.

a Alex. Delegatio. Hanc legem limita ut in l. non fortem. de condi. indeb. & uide quod dixi in princ. l. 2. sol. mat. & Bal. ibi limitat hanc l. nisi creditor fuisset certioratus, sed Imo. econtra.

LEX III.

1 *Debitor videtur quodammodo seruus creditoris.*
2 *Si concurrat ille, qui habet directas, & ille qui habet utiles, quis præferatur.*

a **Si delegatio.** [a]Hæc est singularis, & multum not. lex. Apud eum, qui mandauit, seu cessit actiones, remanent directæ, & ideo ei potest solui, nisi in tribus casibus hic expressis. h. d. No. istos tres casus, in quibus impeditur solutio, quã debitor vellet facere cedenti. Materiã huius legis examinaui multum profundè in l. facta. §. hæres. ff. ad Treb. No. ibi tex. quasi à clië 1 te, &c. quod † debitor videtur quodammodo seruus creditoris. vide gl. & simile habes no. in l. fideicommiss. §. si rem. ff. de le. 3. Quę 2 rit glo. quid si concurrat † ille, qui habet directas, & ille qui habet utiles, quis præfertur? Gl. uidetur dicere quod ille, qui habet directas, quod est contra istum text. quia prius præfertur ille qui habet vtiles, nisi denunciet &c. Ideo distingue. Quandoque actio directa, & vtilis tendunt ad eundem effectum. Quandoque actio utilis, & directa tendunt ad diuersos effectus, seu contrarios. Si tendunt ad contrarios effectus, tunc utilis præfertur directæ. Exemplum in vtili quę prefertur directæ, quæ competit domino contra quẽ facta est præscriptio, vt l. si quis emptionis. ꝫ. de præscriptio. triginta anno. Directo enim sibi adinuicem aduersantur. Quandoque directa, & vtilis tendunt ad eundem effectum, vt in casu nostro, directa, quæ competit cedenti, & vtilis quæ competit cessionario ad vnum, & eundem effectum competunt: tunc aut ille qui habet vtilem, habet causam ab eo qui habet directam, & vtilis præferẽ directæ: hic est casus hic. aut nõ hẽt cãm ab eo, & tunc aut directa ꝯpetit ei, ad quẽ negotiũ principalr̃ spectat, vtilis verò cõpetit ei ad quem

ADDITIO.

a Ale. Si delegatio. Istam legem intellige, quando apud eum, qui cessit, aliquid remanet, puta actiones directæ: secus quando nihil remanet, & quia cedens habebat vtiles. Ita intelligit hunc text. Bartol. in l. ex asse. ff. ad Treb. Qualiter autem hæc denunciatio debeat fieri creditori per cessionarium, uide Bartol. in l. 1. in princip. in 11 q. de oper. no. nun. & hic uide Bal. in l. 3. sup. quod me causa. Istam legem limita secundum Bald. non habere locum in concessione facta ex vltima voluntate, quoniam tunc nullus cedens poterit agere contra debitorem, per text. in l. si pecuniam. de leg. 1. Nam ibi debitor depositarius condemnatus fuit de restituendo debitum depositum extraneo, nam testator cessit iura sua Titio contra depositum, & his cogitur cedere actionem Titio ꝫ depositariũ, l. si seruus. §. Margaritam. ff. deposi. tamen ibi nullo casu hæres cedens agere poterit contra debitorem, imo exceptione repellitur, ut ibi p Ang. No. secũdum Bald. ibi, qui dicit, quod omnis cedens non potest agere, quia debitor fuit grauatus de restituendo, secus si ab ipso debitore fuit primum legatum, & non fideicommissum. Ita dicit uolendo limitare hanc limitationem. Dicit tamẽ qd dictum Bald. erat menti tenendum. Et hanc legem limita per Bal. in l. 1. in ver. 2. quæro, quid si procurator. sup. quando prouo. & ibi utrum sentẽtia lata cõtra dominum per debitorem obsit cessionario. Et hanc legem in eo, videlicet quãdo denunciatum est ne soluat, limita procedere in tribus casibus, scilicet in depositario, in possessione inquilini, in salario soluendo, ut in auth. se. 1 sam. & ibi Bal. supra, depositi. Et quid si cessionarius præuenit, tamen finita est instantia, an possit cedens agere? Bald. quod non, in l. 3. supra, manda. & etiam limita hanc legem non procedere in eo, qui transtulit utilem actionem in rem, quia nisi interueniat traditio, non enumeratur directa, secùs in personali, l. cum tibi. & Bal. sup. de hær. vend. Item limita ut in l. prouinciali. § fi. de ope. no. nun. Fallit etiam hæc lex, quando negocium re ipsa pertinet ad cessionarium. l. si post constitutam. & ibi Ang. ff. de consti. pecu. nam tunc præfertur utilis actio directæ, ut ibi. Et dum dicitur hic, partus perceptio, & litis contestatio æquiparantur, limita per Bart. in l. qui hominem. §. 1. ff. de sol. cum concordant. Item adde, quod in istis trib. fuisset impleta. l. pactu successorum. supra de pac. & ibi no. Bald. & dicit ibi Sal. quod est sing. limitatio ad hanc legem. Quid si iurasti soluere Titio, & Titius successit Seio, an si non soluo sim periurus? Vide Barto. in l. sed si in hac. ff. de io ius uoc. in princ. & not. quòd isti tres casus non habent locum in utili actione in rem, secundum Bald. in l. qui tibi. C. de hæredi. actio. uendi.

quem spectat per quandam consequentiam, aut econuerso. Primo casu directa præfertur vtili, vt l. qua ratione §. literæ, de acquir. rer. do. & ibi no. & l. 1. de lo. pub. fru. Secundo casu vtili præfertur directæ, vt l. in causæ, in fi. de proc. Tertio casu principali, quando vtilis, & directa respiciunt diuersos effectus, tunc nulla alteri præfertur, sed quælibet suum effectum prosequitur. Exemplum in directa, quæ competit domino, & vtili, quæ competit emphyteutæ feudatario & similibus. Nam dominus præfertur in vendicatione sui dominij directi, & emphyteuta præfertur in vendicatione sui dominij vtilis, vt ff. si ager vectig. vel emphyteu. pet. per totum, & ff. de superficie. l. 1.

LEX IIII.

1 *Quando procurator est factus ad pecuniam recipiendam, si confitetur sibi solutam esse, non sequitur absolutio, sed requiritur vera solutio.*

a **Non abstulit.** a Qui est factus procurator ad recipiendam pecuniam, alio modo liberare nō potest. hoc dicit no. l. No. quod 1 † quando procurator est factus ad pecuniam recipiendam, non sufficit si confiteatur sibi solutam esse, sed requiritur vera solutio vt sequatur absolutio. Aliud enim est confiteri se recepisse: & ideo fac, quòd in instrumento dicatur, habuit, & recepit, vel verè dedit, & numerauit.

ADDITIO.

a Ale. Non abstulit. De isto tex. vide Bar. in l. 1 sol. mat. Adde Bar. in l. 3. ff. si cert. peta. Ang. in l. nam & nocere. ff. de pac. & Bal. & Ang. in l. 2. §. 1. ff. de acq. poss. aliàs, de quadr. præsc. ibi materiam istam dic, & dic quę habes per Imo. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iud. adde ad hanc l. Bal. consi. 303. lib. 2.

LEX VIII.

a **Nouationum.** a Hodie nouatio in dubio non intelligitur facta, nisi specialiter exprimatur. hoc dicit. Materiam istam dic, vt dixi in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obliga. in l. pe. ff. de noua. vbi tractaui de materia istius nouationis voluntariæ, quæ fit per stipulationem æquè principalem. Qualiter autem nouetur per stipulationem pęnalem, dixi in l. ita stipulatus. de verb. oblig. & Cyn. hic tractat, & non dicit vnum bonum verbum in ista materia.

ADDITIO.

a Barb. Nouationum. Circa istam nouationem uide Lud. Roma. in consi. 119. & in consi. 209. & Bu. in consi. 244. me. Titius promittit mihi illud, quod aliàs debet. dicit, quod non est nouatio, sed est fideiussio. allegauit l. si. de noua. vide ibi Bartol. Parif. Nouationum. An ista lex habeat locum in delegatione, uide Ias. in l. singularia. ff. si cert. peta.

De solutionibus, & liberationibus. *Rubr.*

LEX VIII.

a **VSuras.** a Tene menti istum textum, quod quis non potest cogi, quod debet in vno loco, soluere in alio, nisi ex causa. Causas autem enumerat gloss. quam vide.

ADDITIO.

a Ale. Vsuras. Hanc l. alle. Bar. in l. 5. § 6. ff. de verb. obliga. & uide quod no. dixi post Bar. in l. 2. ff. de eo quod cer. lo. & Bal. hic.
Menoch. Vide Ias. in l. 1. nu. 95 de iure emph. sup.

LEX XVIII.

Inquisitio. In generali termone non cōtinetur persona loquentis. h. d.

LEX XXIIII.

Com pro pecunia. Non debet quis petere id, cuius contrarium non esset postulaturus. hoc dicit.

De acceptilationibus. *Rubr.*

LEX PRIMA.

Iam tibi. Pupillus cum authoritate tutoris, potest per acceptilationem liberari. h. d.

LEX II.

Si donationis. Per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem insequutam, omnis tollitur obligatio, nisi per restitutionem restauretur. h. d. hæc lex.

De euictionibus. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *An sumptus, quos facit emptor in lite, à venditore illos recuperet.*

EMptor. Venditor hæreditatis nō tenetur de euictione rerum singularium, nisi specialiter se ad hoc astrinxit. hoc dicit hæc notabilis lex & 2 est menti tenenda. Circa hanc legem gloss. quærit vnam quęstionem, † vtrum sumptus quos emptor fa- a cit in lite, à venditore recuperet. a Breuiter de emptore hæreditatis, si quidem facit expensas in lite rei singularis, illos sumptus non repetit, vt hic, sed si faceret expensas in litem vniuersalis hæreditatis, vel emptor rei singularis faceret expensas, in lite dictæ rei, tunc est dubium. Finaliter gloss. determinat, quòd si quidem potest agi pro re principali ad interesse, puta quia euictio est sequuta, tunc repetit etiam sumptus. Si autem non posset agi quia euictio non est sequuta, tunc non potest repetere sumptus, j. eodem. l. si status. in fi. hoc est uerum, nisi sint promissæ, ut l. uenditores. ff. de uerborum obligationibus. Ego ibi examinaui hūc articulū, & teneo contra istam gl. videlicet quod sumptus posset repetere. primo per id, quòd no. in l. stipulatio ista habere licere in gl. magna. ubi dicitur, quòd ista stipulatio ad expēsas committitur, sed uenditor tenetur emptori habere licere vt l. emptor. in fi. ff. de action. emp. ergo, &c. Præterea, venditor tenetur statim mota lite emptorem defendere. ff. eodem. l. si plus, vel minus. §. mota q. Sed ille qui tenetur ad aliquem defendendum, si non defendit, tenetur ad interesse, vt l. cum quærebatur. iudic. solu. ergo, &c. Et ex hoc apparet responsum ad omnia, quæ gl. hic dicit. Nam fateor, quod non agitur tanquam re euicta, sed agitur tanquam defensione nō facta ad interesse. Item nō potest dicere, quod emptor gesserit negotium suum, immo gessit negotium uenditoris, cum ipse teneatur defendere. non ob. j. eodem. l. si status. ut ibi dicam. & plenius dic, ut dixi in l. uenditores. de uerborum obligatio.

ADDITIO.

a Alex. A venditore recuperet. Quando venditor teneatur ad expensas emptor in causa euictionis, addit tamen quod lite pendente emptor non potest petere sumptus à venditore, secundum Bal. in l. cum testamento. sup. de testa. manu. sed Bar. hic reprobat, ideo fortè non procederet sententia Bal.

LEX II.

Quoniam. Donator non tenetur de euictione, nisi promiserit. h. d. Quęrit gl. hic, & distinguit utrum donator teneatur de euictione, quam vide, & nota. Similem gl. habes in l. Aristo. ff. de do. & dic vt ibi.

LEX III.

a **Qui rem.** a Antequàm res euincatur, non potest emptor contra uenditorem habere regressum. h. d. hoc uerum, nisi in casibus. quod dic, ut in glo.

ADDITIO.

a Alex. Qui rem. Probatur in l. 1. §. si postulatus, de præto. stipu.

LEX IIII.

Si prædium. Datio in solutum similis est emptioni, & simili modo de euictione agitur. hoc dicit, vt vidistis in l. libera. supra, de sentent.

LEX V.

Ex his prædijs. Hęc est bona lex, & menti tenenda. Antequàm res tradatur, vel pretium soluatur, potest emptor petere, vt pignoris obligatio dissoluatur. hoc dicit, & est bona lex.

LEX VI.

a **Non dubitatur** a In contractu emptionis debetur euictio, etiam si non promittatur. hoc dicit, & bonum casum habet multum.

ADDITIO.

a Barb. Non dubitatur. In materia euictionis, uide Lud. Roma. in consi. 248.

LEX VII.

Authore. Sufficit quod denuncietur principali, licèt fideiussor ignorauit. hoc dicit hæc bona l.

LEX. VIII.

1 *Venditori nescienti litem motam est denunciandum.*

a **Emptor.** a † Emptor de euictione non agit si non denun- 1 ciauit, uel contumax fuit, vel si per iniuriam iudi- b cis condemnatur. hoc dicit. Quærit gl. b nunquid si uenditor nesciuit, an ei debeat denunciari. Gl. hic uidetur dicere, quod non. idē Dyn. in cap. eum qui certus. de regu. iur. lib. 6. Dixi tibi hoc anno contrarium, nam in denunciatione, quę continet nudam notificationem, procedit illa regula, eum qui certus, &c. vt l. prima. in fi. ff. de act. empt. de petit. hæred. l. item ueniunt §. petitam. Sed ista denunciatio continet aliquid, scilicet inuitationem ad aliquid faciendum, scilicet quòd veniat ad defendendum, seu quòd liti assistat, vt l. prima. supra. de peric & commod. rei vend. & ibi dixi. & supra eo- c dem l. si parentes. & l. empti. vnde requiritur ista notificatio, c vt l. denunciasse. ff. de adulte. Licet enim sciam litem esse motam, & tamen ego nescio si tu uelis, quod ueniam ad defendendum, uel ad assistendum liti, fortè tu confidis tantum de te, quod sufficit.

ADDITIONES.

a Alex. Emptor. Adde Bar. in l. qui absente. de procur. & adde quod etiam qui recipit rem in solutum, debet denunciare. l. libera. vbi gl. & Barto supra. de sent. adde an debeat habere dilationem ad denunciandum. Ioann. Andr. in tracta. in addi. in princ. & quod venditori scienti litem motam sit denunciandum, tenet Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de emptio. & vendi. §. fin. ubi alleg. tex. in fi. in l. si parentes. j. eodem.
b Alex Quærit glo. Vide Mod. in c. fi. de emp. & uend.
c Ale. Notificatio. Idem tenet Speć. de emp. & uend. §. si. in fi.

LEX IX.

Si controuersia. Si fit denūciatio, et res euincitur, de euictione agitur: secùs si ante euincatur hoc dicit.

LEX

LEX X.

Si fines agri. Quod per actionem finium regundorum euincitur, in actione ex empto per euictionem venit: secus si non euincatur, sed ex alia causa per iudicem adiudicetur. hoc dicit.

LEX XI.

Exceptione. Quem de euictione tenet actio, etiam tanquam fideiussorem, eundem agentem repellit exceptio. hoc dicit. Not. secus in hærede fideiussoris, vt videbitis j. eo. l. fin.

LEX XII.

Siue. Etiam antequàm res euincatur potest ad interesse agi, si hoc agatur. hoc dicit.

LEX XIII.

a **Si ob causam.** a Si venditio fiat à iudice pars obligatur de euictione, & ideo eum agentem repellit exceptio. h.d. No. quod iudex facit, pars facere videtur. Simile vidistis s. si in cau. iud. l. 1.

ADDITIO.

a Ale. Si ob causam. Adde Bar. ad hanc l. meminerint sup. vnde vi. No. quod facit iudex, pars facere videtur. Limita per l. à diuo Pio. §. si emptor. de re iud. & quod ibi habetur, nam in proposito ibi, licet pars non possit recedere à contractu venditionis, tamen iudex potest. Secundo, & magis propriè, ad hanc limitationem, secundum Bald. in l. militar. de iur. fis. lib. 10. & per Ang. in repe. §. ex non scripto. Insti. de iur. natura. ubi tenet quod tunc factum iudicis reputetur factum partis, quando illud clauditur sub administratione iurisdictionis, aliàs secus, quod no. Item ad istam adde quod notat Bal. in l. ordo, & q dixi in ver. modo quæro. de execu. re. iud. & adde quod dixi secundum Ang. addendo Bal. hic per illum tex. qui etiam limitat in facto iudicis, qui certè procellit, & facit ad no. quæstio. Bal. in l. 1. in ver. & hoc facit ad quæstionem. sup. si seruus extero.

LEX XIIII.

Siue possessio. Quem de euictione tenet actio, tanquam hæredem principalis, eundem agentem repellit exceptio. hoc dicit. Secùs est in hærede fideiussoris, vt infra eod. l. fi.

LEX XVI.

Super empti. Re euicta agitur de euictione ad interesse precij, fructuum, vel meliorationum. hoc dicit.

LEX XVII.

Si cum quæstio. Re euicta per sententiam agitur ad interesse: secùs si sponte restitueretur.

LEX XVIII.

Si status. Si emptor succubuerit, regressum de euictione habet: secùs si obtinuerit. h.d. Quod hic dicit ad venditorem non posse reuerti, quando obtinuerit, non intelligas actione ex empto, quasi res sit euicta: sed actione ex empto, quasi res non sit defensa, sicut dixi s. eo. l. 1.

LEX XIX.

Si obligata. Emptoris præscriptio prodest venditori. hoc dicit.

LEX XX.

a **Si parentes.** Re euicta agitur de euictione, etiam contra venditoris hæredes, a nec ex eorum persona potest in integ. restitutio impetrari. h.d. Not. text. ibi, nec vobis, vt defendaris, &c. Ad illud, quod dixi in l. emptor. s. eo. ti. modum denunciandi dicam vobis j. l. proxi.

ADDITIO.

a Ale. Hæredes. Istam l. cum duabus sequen. alle. Bar. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & Bar. in l. stipulatio ista, in prin. de uer. ob.

LEX XXI.

Empti. Etiam si post longum tempus res euincatur, de euictione agitur, si fuit legitimè denunciatum. h.d. Circa l. nostram quæro de forma a huius denunciationis, quam emptor debet facere venditori. Respon. Primo debes facere venditorem certum, quod lis est mota sibi, vt supra, eo. l. si cum quæstio. & ideo puto, quod debes sibi ostendere libellum in publica forma, & ei copiam dimittere: aliàs enim ipse non redditur certus, quod lis mota fuerit, quare enim ipse hoc tibi credere debet: qua certioratione facta debes ei denunciare, vel protestari, quod veniat ad defendendum. Ista autem verba, potes quibus verbis vis componere, vel sm formam l. 1. supra, de peric. & commo. rei vendi. vel secundum formam legis præcedentis, vel secundum formam l. 1. & l. cum successores.

ADDITIO.

a Ale. Forma. Tene menti hanc formam denunciandi. Idem dicebat. Bar. in l. non solum. §. morte. de ope. no. nun. Adde quod no. Io. c. fi. de emp. & vend. & Cle. causam. de electio. quod no. Bar. ibi dixi post Imo. in l. 2. in fi. ff. sol. ma. Et de hac forma vide Bal. in l. si cum quæstio. sup. eod. & ibi tenet contra Barto. & ibi Barto. Facit quod no Bar. in l. 1. in 11. q. de ope. no. nunc. & vide Bald. in l. libera. sup. de sen. & Bar. in l. qui alienam. supra. de proc. & Bal. in l. emptor. supra, eo. ubi tenet contra Bar. ibi. Et hic adde pulchrè Ang. & Imo. in l. cum ex causa. de verb. ob. Cum Bar. concordat Ang. & Imo. in l. cum executione. §. in solidum. de ver. ob.

LEX XXII.

Cum tibi. Ex stipulatione de indemnitate potest agi, cum id, pro quo res est obligata, fuerit solutû. h.d.

LEX XXIII.

Cum successores. Re euicta agitur de euictione si fuit denunciatum, vel si non potuit reperiri, cui denunciaretur. h.d.

LEX XXIIII.

Si post. Quando euictio imminet in limine contractus, emptor non cogitur ad soluendum precium, nisi sibi a caueatur idoneè. a hoc dicit hæc no. lex. Oppo. ff. eo. l. emptori. vbi venditor non tenetur cauere de euictione. Solu. est verum, nisi in limine contractus euictio immineat. Quæro, vtrum debeat præstari satisdatio pro illa euictione, quæ ex illa causa tantum immineat, an generaliter? Gl. hoc non firmat. Finaliter Docto. videntur velle, quod generaliter per l. fi. de rescin. ven. & tene menti hanc l. Ex hac enim l. sunt factæ mille malitiæ, nam supponit emptor quendam qui litem mouit, vt possit habere fideiussorem de euictione, quid enim tunc fiet, quando vêditor fecit hoc fieri malitiosè ab emptore. Certè compellitur emptor iurare, quod per calumniam non facit sibi mouere litem, & eodem modo compellitur iurare ille, qui eam mouet, vt s. de positu. l. 1.

ADDITIO.

a Ale. Idoneè. Vide in l. à diuo Pio. §. si post de re iudi. Not. q ubi imminet euictio in limine contractus, debet præstari fideiussor. adde quod no. Bart. in l. habitationem. § fi. per istum tex. de pericu. & commo. rei vend. & quæ dixi per ipsa iura in l. commodare. cum seq. ff. commo. post Barto. Si autem venditor sciuisset rem esse alienam incontinenti, potest ante euictionem conueniri. Tex. est sig. in l. si seruus quem, in ff. de actio. emp. & gl. in l. 3. sup. eo. & Bal. post Bar. in l. 1. §. stipulatio. de præt. stipu. & ibi etiam ponit omnes casus, in quibus cauetur de euictione. & vide no. q. per Bal. in l. familiæ. la 1. sup. fam. erc. quando euictio uenit à patre, an ego teneat si imminet euictio in limine contractus, collige ex notatis per Bal. in l. 1. sup. de bo. mater. & inde ibi Bal. qui ponit, an si non offeratur fideiussor in casu huius l. emptor teneatur ad usuras precij non soluti. dic, vt per Io. An. in addi. Spec. in tit. de emptio. & vendit. §. fi. in prima additio. Et an si via sit obuiandi fraudib. de quibus in hac l. vide Io. And eod. tit. præalleg. in §. 1. uersi. primo autem. in addi. mei. Facile ergo erit.

Menoch. Soc. se. consi. 208. col. 3. ver. 5. 2. defensio. lib. 2.

LEX XXVI.

Si quis tibi. Re perempta non timet vêditor periculum euictionis. h.d.

LEX XXVII.

a **Si fundum.** a Qui emit rem alienam scienter, non habet regressum de euictione, etiam ad precium, secùs si ignoranter. hoc dicit.

ADDITIO.

a Si fundum. Vide in l. emptor. §. fi. de ac. emp. & gl. Ang. Bar. & Doct. in l. si familiæ supra, fam. erc. & gl. & Bal. in l. non dubitatur. supra, eo. & hic.

LEX XXVIII.

Emptori. Emptor potest se defendere, etiam ex iuribus venditoris. h.d.

LEX XXIX.

Si permutationis. In côtractu permutationis re euicta denunciatione solenniter facta, agitur de euictione. h.d.

LEX XXX.

a **Non ex eo.** a Bona fides præsumitur, nisi probetur contrarium. h.d. De hoc dic, vt in l. cum quærebatur. vnde vi.

ADDITIO.

a Ale Non ex eo. De hoc per gl. & Inn. in c. vigilanti. de præscr. & hic, quando non habet titulum reprobatum à iure, secundum Bar. no. in l. quemadmodum inf. de agri. & censi. lib. 11.

LEX XXXVII.

Hæredem. Quê de euictione tenet actio, vt fideiussoris hæredem, eum agentem non repellit exceptio. hoc dicit hæc singularis l. Et est casus, quem nescio alibi. Rationem autem huius l. inuestiga per te. Tangitur per gl. ff. de legat. 2. l. & quidem.

Creditorem euictionem pignoris non debere. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Vendens rem tanquàm tutor, vel curator, licèt non tenetur de euictione tenetur tamen se ostendere talem legitimè.*

CVm iure. Qui vendit rem iure creditoris, ad hoc tenetur, vt doceat se creditorem alijs potiorem, aliter de euictione nô tenetur, nisi expressè promiserit, vel in dolo fuerit, hoc dicit cum l. seq. Op. supra, titu. 1. l. non dubitatur. Solut. quandoque quis vendit rem, vt suam, & tunc de euictione tenetur, etiam si nil dicat. Quandoque quis vendit rem non vt suam, sed vt alienam, & creditor tunc non tenetor de euictione, sed tenetur ad hoc, vt doceat se creditorem 3 alijs potiorem, quod tene menti. Ex hoc ego dico, † quòd quâdo

aliquis

a aliquis vendit rem tanquam tutor, a vel tanquàm procurator, quod licèt non teneatur de euictione, tenetur tamen se docere tutorem legitimum, vel procuratorem legitimum, per hanc legem, quod perpetuo tene menti, quia allegaui millies.

ADDITIO.

a Alex. Tanquam tutor. No. quod tutor, vel procurator non tenetur de euictione, & vide istum tex. no. Bar. in l. fi. §. & si præfatam. sup. de iure delib. licèt aliqui dicat ipsum non benè dixisse. & adde Bar. in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procu. & in l. 1. ff. de prætor. stipul.

Menoch. Ruy. consi. 41. nume. primo lib. 4. Soc. quæstio. 80. nume. 3. 4. q. 274. num. 3. in fi.

De patria potestate. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **Si filium.** a Libertas à patria potestate præscribitur longo tempore, hoc dicit in summario.

ADDITIO.

a Alexand. Si filium. Et de intellectu huius l. & gloss. vide Barto. in l. 3. sup. si aduersus iudic. & in l. post mortem. ff. de adop. An Iudæi, & Saraceni habeant filios in potestate, vide post Bar. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & qualiter probetur patria potestas, vide Bal. in l. 3. ff. sol. mat.

LEX IX.

Nec filium. Contra negantem se filium est imposita pœna per Senatusco. & sunt introductæ actiones præiudiciales, & pater cogitur alere filium maiorem triennio a minorem autem triennio cogitur mater lactare. a h. d.

ADDITIO

a Ale. Mater lactare. No. quod mater cogitur lactare filium vsque ad triennium. adde quod legitur in c. fi. de conuer. infidel. & in l. 5. sup. de infa. Fallit nisi mater esset ita nobilis, cui esset verecundia, arg. l. nepos Proculo. ff. de verb. signifi. vel quia esset paupercula, vt quia vellet lactare extraneos causa lucri. l. sed & si hæreditas cum ibi scriptis, ad exhib. & quod ibi dicitur, intelligas etiam patre mortuo. l. 1. in prin. cum gl. in ver. iusta causa. de lib. exhib. vide per Mod. in l. si cum dotem. §. si autem in 1. nouissimo. in tex. ibi, omnem talem mulieri, & cubi habes no. quod mater de dote tenetur alere filium, q. no. & Bal. in l. alimenta. sup. de nego. gest. & glo. hic in ver. nomine. & Bart. hic & Bal. in l. sed & si. §. 1. ff. ad exhi. ubi hanc l. limitat, quòd mater non tenetur propter inopiam, & necessitatem laborandi. & Bal. ut uact. alime. & in l. si quis lib. §. si mater. ff. de lib. agn.

De adoptionibus. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **CVm in adopti.** a Datus in adoptionem alicui ex ascendentibus eis solis ex testamẽto, & ab intestato succedit, vt suus: datus verò extraneo ex testamento capit quantum ei relinquitur, & non vltra, ab intestato succedit vt suus, succedit etiam patri naturali. Item per emancipationem omnia iura adoptionis tolluntur. hoc dicit tota ista lex.

ADDITIO.

a Alex. Cum in adoptionibus. Et ista l. & §. admonemus. & §. at hi qui, allegantur in gl. dum dicitur filium datum in adoptionem auo materno, non posse patri legitimo, & naturali ab intestato succedere. sunt correcti per Auth. de hære. ab intestato. §. 1. ibi, siue suæ potestatis, siue sub potestate sunt constituti, & addit §. nulla verò. in d. Auth. per quem videtur esse concepta ista lex in casu econuerso ad primum supra dictum.

De emancipationibus liberorum. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Creatus notarius ab vna ciuitate, vbique potest conficere instrumenta.*

SI lex. Hic est bonus casus. Qui habet iurisdictionẽ ex lege municipali, potest eam exercere inter volentes, etiam nõ subditos, & vires habebit apud omnes. h. d. Tene menti hanc legem. Not. argumen. 1 quod † notarius creatus a authoritate cõmuni vnius ciuitatis, po- a test facere instrumenta in alia ciuitate, quæ vires habebunt in omni loco. Facit etiam quod si forensis facit hic testamentum secundum formam statuti huius ciuitatis, quod valet. Facit etiam ad multa alia, quæ examino plenè in repet. l. cunctos populos, de summa Trinitate, & fide catholica.

ADDITIO.

a Ale. Notarius creatur, Adde Bart. in l. nec si, §. eorum. in fine. ff. de adoptionib.

LEX IIII.

a **Nec auus.** a No. quod beneficia non conceduntur cum alterius iniuria, vt l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publi. Quæro vtrum in casibus illis, in quibus potest pater cogi emancipare filium, an eisdem casibus econuerso cogatur filius retinere, vel recipere emancipationem. Glos. hic tenet hoc non. Item in Authen. quibus modis natur. effici. sui. §. generaliter. In contrarium videtur text. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. & ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale. Nec auus. Adde Bal. in l. quamuis. sup. de fideic.

Paris. Nec auus. Vide Ia. Bel. in tract. de quæst.

LEX V.

1 *An infans possit legitimari.*

Iubemus. Parentes possunt emancipare filios absentes impetrato rescripto principis, & eorum accedẽte consensu, nisi essent infantes, quorum cõsensus nõ requiritur. a hoc dicit hæc bona lex. Et fui interrogatus a à quodam magno ad- 1 uocato de Tuscia de tali quæstione. † Bastardus infans fuit legiti- b matus, nunquid valeat talis legitimatio b cum eius consensus non interuenerit? Videtur, quod nõ, nisi eorum interueniat consensus, vt in Auth. quibus modis nat. effic. sui. §. illud tamen, ego respondi, quod illud debet intelligi secundũ determinationem huius l. nisi sit infans, per istum tex. quem no. benè, & signa.

ADDITIONES.

a Ale. Interrogatus. Hanc l. alleg. Bar. in l. imperium, in primo gradu mixti imperij. ff. de iur. om. iud. in uer. fui interrogatus, & ad Bal. hic, adde Bal. in cons. ... Præsupponitur, quod dictus Comes Sabaudiæ. adde Ang. de Are. Inst. de adopt. §. fi. & hic adde Bar. in l. inuiti. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur. per Ang. in disputa. sua. Nobilis quidam genere. & Flo. de san. Pet. in quadam dispu. per Bal. in auth. prætetea. de natu. lib. & no. casum, in quo illegitimus potest legitimari sine cõsensu suo. Adde bonum casum etiam, in quo filius inuitus potest legitimari. s. in casu, quo filius occultet in arcam suam concubinam quam pater suus uellet in uxorem ducere, tex. in Auth. quibus modis natu. effi. leg. §. licet, adde And. Sic. consi. 56. 2. lib.

Menoch. Adde D. Alcia. in l. 1. nume. 27. in fi. ff. de verbo. obliga. ubi concordantes allegat.

b Menoch. Legitimario. Latissimè. Dec. consi. 357. nu. 5. 6. Cur. sen. cons. 19 viso procto. Soc. iu. consi. 97. nu. 23. lib. 2.

De ingratis liberis. *Rubrica.*

LEX VNICA

Filios. Filij si sunt ingrati, reuocantur in patria potestatem. hoc dicit.

De postliminio reuersis, redemptis ab hostibus. *Rubr.*

LEX III.

CVm agnatos. Nota, quod quando dubitatur an aliquis sit viuus, vel mortuus, non potest adiri hæreditas, sed interim datur curator bonis. Idem dicit l. seq. scilicet dum dubitatur, an viuat aliquis, vel sit mortuus, nihil interim potest fieri. De quo in l. ab hostibus, ex quibus causis ma.

a **Nec nos.** a Hæreditas eius, de cuius morte dubitatur, non potest adiri, quod not. &c.

ADDITIO.

a Alex. Nec nos. Vide Bar. in l. 2. sup. de pac. & vide no. Bald. in l. aut qui rem sup. de sacrosan. eccle.

LEX VI.

Cum & postliminij. Glos. in l. obligatione. ff. de sol. quærit vtrum obligatio, & depositio facta ab alio non à debitore, liberet debitorem. Glos. non determinat. Habetis casum hic, quod sic, vt l. qui decem. §. 1. ff. de solu.

LEX VII.

a **Liber captus.** a Nota casum, & videtur mihi, quod Guil. de Cun. inter alia alleg. hanc legem, quod si pater soluit pecuniam pro redimendo filio capto a latrunculis, videtur quod post mortem patris, fratres possunt computare in portionem eius. Hæc lex facit, quod no. Gul. tractat in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. Sed si pater soluisset condemnationem pro filio delinquente, tunc puto, quod esset aliud, vt plenè dixi in l. Stichus. ff. de pecu. leg.

ADDITIO.

a Ale. Liber captus. Est singu. secundum Bal. in l. alimenta. sup. de neg. gest. Quid in fratre, vide Bal. in auth. si captiui. C. de episc. & cle. & hanc l. no. Bal. in d. l. alimenta. Quod si mater redimat filium, & protestetur, quod non intendit donare, contrarium tenet in auth. si captiui.

Quæ sit longa consuetudo. *Rubr.*

LEX II.

1 *Populus Romanus, an hodie possit facere legem generalem adscriptam, & expressam.*
2 *Debemus sequi quod populus Romanus facit ex certa scientia, consuetudinem inducendo.*
3 *Argumentum de pacto ad statutum, vel consuetudinem, quomodo procedat.*
4 *Consuetudo quid sit, & quas vires habeat.*
5 *Differentia inter legem communem, & consuetudinem.*
6 *Quæ sit differentia inter consuetudinem, & legem municipalem.*

Si est

7 *Si est factum statutum de casu deciso per consuetudinem, quo iure agendum erit pro illo casu, an consuetudinis an statuti.*
8 *Si quis proposuit conditionem ex consuetudine, & non probauit consuetudinem, sed statutum, vel econtra, an obtineat.*
9 *Differentia inter consuetudinem, & stylum.*
10 *Quæ sit differentia inter consuetudinem, & mores.*
11 *Consuetudo, & præscriptio quomodo differant.*
12 *Requisita ad inducendam consuetudinem. Binus actus dicitur frequens.*
13 *Consensus totius populi, vel maioris partis requiritur ad consuetudinem inducendam.*
14 *Consensus totius populi, vel maioris partis, quomodo colligatur.*
15 *Temporis diuturnitas requiritur, vt inducatur consuetudo.*
16 *Tempus diuturnum siue longum quod dicatur.*
17 *Quare tempus diuturnum requiratur ad inducendam consuetudinem.*
18 *Certa pars populi ciuitatis, potest ex sua parte consuetudinem inducere.*
19 *In consuetudine inducenda, an requiratur actus iudiciarius.*
20 *Quod possit induci consuetudo sine contradictione.*
21 *Consuetudo, an induci possit per errorem.*
22 *Per consensum coactum, an inducatur consuetudo.*
23 *Si iudex iudicauit pluries contra legem, præsente maiore parte populi, & longum tempus sit elapsum, an consuetudo sit inducta inter omnes.*
24 *Consuetudo an inducatur ex sententijs, quæ non sunt mandatæ executioni, & longum tempus sit elapsum à tempore pronunciationis earum.*
25 *Ex sententia arbitrorum, quando inducatur consuetudo.*
26 *Sententia lata inter non subditos, quando possint consuetudinem inducere.*
27 *Per sententias rescissas, quando consuetudo induci possit.*
28 *Consuetudo inducta, qualiter in iudicio deducatur,*
29 *Consuetudo quando debeat in libello allegari.*
30 *Consuetudo probatur per duos testes.*
31 *Qualiter debeat probari consuetudo.*
32 *Testes probantes consuetudinem, quomodo deponere debeant.*
33 *Iudex non debet supplere defectum probationis in vim agendi, nec in vim excipiendi.*
34 *Quando pro consuetudine, quandoque fuit iudicatum, quandoque contra, an ex prioribus sententijs erit inducta consuetudo.*
35 *Si ad probandum consuetudinem producuntur quatuor testes, quorum duo deponunt sic actum, A. & B. præsentibus, alij P. R. præsentibus, quod non probatur consuetudo.*
36 *Si hic contra legem est iudicatum præsente maiori parte populi, tamen reperitur quod aliquis contradixit, an consuetudo erit inducta, quod sic.*
37 *Consuetudo quando liget infantes, & furiosos.*
38 *Clerici, quando ligentur consuetudine laicorum.*
39 *Stante consuetudinis diuersitate actoris, iudicis, & rei, quæ erit seruanda.*
40 *Si populus vtitur contra consuetudinem, an erit interrupta.*
41 *Statutum, vel consuetudo ciuitatis, quando vendicet sibi locum in castris sibi subiectis.*
43 *Consuetudo ciuitatis, an habeat locum in castris ciuitati vnitis.*
43 *Si euenit casus similis pro parte legi scripta, & pro parte contraria consuetudini, quod ius attendatur.*
44 *Quando vtrumque simile procedit pariter per omnia.*
45 *Consuetudo quando sit seruanda, & quando non.*

Consuetudinis. In repe. huius l. j. scriptum ordinem seruabo, quia primo continuabo materiam ad præcedentia, & sic secũdum Azo. in summa. Dictum est s. de iure scripto, sequitur videre de iure non scripto. ar. Inst. de iu. nat. §. constat. ideo ponit hic hanc rub. arg. de iur. nat. §. ex non scripto. Secundo diuido legem in duas partes, in quarum prima Imperator consuetudinis authoritatem extollit. In secunda eam limitat, & restringit. Secunda ibi, verum, §. Tertio sic summa, secundum Azo. Io. & Gloss. Consuetudo specialis certi loci, in eo loco vincit legem communem, & generalis generaliter: non autem specialis generaliter in quolibet loco. Venio ad quartum, s. ad casum in terminis, quem ponas in genere, & in nube, & in qualibet parte. Lege per teipsum, quia facilis est. Venio ad quintum, s. ad notabilia, quæ duo colligas per teipsum, vt s. patet in diuisione legis, & in casu summario. Venio ad sextum, s. ad materiam huius legis, quæ est subtilis, & profunda, & prolixa: sed eam, quam commodius potero, reducam ad compendium. Et primo expediam apparatum huius legis per decem contraria, & quandam quæstionem in ea formatam j. tractabo. Demũ veniam ad materiam prolixiorem huius legis, & eam per quæstiones expediam. Vltimo distinguendo, in ea concludam, & ero breuiter expeditus, & certè apparatus exponit finem huius legis tribus modis, teneas quam vis. Primo verò legem sic exponas. Consuetudinis vsusque longæui, i. consuetudinis inductæ ab vsu longæuo, tanquàm à causa mediata, & remota vt inf. dicam, secundum Pet. Et sic patet, quòd prima gloss. huius legis, quę fuit hic. est falsa. ibi, verum, i. pro sed. Item ibi in fi. aut legem, expone legem, s. cõmunem generaliter, i. consuetudo generalis certi loci, secundum Azo. & glos. Alias duas expositiones, quæ sunt in apparatu, vide per teipsum, quia sunt claræ. Oppo. glo. primo loco de principio huius legis ad fi. Ad quod respondet primo, secũdum Bulg. quod principiũ asserat in genere, finis in specie vetet, & deroget in princ. non abroget. arg. ff. de ver. sig. l. derogatur, quod non est benè tutum, cum debeamus correctionem legum particulariter, & generaliter euitare, vt l. præcipimus. in fi. s. de app. & in Auth. quib. mo. na. effi. sui. §. trib. coll. 7. cum sim. secundum Io. secundum hanc cõtradicimus, vt patet ff. ad Ter. l. 1. §. qui operas, ergo male, quare gloss. soluit secundo modo, videlicet quod principium legis loquatur de consuetudine, quæ est secundum leges finis vero de illa, quæ est contra legem. Quæ solutio non est benè tuta, cum tota ista lex loquatur vniformiter de eadem consuetudine, vt patet ex aduersatiua, & continuatiua ibi, verum, & c. ar. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fin. & de test. l. hæredes palam, §. sed & si notam, & quod no. ff. de don. l. 2. circa princ. & l. eleganter. ff. de dolo. Quare gloss. soluit tertio modo, secundum Ioan. quod principium loquitur de consuetudine generali, quæ generaliter vincit leges: vel speciali, quæ specialiter. Finis vero de speciali, quæ non vincit generaliter facit, quod statim dicam in solutione sequentis contrarij. Secundo op. gloss. ad finem huius legis de l. de quib. in fine, ff. de le. Solu. multis modis. Primo secundum Plac. quod d. l. de quib. loquitur secũdum tempora antiqua, secundum quæ populus. Rom. poterat facere legem generalem, ergo & consuetudinem generalem contrariam legi, & illam contrariam legem tollentem: hæc lex loquitur, secundum tempora moderna, secundum quæ populus Romanus non potest legem generalem facere, ergo nec consuetudinẽ contrariam illam vincentem. Ad hoc supra de vete. iur. enucl. l. 1. §. cum enim. & de legibus. l. fi. Inst. de iure natura. §. sed & quod princip. & ff. de ori. iur. l. 2. §. nouissimè, & de const. princip. l. 1. in princip. Quod non videtur benè dictum, quia secundum hoc d. l. de quibus esset derogatum, seu abrogatum per l. seq. quod in casu dubij dicere non deuemus, vt dixi in sol. contrarij præcedentis. Præterea Gul. de Cun. in d. l. de quibus, illud impugnat, & aliter fatetur, quod in principem translata est potestas condendi legem expressam, & scriptam, non autem consuetudinariam, quæ in eum non potuit transferri, cum procedat ex tacito consensu, argumen. ff. ad Trebel. l. si patroni. §. qui fideicommissariam, & sic dicit hodie populum Roma. posse facere consuetudinem generalem, cum potestas ipsius l. consuetudinariæ inducendæ non si translata in principem, & secundum hoc d. l. de quibus hodie remanet in suo statu, 1 quod placet Mart. Sil. vbi dicit hodie † populum. Roma. legem posse facere generalem, scriptam, & expressam, de quo hic non insisto, quoniam plenè est tractatum in l. fina. supra de legibus. & constitutio. Sed contra prædicta instatur, nam non debemus sequi, quod populus Romanus fecit, scilicet vtendo moribus contra legem, sed quod facere debebat, scilicet vtendo lege communi, vt l. pe. ff. de iust. & iur. & l. sed licet. ff. de officio præsi. Sed gl. ibi, & Inst. de satisd. §. fi. sic respondet, & benè; videlicet, quòd non debemus sequi illud, quod populus Romanus facit perperam & erroneè, vt in contrarijs, & l. quod non ratione. ff. de legi. Sed benè 2 † sequi debemus illud quod populus Romanus ex certa scientia fecit consuetudinem inducendo, vt d. l. de quibus. Ratio, quia Roma est communis patria. ff. ad mun. l. Roma, & est caput Mundi, sic aliæ Ciuitates debent sequi ipsius consuetudinem, non autem ipsa aliarum Ciuitatum, vt d. §. fi. Inst. de satisd. & l. j. §. 2. & §. sed & si quæ. C. de vete. iur. enuncle. vnde illud vulgare.

Roma caput mundi, tenet orbis frena rotundi.

Facit, quod notat Innocen. extra, de consuetud. capitu. pen. & de constitutio c. cum accessissent quare gloss. secundo modo soluit dictum contrarium, secundum Mar. videlicet, quòd d. l. de quibus loquebatur de l. municipali speciali, lex ista de cõmuni, quę est validior, vt in Authen. de non alie. §. quia verò verisimile. ff. de testa. mil. l. eius militis. §. militia. ff. de actio. & obligatio. l. in honorarijs. versic. sed cum rescissa. Quæ sol. est falsa. quia d. l. de quibus loquitur expressè in l. communi, & generali. Quare glo. soluit tertio modo, secundum quosdam, quod dicta l. de quibus, loquitur in legibus quibus potest derogari per pactum. hic in illis, quibus non potest, de quibus casibus plenè no. s. de pac. l. pen. ff. eod. 3 l. pactum. Ratio pro eis, † quia consuetudo ęquiparatur pacto, quia vtrumque procedit ex consensu populi, vt d. l. de quibus, & ff. de pact. l. j. in princip. Pro illa æquiparatione facit, quod not. infra de decr. Decurio. super rub. lib. 10. Sed contrarium no. de re. iur. l. neque pignus. §. priuatorum, & l. nec ex prætorio, eod. titu. vbi Iac. de Are. sic dicit; quod aut statutum, siue consuetudo, est contra ius naturale, vel gentium, & tunc dicta parificatio procedit, & sic intelligitur gloss. dictæ rub. Aut est contra ius ciuile, & tunc secus: immo plus possit statutum vniuersitatis, quam pactum, vt in alijs glo. Sed op. in hoc vltimo membro de l. Antiochen. ff. de priui. credi. Sol. Ibi lex municipalis in sui forma non est contraria iuri alterius, seu communi, alias secus, vt ibi dixi. Secundo oppo. de l. fin. ff. de col. illi. Sol. Ibi statutum vniuersitatis est expressè probatum per legem, seu pactum, hic secus vt ibi dixi, arg. de sacros. ecclę. auth. cassa, & quod ibi dixi. Vel dic quod dicta æquiparatio procedit cæteris paribus videlicet, quod idem possit statutum, siue consuetudo vniuersitatis, quod eius pactum, & non plus, vt dicit gl. rub. sed cæteris non parib. non procedit, immo plus potest statutum, siue consuetudo vniuersitatis, quàm pactum priuatorum. Ita loquitur alia glo. ff. de re. iur. l. neque pignus, §. priuatorum, quæ sol. impugnatur per glo quæ dicit, quod plus potest consuetudo, quàm pactum, quod patet, quia pactũ nõ ligat furiosum, propter defectum sensus, vt ff. loc. l.

qui ad certum cum similibus. Consuetudo autem maioris partis sic argu. ff. ad mun. l. quod maior. sed dic, vt supra, dixi proximè, & facit quod infra dicam. Ioan. verò dicit, quod prædicta panficatio, & dicta regula procedit in electionibus & in his, quæ singulorum prodessent vtilitatibus videlicet ad hoc vt vniuersitas possit conueniri requiritur, vt maior pars faciat contractum, vel obligationem aliquam, non autem, vt aliquis obligetur ignorans, vt conueniatur singulariter. etiam subdit, quòd hæc consuetudo patrimonio singulorum detrahit, & aliquando obligat, quod facere non potest pars maior. nam si millies consentiat pars maior, vt ego alicui tenear, non propter hoc tenebor. Sed contra hoc opponitur, quod consuetudo vniuersalis potest iuri priuatorum detrahere, & derogare, vt ff. communia præd. l. venditor. §. si constat. & no. ff. de his. qui sunt sui, vel ali. iur. l. 2. §. 1. Sol. Illud contingit propter publicam vtilitatem, & quia ille priuatus seruatur indemnis, scilicet quia soluitur sibi pretium suorum lapidum, ex quo colligitur eius tacitus consensus, secundum Inn. extra, de consu. c. 1. secundum Ioan. etiam prædictis ob. ff. quod quisque iu. l. j. & quod ibi no. Sol. quod ibi inducitur exceptio, vt patet in exemplis ibi notatis, & sic præsupponitur exceptio hic, & actio, vt hic, & in exemplo Ioan. ar. ff. si cer. peta. l. eius, qui in prouincia. §. quas verò. & de act. obl. l. Arrianus. Nec ob. quòd no. in d. §. 1. in gloss. quod scit, &c. in quæstionibus ibi formatis, quia illud est propter authoritatem sententiæ, ar. ff. de iud. l. si prætor. in prin. & de pigno. l. si fundus §. si pluris. & mā. l. si fideiuss. §. in omnibus, ff. ad Treb. l. si seruo inuito. §. cum prætor. ff. de reg. iur. l. res iudicata. Quare glos. soluit quarto modo. secundum alios, videlicet, quod ibi lex scripta non erat roborata cõsuetudine, hic sic, argu. supra, quando liceat ab empti. disce. l. 1. & 2. quæ solutio non placet quia diuinare est. Quare glos. soluit alio modo, scilicet quod ibi bona consuetudo, hic mala. Quæ solutio non valet, tum quia secundum eam hæc lex non haberet dubium, tum quia talis consuetudo, non est consuetudo, vt in Authen. vt nulli iud. §. 1. contra l. quod Labeo. ff. ad Carb. tum quia quælibet consuetudo rationabilis præsumitur in dubio ex moribus viuentium comprobata. vt supra, eod. l. j. & d. l. de quibus, & d. §. ex non scripto. Quare glos. soluit alio modo, scilicet quod ibi populus Romanus ex certa scientia vtitur contra legem, hic ignorans, sed glos. damnat eam, ne sit melioris conditionis populus delinquens quàm non delinquens, vt l. non solum. ff. de noxali. cum similibus. Quare glos. soluit septimo modo secundum Ioann. & Azo. videlicet quod ibi est consuetudo generalis populi Roma. & sic generaliter vincit, hic de speciali alicuius loci, quæ licet in eo loco specialiter vincat legem, vt d. l. venditor. §. si constat. & de admin. tuto. l. si sine hærede. §. Lucius, non tamen generaliter vincit, vt hic. Alij soluunt alio modo, quod hæc lex loquatur de l. repugnante [illegible] e consuetudini, & ratione naturali contraria consuetudini, quæ consuetudo legem tollere non potest, vt infra dicam, quæ solutio non placet, quia diuinare est. Tertio oppo. gloss. de l. 1. §. diuus. ff. de sepul. vio. Solu. Ibi lex sequitur consuetudinem, in l. de quibus præcedit eam. Sed contra istam sol. debet instari de l. si supra de testamen. & extra. de consu. c. 1. lib. 6. Sol. secundum Moder. in § diuus. apparet ex forma dictæ legis, latorem eius sciuisse consuetudinem præcedere, in contrarijs non. Ioan. Monac. aliter soluit in d. capitulo primo, videlicet, quod in d. §. diuus, erat lex inuenta ratione publicæ vtilitatis, & ideo tollit consuetudinem præcedentem, alias secùs, vt in contrarijs, vt recitat. Cyn. circa finem huius materiæ. Ber. aliter soluit, extra, de fid. instrumen. capitulo pastoralis. Aliter Arch. & Ioan. Andr. in d. capitulo primo de quibus solutionibus non curemus, sed ipsis Canonistis relinquamus. Sed ego sic solvo, quod in d. § diuus, consuetudo præcedens erat contra legem, vnde lex sequens de facili trahit eam ad suam naturam, argumen. ff. de liber. & posthu. l. filius à patre §. filiusfam. de pac. l. si vnus §. pactus, versic. quod & in specie. In contrario. scilicet in d. c. erat præter legem, & sic fortior, vt in d. §. quia verò verisimile. in Authen. de non alie. cum similibus. Nec huic solutioni ob. d. l. si. supra, de test. quia vel illud speciale in rustico, vel tollit consuetudinem præcedentem, vt d. §. diuus, non aũt futuram, vt ĩ. l. fin. & ibi dixi, argu. ff. de testa. l. iubemus, in fi. cum similibus. ff. ad l. Fal. l. Titia, & quod no. supra de fideicommis. l. cum virum. Quarto opponit gloss. de l. cos. §. pen. supra de vsuris. Et soluit, quia ibi consuetudo erat expressè reprobata per legem, vt d. l. de quibus, argumen. supra de sacrosan. eccle. authen. cassa. de fur. authen. nauigia. & communia de successio. authentica, omnes peregrini. ff. ad legem Rhod. de iactu. l. deprecatio. Quinto oppo. gloss. de l. quòd non ratione. ff. de leg. Solu. in l. de quibus. fuit consuetudo inducta ex certa scientia populi, & sic est regularis, in l. quod non ratione, per errorem, & sic irregularis est, quod infra, in quæstionibus latius declarabo. Sexto oppo. gloss. quod populus vtendo contra legem ex certa scientia delinquit, & punitur extraordinaria pœna, vt l. sanctio legum. ff. de pœn. ergo talis consensus irrationabilis non debet producere rationabilem consuetudinem, vt in Authen. vt nul. iud. §. 1. ad quod respond. gloss. quod hoc procedit ex præsumpta scientia, & consensu Imperatoris, & non ex errore. Non curo de hoc, quia ipse præsumitur scire, & sciuisse, vel potestatem inducendi cõsuetudinem populo concedere, vt l. omnium. ĩ. de testa. & sic consensisse præsumitur consuetudinem tanto tempore patiendo, argumen. ff. de verbo. obligatio. l. alienationis. in prin. Ad hoc oppo. me facit lex sequens. secundum vnum intellectum, & ff. de exerc. l. 1. §. magistrum. & ff. loc. l. cum in plures. §. locator. Septimo op. de l. obligationum ferè. §. placet, ff. de act. & obligatio. Solu. secundum Io. Mona. extra. de consue. super rub. lib. 6 scilicet quod ibi consensu priuatorum, hic vniuersitatis, lapsu temporis confirmatur. Item oppo. de c. super eo. extra, de cogna. spir. Sol. Ibi erat consuetudo contra legem, hic præter legem. Vel sol. vt ĩ. in sol secū-dũ contrarij l. de quibus. Deinde venio ad quæstiones. Primo quæ-

4 ro, † quid sit consuetudo. Et respondet Azo in summa huius tit. & dicit quod consuetudo est ius non scriptum, diuturnitate populi moribus comprobatum. Ad hoc d. l. de quib. §. inueterata, & d. §. ex non scripto. Iac. de Are. reprehendit istam diffinitionem, tum quia ponit in sua diffinitione verba superflua. dum dicit, quod consuetudo est ius non scriptum, dicens quod illa verba sunt superflua, quia de esse consuetudinis est esse non scriptum, quod infra dicam. Item reprehendit eam de insufficientia, videlicet minus sufficienter dixisse sicut aliàs Scæuola reprehendit consilium Galli, in l. Gallus. §. 1. 2. & 3. de libe. & posthu. & ipsam sic diffinit. Consuetudo est ius moribus, vel vsib. totius populi, vel maioris partis initiatum, continuatum, & constitutum, habens legis authoritatem. Quæ singula. Cyn. probat in lec. sed non laborat in eius recitatione, quia fateor ei, quòd hæc diffinitio est plenior, & perfectior, quam diffinitio Azo. quo ad verba, sed deficit solum in vno, videlicet, quòd omiserit non scriptum, quòd Petr. eius discipulus ponit in ea, ad differentiam iuris scripti. Sed certè excuso Azo. & benè dico, quod diffinitio sua est perfecta, dum dicit, quòd consuetudo est ius, quod verbum habet includere omnia essentialia consuetudinis, nec consuetudo erit dicenda ea, quæ est imperfecta, & sic non erit ius, argumen. supra de leg. l. humanum, & de iust. Cod. confir. in princip. & ad Syllania. l. pen. Nam nihil dicitur esse perfectum, nisi omnibus suis partibus constet, vt l. 1. cum sim. de orig. iur. Hoc probatur etiam ex diffinitione iuris, vt ff de iust. & iu. l. 1. §. ius. cum sua gloss. Hoc probatur etiam, quia illud comprobatum significat tempus perfectum, & legitimè consummatum, vt ff. quod quisque iur. l. 1. §. hæc autem verba, & §. fin. & at. ne quis eum, qui in ius vo. l. pen. §. docere. cum simili. Sed op. contra Azo. quia consuetudo videtur factum, & non ius, vt extra, de consti. c. 1. li. 6. & d. l. de quib. Nã quid interest an suffragio populus voluntatem suam declaret, an reb. ipsis, & factis, &c. So. ibi consideratur consuetudo prout est in fieri, hic prout est in facto esse, quæ sol. non est bona, quia in contrarijs consuetudo consideratur, prout est in facto, non prout est in fieri, vt ibi patet. Quare Cyn. aliter soluit, ꝙ ibi loquitur respectiuè, scilicet respectu iuris scripti, quod patet in dictis iuribus. Et ratio est, quia hic versatur magis factum, s. mores populi, & frequentia vsus, & diuturnitas temporis, vt ibi patet in d. l. de quibus. Facit, quòd infra dicam, & quod no. in d. l. pro-

5 xi. Secundo quæro, † quæ sit differentia inter legem communem, & consuetudinem. Communis est responsio, quod sit tanta differentia, quanta inter scriptum, & nõ scriptum, quia scriptum, est de esse legis, non scriptum de esse consuetudinis, vt Inst. de iure nat. §. cõstat. & §. ex non scripto. & d. l. de quib. & l. mo. eo. ti. Petrus hoc impugnat, quia dicit, quod scriptum nõ est de esse legis, nec etiam nõ scriptum de esse consuetudinis. Dicit ergo quod tanta est differentia inter ea, quantum inter expressum, & tacitum, sic intelligit dicta iura. Certè hoc vltimum dictum Petri reprobo, & primum approbo, & dico, ꝙ scriptum est de esse legis, vt no. ff. de leg. l. si de interpretatione. & ĩ. de leg. l. 1. & ibi hoc approbaui contra Pet. & per consequens non scriptum est de esse consuetudinis, vt patet ĩ. in prox. q. s'm diffinitionem Azo. & per consequens non est vera

6 et secunda dñia, quam assignat Petr. Tertio quæro, quæ † sit dñia inter consuetudinem, & legem municipalem. Certè Pe. rñdet, idem quod in q. prox. præcedente. & ego respondeo idem per omnia, quod placet, quia ista retinet semper suum nomen, & appellatur consuetudo. illa verò nomen suum mutat, & appellatur lex specialis, vt patet Insti. de iur nat. §. ius. & §. ex non scripto. & ff. de iust. & iu. l. omnes populi. & quod cuiusque vniu. nom. l. item eorum, in princ. de mun. & hono. l. 1. & ibi no. in ver. ciuitatis, & de in ammu. l. semper. §. legem, & de decre. ab or. fa. l. fin. cum similib. Iuxta hoc

7 quæro, † pone, quod vniuersitas facit l. municipalem, seu statutum de casu deciso per consuetudinem, quo iure agendum erit pro illo casu? Seruant quidam, quòd actor possit eligere quo iure agere velit, vtrum condĩone ex consuetudine, an ex lege municipali. Dic ex lege municipali. arg. ff. de leg. l. non est nouum, & de le. 1. l. si mihi, & tibi, §. fi. quæ leges nihil faciunt, quia ibi loquitur in voluntatibus non se compatientib. argumen. l. sed & posteriores. ff. de legibus & quod ibi no. Petr. hoc impugnat dicens, quod solum debet agi condictione ex consuetudine, quæ primitus illam obligationem induxit, cum sit subsidiaria, vt ff. de cond. ex lege. l. 1. & probatur per simile. Certum est, quod vbi donatio fit nudo pacto, agendum est condĩone ex lege, vt infra de don. l. si quis argentum, & l. fi. cum similibus cuius opi. mihi placet, & ratio est, quia consuetudo disponit, statutum sequens confirmat ipsum dispositum, vt j. l. proxi. & ideo cum ipsa consuetudo fuerit per se valida ab initio

super-

superueniendo statutum, nihil addit circa formam agendi, vt l. ex verbis, & quod no. s. de don. inter virum & vxorem. Nec ob. ff. de verbo. sig. l. lege obuenire, quia immo concordat, quia l. 12. tabu. quæ ꝯfirmat testamentarias successiones, nihil addit circa formã agẽdi. Quod patet, quia hæres institutus ageret actione ex testamento, non condictione ex illa lege. patet idem in l. Comel. quæ confirmat successionem defuncti in captiuitate hostium ex testamento, & ab intest. vt ff. de testa. l. lege. de vulga. & pupill. l. lex Com de cap. l. pater instituto. cum sua materia. Nec ob. ff. ad Treb. l. si quis priore. & Insti. quib. mod. testam. infirm. §. posteriore, & ibi sunt voluntates incompatibiles, & vltima est reuocatoria primę de sui natura, nisi in milite, vt ff. de testa. milita. l. quærebatur. & de iniust. testam. l. cum in secundo. & l. 1. & 2. & qꝫ ibi no. hic verò sic, vt supra patet. Iuxta hoc quæro, † pone quod quidam proposuit cõdictionem ex consuetudine: non probauit consuetudinem, sed statutum, vel econtra, nunquid debet obtinere? Breuiter tenet Gul. quod non, & benè, quia ius probatum non fuit deductum in iudicium, quare, &c. ut l. si ex testamento, & l. si cum testamento argẽtum. in prin. & l. an eadem. §. actiones. ff. de exceptio. rei iud. Et sic sententia, & processus non essent libello conformes, quod esse debet, ut l. fundus. ff. communi diu. Ad hoc inducitur in argumentũ, ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. quæsitum. & de iti. actuq; priua. l. 3. §. penultimo, coniuncta l. apparet. §. si quis eo. tit. Debet ergo iudex absoluere conuentum propter petitionem actoris ineptam, reseruato sibi iure proponẽdi aptam, vt ff. si men. sal. mo. dix. l. 1. §. 1. de pact. dota. l. Bebius. in fine. Nec obstat. ff. de noxa. l. in delictis. § si detracta. quia hic uariatur modus agendi substantialis, & intrinsecus, ibi non, quod plenè scripsi supra de edend. l. edita. Deinde quęro, quæ † sit differentia inter consuetudinem, & stylum? Respon. Petr. quod de stylo non habemus in iure scripto. Fateor uerum hoc, explicitè, implicitè sic. Ego dico differentiam esse talem, quia consuetudo inducitur per actus iudiciarios, & exempla, vt infra dicam, & stylus solum per actus iudiciarios eorum quæ in iudicio uersãtur, ut patet ff. de sta. lib. l. Labeo. in princ. de var. & extraor. cog. l. 1. §. in honorariis. & de rei uend. l. quod si possessor. in fin. & de proba. l. circa. in fi. & quod ibi no. Deinde quæro † quæ sit differentia inter consuetudinem, & mores. Ad quod respondẽt Doct. & Iac. de Are. quod hæc est differentia, quia mores sunt causa ꝓducentes consuetudinem: consuetudo verò est causatum. Probatur in l. de quibus, §. inueterata. & per dictum §. ex non scripto. & §. l. proxima & ideo damnat glo. 1. hic, quę fuit Ioann. vt supra dixi. sed Pet. contra, quia dicit, quod mores non, sunt causa consuetudinis productiua, sed consensus populi. vt l. de quib. & l. sed & ea. Et dicit quod differentia est, quia mores sonant in factum, consuetudo in ius, sed hoc non est benè dictum per omnia, quia consuetudo secundum quod sonat in factum, non est ius, vt supra dixi, & soluunt communiter nostri Doct. Iacob. de Are. quod ipsi cõcludunt causam mediatam, & remotam, sed Petr. causam proximã & immediatam. quæ potius debet attendi, quàm remota. Sed cũ vtraque secundum sui naturam veniat attendenda, vt ff. de dolo. l. cum quis. & quod ibi nota. de acquirenda possessio. l. 3. §. ex pluribus de excep. rei iu. l. & an eandem. & l. cum de hoc, de reg. iu. l. nõ ex pluribus. Deinde quęro, † quę sit differentia inter consuetudinem & præscriptionem? Hic Pet. & Cyn. dicunt infinita verba, & superflua: quare breuiter dic, quod est differentia, quia consuetudo est ius disponens ex consensu totius populi, vel maioris partis vniuersaliter constitutum, vt patet in d. l. de quibus. & d. §. ex non scripto. Præscriptio vero est ius dispositum, quo quæruntur iura formata, vt directa, & similia, ex consensu singulari inductum, vt patet supra de præscr. lon. tem. cum seq nt. vsque ad titu. quomodo, & quando iud. & ff. de vsuca. cum titul. sequen. usque ad titul. de re iud. & de verb. sig. l. alienationis. Et hac ratione consuetudo ꝓiudicat aliis, quia in ea consentiunt singuli tanquam vniuersi, ut d. l. de quibus & d. §. ex non scripto. & supra l. proxim. de ædi. priua. l. an in totum. arg. ff. ad mun. l. quod maior. ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. Aut præscriptio inter alios non præiudicat alii, ut l. si quis emptionis in princip. de præscrip. 30. an. & ff. de usucap. l. naturaliter. Ratio, quia consentiunt in ea tanquam singuli, non tanquam uniuersi. Facit quod not. Dyn. extra, de reg. iu. capitul. quod omnes tangit, lib. 6. Deinde quæro † quot requirantur ad consuetudinem inducendam. Respondetur communiter per Docto. quod requiritur frequentia actus. item, consensus totius populi, vel maioris partis. Vnde dicunt, quod requiritur frequens actus, qui dicitur binus actus, ut supra de episco. aud. l. 3. in fi. secundum Azo. Iac. Bu. hoc impugnat dicens, quod binus actus non dicitur frequens, argum ff. de legi. l. nam ad ea. & l. nam vt ait. in Authen. ut nia. debi. & cred. §. quia vero. Iacob. de Are. defendit Azo. non per d. l. 3. de episco. aud. sed per §. fi. Authen. de defen. ciu. & l. cum aliis de cura. fur. & ff de testa. l. 2. §. fi. Benè facit in Authen. quomodo opor. episcop. §. 1. versicu. & dum ex sequenti. Respon. ad dictum. §. quia vero. in Authen. in fine prohi. ma deb. & cred. &c. quod ibi loquitur inspecta multitudine mulierum, quasi infinitarum, quæ deierabant, & ideo binus actus iuramenti à quibusdam mulieribus seruandus, inspecta tanta multitudine mulierum aliarum, non dicitur ibi frequens. Petr. vero, quem sequitur hic Cyn. dicit, quòd actus frequens propter se non est necessarius ad consuetudinem inducendam, sed quia per vnum colligimus tantum consensum, ideo dicitur frequens, nõ pro tanto quin sine frequentia possit esse, vt hic, & in l. 1. & 2. & in d. l. de qb. & de ædi. pri. l. an in totũ. Non ob. d. l. 3. de episcop. audien. quia ibi consuetudo sumitur pro assuefactione quæ est facti, non iuris. Vnde concludo, quod frequẽs actus non requiritur de se, ad consuetudinem inducendam, sed propter hoc requiritur quod plerunque per vnum actum nõ benè colligitur consensus populi. Nec obstat. ff. de legi. l. nam ad ea. quia ibi loquitur de his, quæ contingunt contra, seu præter naturam, ut ff. si pars hæred. peta. l. antiqui. & supra de leg. hæred. l. si maior. patet per ea, quæ not eodem titulo l. ex his. Item oppo. contra opin. Azo. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. in princip. ubi consuetudo, et frequentia actuum, ponuntur ut species separatæ, & sic non sunt idem, ff pro empt. l. 1. §. separata. de acquiren. possess. l. naturaliter, §. nihil. de lega. 3. l. si quid. §. 1. Fateor, quod non sunt idem, sed differunt tanquam causa & causatum, & hæc respicit frequentem actum, & tanquam causatum, quod respicit consuetudinem. Et facit, quod supra dixi differentiam assignando inter mores, & consuetudinem Gloss. tenet contrarium in l. de quibus videlicet. qđ nunquam sufficit vnus actus ad consuetudinem inducendam. Ratio, quia lex dicit quòd consuetudinem inducit frequẽtia actuum, ut l. prima supra eodem, dict. l. an in totum. & supra de vet. iur. enucle. l. 1. §. sed & si, quę leges probant, quod nõ inducatur vno actu. & l. nam ad ea, & l. nam vt ait. ff. de leg. Nec obstat quod in certis non cadit coniectura, vt l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligation. & ff. de auro, & argento lega. l. pediculis. §. argento. Respõ. quòd fictio legis tollit contrarium, quia populus non videtur cõsensisse, nisi frequenter illum actum exerceat, per iura supra allegata, quia una præsumptio tollit aliam, ar. ff. de integr. rest. l. diuus. cũ similibus. Et pro hoc facit, quòd sumus in verbis legis tractantis de iuris rigore, à quo non debet recedi, quæ dicunt expressè consuetudinem induci à frequentia actuum, à quibus non debet recedi, vt l. 1. §. si is qui nauem ff. de exerci. & ff. qui & à qui. l. prospexit, cum sim. Host. uerò prout recitat Archi. extra. de coost. ca. 1. lib. 6. & Mar. Silima. in l. de quibus, tenent, quod non sit expressè determinatum per legem, quot actus requirantur ad consuetudinẽ inducendam: quod hoc arbitrio iudicis committatur, ut l. 3. in fi. de iur. delib. & de effrac. l. 4. §. expilatores. ꝙ est tutius, quod etiam tenet Gul. de Cun. in l. de quibus: quia possibile est, quod ex vno actu colligitur consensus populi, puta si quis super viam publicã habeat pontem, vt ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. tractatum. & de flu. l. fi. Potest etiam esse possibile, quod non colligatur ex uno actu, vt puta si via erat secreta, & pauci incedebant per eam. argumẽto ff. de aqua. plu. ar. l. Sabinus. §. qui autem. & q. 3 u. aut clàm. l. semper. §. annus. de ritu nup. l. palàm. in prin. argumen. ff. eodem titu. l. sed & ea. & argum. ff de operis no. nun. l. stipulatio. §. opus. Sed opinio Azo. & gloss. & sequacium in iudicio communiter obseruatur. Deinde quæritur, † quorum consensus requiritur ad inducendam cõsuetudinem: Certè consensus totius populi, vel maioris partis, vt dixi. Quod intelligunt Doct. de populo habente habilem consensum ad legem, vel consuetudinem inducendam. Et ꝓpter hoc excludimus dementes, & furiosos, vt ff. eod. l. 2. de officio præsid. l. diuus. Item minores vigintiquinque anno. quia in l. condenda non habent perfectum suffragium, argumen. ff. de muner. & hono. l. ad rempublicam. de dec. l. spurii. §. item mulieres, quia nec earum consensus requiritur in l. condenda. ff. eod. l. 2. ibi, virorum prudentum, &c. ergo nec in consuetudine, argum. à pari, ut d. l. de quib. Fatemur tamen, quod si mulieres frequenter sint vsę inter se aliquo actu contra legem diuturno tempore: Verbi gratia, quod primogenitæ succedant in totum, illa consuetudo inter eas debet seruari, non tam ex consensu earum, quàm ex cõsensu totius populi, seu maioris partis, quia sic patiendo, videtur tacitè consentire, argumen. d. l. de quibus. & l. quod maior. cum similibus, ut in contrario l. de quibus. Deinde quæritur † quomodo colligitur consensus populi, seu maioris partis? Responden, quod ex accidentia facti, videlicet quod præsentes erant, quando dos fuit adiudicata vni marito secundum consuetudinem. ut no. supra soluto matrimonio l. dos à patre. Item, quod fuerunt præsentes, quando fuerunt adiudicata omnia, & alii, nam cum agitur de consuetudine inducenda, quæ respicit vtilitatem publicam, præsentes videntur tacitè consentire, argumen. ff. ad mu. l. 2. & expresse in d. l. an in totum. de ædi. priua. Sed his ob. quia an non poterant illis sententiis contradicere, quia non intererat eorum, arg. ff. de ap. l. à sententia. cum si. ergo tacendo, non videntur tacitè consentire, argumen. ff. de reg. iur. l. eius est nolle. & de re iud. l. sæpè. §. sed scientibus & not. de pigno. act. l. Caius cum si. Respon. si de iure contradicere non poterant, de facto tamen debebant, ne consentientes videantur. ff. de Decu. l. spurii. §. pater. cum similibus. Gul. verò aliter soluit in l. de quibus, uidelicet, quod contrarium loquitur in consensu necessario, & statum obligatorio, ut patet in dicta l. sæpè §. sed scientibus, sed hic non agitur de consensu statim obligatorio, sed ex processu temporis, quasi ex cõsensu cõplacentiæ. & ideo

non obst. Solu. pen. verior est, quia saltem ab initio potuerunt, & debuerunt contradicere de facto, ne tacendo videantur consentire tacite, vt dixi. Tertio † in cõsuetudine inducẽda requiritur diuturnitas temporis, vt ff.e. ex l. diuturna. & l. de quib. §. inueterata, & Inst. de iure natura. §. ex scripto. & ī. l. px. & in hac lege. Iuxta hoc quæro, quid dicatur tempus diuturnum, siue longum, de quo ī. in

16 rub. Respon. dicunt quidam, quod † tantum tempus, cuius non extat memoria, ut l. de qb. §. inueterata. & de aq. quot. & æst. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Dicunt quidam Azo. dixisse decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes. Et hoc innuit rub. huius ti. ff. q & à qui. l. si eum fideicommi. §. Aristo. & ī. de præscrip. lon. tẽp. in rub. Illa sententia placet omnibus inquantum dixit Azo, quod longum tempus requiritur, sed inquantum dicit, quod decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes, dicatur longum tempus, eis displicet, quia illud verũ in præscriptione, sed in ɔsuetudine est vnum tempus vniforme, s. decem anni inter p̄sentes, & 20. inter absentes. Rõ, q̄a p̄scriptio currit ex negligẽtia non petentium, vt l. pe. in fi. supra de ann. exc. Sed constat quod magis est negligens præsens, quam absens, & ideo &c. Sed in consuetudine non requiritur diuturnitas temporis propter maiorem, vel minorẽ negligentiam alicuius. ad hoc, vt constet de illorum animo, & consensu. qui sunt usi tali actu, & hoc potest constare diuturnitate longi temporis inter præsentes, & absentes, vt legi. supradictis & semper sufficiet dictum tempus. Ratio, quia consensus tacitus maioris partis populi tacentis per decennium, præiudicat minori parti expressè ʒdicenti, per l. quod maior. cum si. ff. ad municipa. Multo fortius absenti, & ignoranti, vt de re. iu. l. qui potest inuitis. Nec obst. ff. de arbit. l. si in tres. & l. sicuti. quia ibi agitur de iure priuato, quod competit singulari ut singulari, hic de publico, quod tanquam uniuersis. Facit, quod tangit Cyn. in ca. quod omnes. de reg. iu. lib. 6. Sed prædicta certè sunt vera de iure. Nam Mart. Sil. in prædicta l. de quib. excusat Azo. & dicit, quod mentiunnit illi, q dicunt eum dixisse, quod diuturnum tempus dicatur decem annorum inter præsentes. & viginti inter absentes. Dicit. n. ꝙ nunquã hoc dixit sed benè dixit, ꝙ cum sufficiant decem anni, multo fortius sufficiant ad ipsam inducendam 20. 30. uel 40. ut no. ī. in rub. & ponitur per eum hoc in summa in d. l. de quibus. Ad hoc opp. quod cum mores populi inducant cõsuetudinem, vt dictum est, non sufficit longum tempus, sed longissimum, cuius nõ extat memoria, cum tales mores habent causam discõtinuam, vt ī. de ser. l. serui. prædio. rusti. & ꝙ ibi no. Et ad hoc respondet Gul. in l. ingenuum ff. de stat. hom. quod ibi mores sunt causa remota, & mediata consuetudinis, & consensus populi est causa proxima, & immediata, vt supra dixi, qui habet causam continuam, nisi contrarium probetur, vt ff. de prob. l. quinquaginta de vsu. l. nunquam. §. si seruus. de acqu. pos. l. si is qui animo & quod ibi no. qui debet attendi potius quam dicti mores, qui sunt causa remota, & mediata, argu. ff. de dolo. l. cum quis. & quod ibi no. de acq. pos. l. 3. § ex plurib. &

17 de executio. rei iu. l. cum de hoc. Iuxta hoc quæro, † quare requiritur tempus diuturnum in consuetudine inducenda, non autem in lege, vt l. de quibus. & Insti. de iure. nãl. §. lex. & §. ex non scripto. & supra de leg. l. humanum, & l. fi. Resp. quòd lex habet consensum expressiuè, & ideo non requiritur alia coniectura, vt l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligatio. sed consuetudo requirit tacitam, ergo diuturnitas temporis necessaria est, vt appareat ex consensu populi, eius perseuerantia. Nam ante lapsum temporis nõ præsumitur cum effectu voluisse recedere à l. scripta. arg. ī. ad Velleia-

18 num. l. si mulier. & auth. siue à me. Iuxta hoc quæro, † an certa pars populi ciuitatis posset ex sua parte cõsuetudinem inducere? Gul. in l. ingenuum ff. de statu homi. vbi reassumit materiam consuetudinis, quam omisit in l. de quibus. tenet, quòd sic, per §. deinde. cũ esset. ff. de orig. iur. & hoc ff. de iust. & iu. l. pe. ī prin. de mune. & hono. l. in gradatu. §. & si. ff. de offi. procons. & leg. l. obseruare. §. 1. ver. magni. Item cum tota ciuitas possit quo ad totũ, & pars quo ad partem, arg. l. quæ de tota. de rei ven & de adm. tut. l. si duo. Itẽ quia pars populi censetur in hoc tanquam populus per se, arg. ff. de leg. 1. l. planè. §. fi. Item quia illi parti potest legatum relinqui, ergo censetur vniuersitas, & collegium legitimum, & aptum ad legem, & consuetudinem inducendam, ut ff. de leg. 1. l. si quis a filio. §. si patri. & de re. du. l. cum senatus. & de colleg. illi. l. 3. in princip.

19 Deinde quæritur, an in consuetudine inducenda requiratur actus iudiciarius, scilicet quod fuerit in iudicio iudicatum. Et certè quidam dicunt ꝙ sic, vt l. prox. & de ædi. prima. l. an in totum. ff. cod. l. cum de cõsuetudine. & l. nam Imperator. Sed certè gl. pe. & omnes Doc. dicũt oppositum. Rõ, q̄a cõsuetudo inducit̄ per tacitũ ɔsensum populi, vt ī. sæpius est ostensum, qui põt colligi, & declarari, et per actus extraiudiciarios, sicut per iudiciarios, vt d. l. de q̄bus & l. diuturna. & l. nam Imperator. & l. sed & si ea. ɔcordãt Gul. & Mart. Sil. in d. l. de quib. & alleg. Gul. de Cu. ff. de leg. 3. l. si seruus plurium. §. fi. de le 3. l numnus. & de fun. instr. l. cum de lanionis. §. asinã. & de re iu. l sp in stipulationib. & ī. de veteri iur. enu. l. j. §. sed & si quis. Rñdet ad leges in ʒrium all. q̄a denotãt accidẽtiã facti, ergo alia similia extraiudicialia super ea rõne æquitatis formata, non excludunt. ff. de vi, & vi ar. l. j. §. ꝙ vulgo, de dam. inf. l. damni infecti

20 stipulatio p̄tinet, cũ sim. Decimosexto q̄ro, an sine ʒdictione ɔsue-

a tudo[a] possit induci Vr̄ ꝙ nõ ff. e. l. cũ de ɔsuetudine. Eʒ, ꝙ sic quia sine ʒdictione inducitur lex, vt ff. e. l. 1. ergo & consuetudo, arg. a pari, vt d. l. de quib. Quicquid dicat Ia. de Are. Pet. eius discipulus dicit sic, ꝙ sine ʒdictione benè inducit̄ ɔsuetudo, q̄tum ad hoc, vt oẽs alii sites in casib. similib. possint vti aliis inuitis, & sic actiuè, q̄a cõsuetudo nõ differt à lege, nisi vt inter scriptũ, & non scriptũ, seu expressũ, & tacitum, ergo &c. vt d. l. de qb. sed quãtũ ad hoc, vt alii cõpellant̄ vti tali actu, si vti voluerint, & sic passiuè, & tunc non, nisi ʒdictio fuerit, & illi acqeuerint, seu obtemperauerint, nã tũc statim incipit p̄scribere aduersarius ʒ obtemperãtem. Vnde si aliqs est solites ire ad molendinum meum, postea nolit venire ad macinãdum, non possum ex vi p̄scriptionis ipsum ɔpellere, nisi cũ sẽ ire nollet, eo ʒdicente ipsum ɔpuli, vt eat, & ille obtemperauit, nã tunc incipio præscribere ʒ eum, ar. ff. de ser. vrb. præd. l. qui luminibus. & sic intelligunt. ff. e. l. diuturna. & l. se. Ego teneo indistinctè, ꝙ inducat̄ ɔsuetudo sine ʒdictione, s̄m omnem effectum actiuè & passiuè. Ratio, q̄a semper iussus maioris partis populi p̄iudicat minori contradicenti, vel nõ, vt d. l. ꝙ maior ff. ad mun. & de re. iu. l. alius. §. 1. Non ergo debet requiri eorum ʒdictio, q̄ nullũ põt effectum p̄ducere, vt l. dotem. ff. so. mat. & ꝙ ibi no. ff. ad Vell. l. qñ. §. fi. vr̄ expressum in Auth. de desen. ciu. §. fi. ver. nullo reluctante. Nõ ob. ar. Pet. de d. l. 1. & 2. & d. l. qui luminib. q̄a loquunt̄ in præscriptione, q̄ est minoris authoritatis quam ɔsuetudo. vt ī. dixi, xii.

21 q. Decimoseptimo q̄ro, † an cõsuetudo possit induci per errorẽ[b]

b Dicas breuiter s̄m Ia. de Are. & Pet. ꝙ ẽt hic declarabo, videlicet q̄d refert: q̄a aut q̄tis, an consuetudo per errorem possit induci ʒ legẽ, & dictũ est, ꝙ nõ. Rõ est, q̄a p̄pl̄s sic vtit̄, credens legẽ sic dicere, & eius obseruantiam, ergo non d̄i velle eam tollere, ar. ff. de le. 1. l. legata inutiliter. & de adim. le. l. legata. ff. de condi. & de. l. cum tale. §. fi. Aut p̄ter legem, & tunc ipsi distinguunt. Aut ipsi erant in causa impulsiua, & tunc sic, aut in causa fi. & tunc non, ar. ff. de do. in l. 2. §. fi. cum l. seq. & de cond. & dem. l. cum tale. §. falsam. & q̄d dixi ī. de epi. & cle. l. generaliter & per Dyn. extra, de re. iu. in c. decet. lib. 6. Ego in hoc membro sic dico: Aut populus errat ĩ facto, & non inducitur consuetudo præter legem, quia nullus est cõsensus, vt ff. de iurisdom. iud. l. si per errorem. de aqua plu. arc. l. sed hoc ita. cum similib. Aut in iure, & tunc nõ inducitur consuetudo generaliter, videlicet, quia non trahitur ad alios casus similes, & personas, vt ff. e. l. quod non ratione. & quod ibi no. Concludo igitur hanc legem procedere solum in consuetudine regulari ex certa scientia populi inducta, vt ī. l. p̄x. & l. de quibus, facit, quod no. Do-

22 cto. ī. eo. l. 1. Decimooctauo quæro † an per consensum coactum consuetudo inducatur? Respondeo secundum omnes Docto. ꝙ aut populus fuit coactus per priuatũ, & tũc non, arg. ff. quis, & a quibus l. si priuatus. Aut fuit coactus per iudicem, & tunc aut per ipsum exercentem iurisdictionem, & in vim iurisdictionis circa illos casus, & tunc sic, vt ff. e. l. nam Imperator, & l. cum de consuetudine. Ratio, quia tunc voluntas iudicis repræsentat voluntatẽ partis, vt ī. de euict. l. si ob causam. & ī. si in causa iudic. l. 1. ff. de euic. l. si plus. §. 1. & ꝙ no. ff. ne uis fiat ei l. 1. §. hæc verba, aut fuerunt coacti per iudicem tanquam priuatum, & tunc non: quia tunc, ut priuatus debet censeri, arg. j. de iur. fis. l. prohibitum. lib. x. & de meta. l. deuotum. lib. 12. & facit, quod no. ff. de iusti. & iur. l. non videtur. § qui iussu. & per Dy. extra, eo. tit. c. quod quis mandato lib. 6.

23 Decimonono quæro † si iudex pluries iudicauit contra legem præsente maiore parte populi, & longum tempus sit elapsum, an consuetudo regularis inter omnes sit inducta? Et dicendum est, quod sic, vt ff. e. l. diuturna. cum l. seq. Sed cõtra prædicta instatur pluribus rationib. & fortissimè. Primo, quia illæ sentẽtiæ inter alios latæ, aliis non debent præiudicare, vt l. sæpè. ff. de re iu. et supra res inter alios acta, per totum, cum sim. Ad quod respondent quidam, q̄d tales sententiæ non nocent aliis in vim rei iudicatæ, vt ibi, sed consensus maioris partis populi p̄ñtis, et tacentis, colligitur per illas: et ex hoc resultat consuetudo, quæ pro lege habetur in illis, vnde præiudicat, vt in legibus pro hac parte inductis. Secundo instatur, quod illæ sententiæ fuerunt latæ contra legem, et sic nullæ. ff. de app. l. si expressim, et quæ sent. sine app. rescin. l. 1. §. item cum contra sacras. et ī. quando prouoca. non est necess. l. 2. ergo, etc. et l. nisi & si sub ɔditione. ver. post defe. ff. de iniust. testam. Ad hoc respõdetur, ꝙ sententientiæ sunt nullæ de se, & ideo quantum est de se, inducunt effectum nullum virtute sn̄iæ, vt in contrariis. q̄a p̄eas colligitur tacitus consensus populi, vel maioris partis p̄sentis, & tacentis. p̄ hoc inducitur cõsuetudo, & inde habet effectum. Tertio instatur contra, q̄a talis consuetudo, quæ est ʒ legem, ipsam legem impugnat, quare non põt lex nominari vel consuetudo rõnabilis appellari, ar. ff. de min. l. auxiliũ, in fi. cũ si. Ad ꝙ rñdet Iaco. de Rau. ꝙ verum est ꝙ offendẽs vnam legem non iuuat̄ lege ead. vt ibi: ꝙ̄ sic, ut hic. Quæ sol. est falsa, q̄a in d. l. auxilium, minor offendit vnã legem, s. de adulterio, & tñ non iuuatur beneficio alterius. s. de minorib.

ADDITIONES.

a Menoch. Consuetudo. Tiraq. de iure primige. q. 91.

a Barb Si quis pro redemptione. Vide Ludo Rom. consi 54. inci. In causa nobilis. vbi pulchre loquitur quando res probatur per iuramentum Vtrum autem quando res est difficilis ad probandum, debeat hoc allegari, & ideo probatur per iuramentum, vide eundem Lud. Ro. consi 71. incip. Pater venerande.
Alexand. Si quis pro redemptione. In §. ibi donatio. limita, vt dixi Insti. de act. §. in bonæ fidei. per Bartol. in l. nulli. supra de episcop. & cler. Bart. in l. diuus. ff. si cui plus, quam per leg Falcid.

De donationib. quæ sub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conficiuntur. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **SI doceas.** Si pactum donationis non seruatur, a potest res actione vtili vẽdicari, & ɔdictione ob causam agi. hoc dicit. Opp. quòd imò detur alia actio, scilicet præscriptis verbis supra tit. 1. l. cũ res. Solu. Fateor, quòd omnes istæ tres actiones concurrunt. Sed contra hoc opponitur: quia nemo cõdicit rem suam, præterquã à fure, vt l. fi. ff. vsufruct. quemadmod. cau. sed hic datur vendicatio, & condictio, ergo malè. Sol. Ista vendicatio, b quæ datur hic, datur vtilis, fauore alimentorum, secundum gl. hic positam. vnde non potest dici propriè res mea, merito mihi conceditur condictio vtilis, ergo vendicatio vtilis benè concurrit cum condictione, secùs in directa. De hac materia plenè dic, vt l. j. ff. de dona.

ADDITIONES.

a Alex. Non seruatur. Et hanc legem no. alle. Bal. in l. ea lege. 3. de condi. ob caus. & vide, in l. qui absen. §. j. post Bar. ff. de acq. poss. Adde de hac lege Io. And. in additio. ad Spe. in tit. de instr. edi. §. porro. io 2. additio.
b Alex. Ista vendicatio. Adde quod no. Bar. in l. si mortis, de dona. caus. mor.

LEX II.

Si prædiorum. Valet pactum, quo post certum tempus res ad donantem reuertatur. h. d.

LEX III.

a **Quoties.** Ex pacto apposito traditioni rei meę, alteri & extraneo, & eius hæredibus actio põt q̃ri. a h. d. hic bonus casus. Tene menti. Est ergo vnus de casibus, in quib. alteri per alterum quæritur actio. Simile vidistis. ĩ. ad exhiben. l. pen.

ADDITIO.

a Alex. Actio potest quæri. Et facit ad quæstionem de qua per Bar. in l. qui Romæ §. Stantus. de verb. obl. Et ibi vide quæ scripsi.

LEX IIII.

Perfecta donatio. Post perfectam donationem non potest ei conditio aduci inuito donatario. h. d.

LEX V.

Si quid. Non refert quid ex æquipollentibus fiat. hoc dicit.

De reuocandis donationib. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **ET si perfectis.** Donatio facta in libertum, ex lenti ingratitudine reuocatur, a per patronum: secùs in hæredibus eius. h. d.

ADDITIO.

a Alex Reuocatur. Et ad materiam huius tit. quando reuocetur dona. quid de fructibus. Gl. no. in l. generaliter §. si quis. ff. de fideic. liber.

LEX II.

Si apud. Licet instrumenta donationis sint subtracta, propterea non reuocatur donatio. hoc dicit.

LEX III.

Si possessionem. Sola pęnitentia donationem non reuocat. hoc dicit.

LEX IIII.

Cum profitearis. Ex causa turpitudinis donationis, non reuocatur donatio. h. d.

LEX V.

Si donationem. Non debet donatio rescindi per rescriptum. hoc dicit.

LEX VI.

Velles necne, Quando mulier donat, præsentia mariti, vel filiorum non requirĩ. hoc dicit.

LEX VII.

1 *Omnes pœnæ, quæ habent locum in secundo nubentibus, habent etiam locum in non honestè uiuentibus.*

a **His solis,** a Donatio facta in filios, ex cã ingratitudinis reuocatur à matre, q̃ ad secundas nuptias nõ trãsiuit,

ADDITIO.

a Barb. His solis. No, singularem casum secundum dominum meum. in l. donationes. § species. de donatio quod donatio non reuocatur propter ingratitudinem, si mater non transiuerit ad secundas nuptias, nisi in casu auth. hic positæ.

ſiue.h.d.vel aliter donatio facta filio vitioſo non tenet.h.d.hæc lex. Not.primo, dictio ex hac lege, quia donatio ex cã ingratitudinis reuocatur,non proſequitur fundum, ſed datur ipſum donatarii. Itẽ no. qđ oẽs a pœnæ ſtatutæ ſedo nubetes, hñt locũ in his,quæ non honeſtè viuunt.qđ tene mẽti ppetuò,q ſepè allegaſ.

ADDITIO.

a Barba. Item no,quod omnes. Adde tex.de hoc, & ibi d. Ab.in c. uxoratus de conuer. coniug. & nide gl.in auth ſi ſin,i. quando mulier offi tu.& tex.in l. ſi cod.tit.& in Auth.en de reſt.& ea. quæ parit in xi.menſe d. Pet de Anch.in c.ex parte,de appel. Moder. Pariſ.in conſuet. Pariſien.tit.1.§.3.gl 1.nu.3.

LEX VIII.

a **Si vnquam.** a Hæc eſt ſingularis & notabilis l. Donatio hẽt tacitam cõdõnem, ſi donator libros nõ ſuſceperit,ideo natis libris reuocaſ.h.d.Itẽ intelligit glo.ſi cuilibet extraneo ſic fuerit donatum.Et dicit gl. reddit ipſo iure,vel cõdicitur poſſeſſio. Et materiã huius legis, & multas alias quæſtiones circa hoc,dixi plenè in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.2.

ADDITIO.

a Barb.Si unquam.Vide Lud.Ro.in conſi.23.pro iſta lege inci.Pro deciſione eorum, & in conſi 166 vbi latè tenuit, non videtur quis renunciare beneficio huius per iuramentum,& pulchrè allegauit.Vide quia alle.Io. And.in addi.Specu. in titu.de dona.adde ad Bar.

Pariſ.Si vnquam.Vide latè Iaſ.in l. ex hoc iure. ff de iuſt.& iur.Dec.conſi.20.contrarium tenet Socin.conſi.295 an beneficio huius l.poſſit renunciari,uide Iaſ.in l. pen. 10 ver.hoc etiam uidemus,C.de pac.

LEX IX.

Donationes. Donatio facta in liberos, non reuocatur niſi ex cauſa ingratitudinis,h.d.

a **Generaliter.** Donatio reuocatur ex cauſis hac legẽ inſertis.Sed ſi non reuocat donator,eius hæres reuocare non poteſt.hoc dicit.

ADDITIO.

a Pariſ.Generaliter. An valeat pactum,quod non poſſit reuocari donatio prætextu ingratitudinis,vide Iaſ.in l.ſi.ver.ex iſta doc.Bal.C.de pac.

De donatio.cau.mor. Rubrica.

LEX PRIMA.

SI donatione. Donatio cauſa mortis poteſt per fideicommiſſum ſubſtitui. h.d.De hoc plenè in l.1.& 2.ff.eod.titu.& ibi per Dyn. & ibi dixi.

LEX II.

Inteſtata. Poteſt mulier cauſa mortis donãdo facere aliũ ſtipulari dotem ſalua Falcidia,ſeu legitima, quæ liberis eius debetur. hoc dicit.

LEX III.

Cum de mortis. Donatio cauſa mortis accedit vltimæ voluntati,& inſinuatione nõ eget, ſi quinq; teſtes legitimè interueniant.h.d. per iſtam legẽ puto correctam l.donatio.i.de dona.quę videtur requirere quod in donatione cauſa mortis fiat inſinuatio.

BARTOLVS AD IX. LIBRVM CODICIS.

Qui accuſare non poſſunt. Rubrica.

Gl.ponit, quæ perſonæ non poſſunt accuſare,quam vide,& nota & ſigna.

LEX PRIMA.

a **PRius eſt.** Q duo crimina intentantur, quorũ vnum eſt præiudiciale ad aliud,ſuper grauiori proceditur.a h.d.Secũdum vnam lec. innuit, qđ ſentẽtia lata ĩ vno iudicio,parat præiudicium in alio. Cõtra ff. de pub.iud.l.is q reus. Sol.huius nmore ſunt plures lec.Tu tene hic quãtam lect.quæ eſt Azonis, vt hic.Iſta duo iudicia erant inuicem præiudicialia, & in l.cõtra ſecus.Iſtam materiam examina plenè,vt ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale.Proceditur.Et no.ad iſtum tex.quod illi,qui accuſauerunt, non poſſunt officiũ iudicis implorare,vt procedatur ad inquiſitionem ac ſi ipſi eſſent procuratores inquiſitionis.Ita dicit Bald in l.1.C ſi tutor non geſ.Item no.quod qui accuſare non poſſunt,nec eſſe poſſunt denunciatores.Ita inquit Barto.in l.diuus,ff de cuſt.rea.ubi uide materiam denunciationis.

LEX II.

1 *Tutor poteſt ſemper accuſare tutorio nomine.*

2 *Cautela, quando tutor accuſat aliquem, quod dicat in accuſatione,talis tutor, nec adiciat tutorio nomine.*

Si cautiones. Si tutor ad vtilitatem pupilli accuſat ſuo noĩe,dẽt ſe inſcribere,h.d. Per hãc legem dñi Gl.nñ,& aduocati cõiter, tutor vel curator nõ põt alieno nomine accuſare. Hoc intelligo verum,niſi in caſib.in quib.ad pſequẽdum crimen admittitur pcurator,prout plenè no.in l.ſeruũ

1 quoq;.§.publicè,ff.de proc. Ergo tñ puto,† ſemper poſſit tutor a accuſare tutorio nomine, ut l.Polla. i.de his qb.ut ind.ſed inſcribere ſe ad pœnam talionis, hoc non põt tutorio nomine.& hoc 2 eſt, iſta lex dicit.†Cautela tamen eſt,qđ qñ tutor accuſ.aliquem, dicat in accuſ.talis tutor,nec adiciat tutorio nomine.nam tũc intelligeret eo modo quo poteſt, vt l. poſt mortẽ. §. 1.ff. qui ex ſtatu.

ADDITIO.

a Ale.Poſſit tutor.Dic.ut latius per Bar.in l. 2.ff.de accu.

LEX III.

a **Qui crimen.** a Accuſatio ſine inſcriptione,non admittitur,& accuſator cõtumax extra ordinem & in expenſis punietur. h. d. Hic videtur caſus, in criminalib. uictus victori condemnatur in expẽſis.Quod dic, ut dixi uobis l.nõ ignoret.i.de fruc.& li.exp.Item hic vr caſus, in eadem inſtantia poſſit deduci ciuilis petitio,& criminalis,nam hic vides, punitur extra ordinem, & iſtud eſt criminale . Item punitur in expenſis,& iſtud eſt iudicium ciuile.De hoc dicam vobis in l.ſi quis ad ſe fundum.i.ad l.Iul.de ui.

ADDITIO.

a Ale Qui crimen. Vide,quę dixi in l.accuſare.ff.de acc.poſt Bar. & adde caſum no. in quo debet actor ſe inſcribere, & perſonam legitimare ſecundum do. Ant in tit.de accuſ.& uide in l.ſi.ſupra eo.Et adde quod in multis caſibus poſt mortem quis poteſt accuſari,de quibus Inſt de hær.quæ ab inteſt §. per contrarium quæro, an accuſator mortuus,debeat ſe inſcribere ad pœnã talionis,ſicut accuſator uiui, ut in hac gl. habes arg.12.q.2.c ſãoc § ſi ſortè.quæ apud aliquos eſt canonizata ad §.per contrarium,quæ tenet quod ſic,& alle.Bal.hic.

LEX IIII.

Vxor tua. Mulier põt accuſare, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur,niſi ſit alius, ad quem magis principaliter negotium pertinet. h.d. cum l. ſeq. No.quod dixi in ſummario.

LEX VI.

a **Accuſationem.** a Qui ſemel deſiſtit non admittitur iterum ad accuſandum.h.d.

ADDITIO.

a Ale.Accuſationem.Vide in l.qui deſiſtit. & ibi Bar. ff.ad Turpil.an ille,qui deſiſtit a ciuili,poſſit criminaliter accuſari.

LEX VII.

a **Si ea.** Qui tpe ſtatuto à iudice non accuſat, uel accuſationem non proſequitur.poſtea non auditur.a h.d.hęc bona lex. No.hanc l.quam plenè examinaui,& dixi in l. Titia. ff.de accuſ.

ADDITIO.

a Ale.Non auditur.Et adde eum in l.2.ff.de re iud.& in l.2.de eden.& in l.edita.eo.ti. & in l.de die.qui ſatiſda.cog.

LEX VIII.

Non prohibetur. Miles poteſt accuſare, ſi ſuã uel ſuorum pſequatur iniuriam.h.d.

LEX XI.

1 *Qui uult admitti ut ciuis,debet probare ſe ciuem,parte etiam citata.*

Non ignorat. Nõ dẽt qs admitti vt talis,niſi prius probet ſe talem.h.d. Tene menti hãc legẽ, 1 & multum no. ad infinita.Sæpe † dũr ſtatuta, ſi ciuis admittatur ad aliquid,& non alius: ante omnia debet ſe probare eſſe talem, puto quod hæc probatio fiat citata parte.

LEX X.

Si crimen. Etiam qui ſuorum iniuriarum proſequitur, ſe debet inſcribere.hoc dicit.

LEX XI.

Data opera. Incendiarii l. Cornelia de ſica. puniuntur. hoc dicit.

LEX XII.

De crimine. Qui regulariter accuſare nõ põt,ad accuſandum non admittiſ,niſi prius examinetur,an crimen quod accuſat,ad caſus exceptuatos pertineat.h.d.

LEX XIII.

Si magnum Frater non poteſt accuſare fratrem, vel pater filium de crimine grauiori,ſi ſuam iniuriam non proſequitur.h.d.cum l ſeq.

LEX XVI.

Cum rationibus. Qui habet duos accuſatos, tertiũ accuſare non poteſt,niſi ſuã iniuriam proſequatur.h.d.Idem in l.hos accuſare.ff.eo.

LEX XVII.

Iniquum. Nutritus non poteſt ſuum nutritorem accuſare,niſi ſuam iniuriam proſequatur.h.d.

LEX XVIII.

Si ſororem. Frater fratrem, ſeu ſororem poteſt de leui crimine accuſare.h.d.

LEX XIX.

Neganda. Hæc eſt propriè materia l.is qui reus,ff.de publ.iudi.& breuiter dicit.Accuſatus non poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare de pari crimine, uel minori, prius quàm ſit abſolutus, niſi ſuam proſequatur iniuriam: poterit tamen accuſationem proponere, non ut ſuper ea procedatur,

ſed vt ſuperſedeatur, donec cauſa prima finiatur. h.d. Materiam huius legis pleniſſimè habes in text. & glo. & ego vlterius dixi in l. is qui reus, ff. de public. iudic.

LEX XX.

1 *Familiaris quando accuſare poſſit dominum domus.*
2 *Monachus quando Abbatem.*

Si quis. Perſona domeſtica non poteſt dominum domus accuſare, niſi in crimine læſæ maieſtatis. h. d. hæc 1 notabilis lex. Not. hanc legem, quod familiaris † non poteſt accuſare dominum domus, quod intellige verum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Facit iſte tex. quod monachus non poteſt accuſare Abbatem. In contrarium videtur dicere cap. Abbate, a de verborum ſignifica. dic vt ibi.

ADDITIO.

a Alex. Cap. Abbate. Vbi eſt iſte caſus, quod monachus accuſat. & Specu. in titu. de inquiſitio. §. fina.

LEX XXI.

Si liberti. Liberti non poſſunt accuſare patronos, hoc dicit iſta lex.

De accuſationib. & inſcriptionibus. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

Hos, qui. Qui effodit terminos, extra ordinem punitur. hoc dicit hæc lex.

LEX II.

1 *Si ſit ſtatutum, quod quicumque declinauerit forum, poſſit impunè offendi, cautela eſt ſi eſt filius familiâs, quod pater comparcat pro ſuo intereſſe.*

Si cuiuſdã. Hæc eſt notab. lex. Pro ſuo intereſſe admittitur quis ad defendẽdum alium in crimine capitali. h.d. Per hãc leg. practicabatur in ciuitate iſta. Dicit hic ſta 1 tutum, † quod quicunque declinauerit forum, poſſit impunè offendi, vel occidi. Adhibebatur talis cautela, quod ſi accuſabatur filiusfamiliâs, a pater pro ſuo intereſſe declinabat forum[a] pro filio, & ſic non incidebat in ſtatutum filius, eodem modo ſi delinquebat monachus, Abbas, pro ſuo intereſſe declinabat forũ, poſtea contra iſtas fraudes fuit per ſtatutum prouiſum.

ADDITIO.

a Alex. Declinabat forum. Aliam cautelam adde, vt dixi poſt Bar. in l. ſi quis ſub condi. ff. de condi. inſti. & hic adde Imo. in l. pen. §. ad crimen, ff. de pub. iud. & ibi Bar. & Bal. in l. reos, ſ. eo. & l. ab adminiſtrat. C. de leg. adde Ang. conſi. 37.

LEX III.

Reos. In capitali crimine admittitur procurator ad allegandas cãs abſentiæ. h.d. plenè in l. ſeruum quoq. §. publicè. ff. de proc. & ego dixi in repe. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iu.

LEX IIII.

a Si accuſatoribus. [a]Abſolutoria lata accuſatoribus abſentib. nõ per cõtumaciam, eſt ipſo iure nulla. h.d. Op. quod plures non admittũtur ad accuſandum vnum, ſed vnus tm̃. l. his tñ. §. ſi. & l. ſi plures. ff. eo. Bñ plures ſolũ. dantur, illa eſt vera, quod hic non fuit oppoſitum de plurib. nam ſi fuiſſet oppoſitum de pluribus, fuiſſet electus vnus, quod tene menti.

ADDITIO.

a Alex. Si accuſatorib. Adde Bar. in l. ſi plures, ff. eod. & vide quod per iſtam glo. in hoc do. Bar. no. in l. 1. in fi. C. de fur.
Men. Vide omnino. Duaren lib. 1. diſp. c. 39.

LEX V.

Non ideo minus. Delinquens propter mandatum alterius non excuſatur. h.d. Hic veniret examinãda mã de mãdatore, perſuaſore, & inſtigatore. Dixi in l. non ſolum. §. ſi mãdato, & §. procul. ff. de iniurijs. Mãm verò de auxilio, & fauore, tractaui vobis in l. in actione. §. ope. ff. de fur.

LEX VI.

a Abſentem. [a] Abſens nõ poteſt damnari de crimine capitali. & ſi fuit damnatus, ſentẽtia eſt nulla, quæ retractabitur per eũdem, vel per ſuperiorem. h.d. De materia nullitatis dixi vobis in l. j. C. quando prouo. non eſt neceſ.

ADDITIO.

a Alex. Abſentem. Vide Bar. in l. 3. ſup. eo. & in l. quidam conſulebant, de re iudi.

LEX VII.

a Ea quidem. In notorijs poteſt per inquiſitionem procedi, [a] ſed in non notorijs quis non punitur, niſi fuerit citatus, vel accuſatus. h.d. Et exponas ita tex. ibi, nunciantur, tanquam notoria, vt patet ex ſequenti reſponſo, & ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. §. nunciatores, & ſic intelligit gloſſ. ff. de adulte. l. 2. §. ſi publico, & etiam Dy. In text. ibi, poſſe perpendi, procedendo per inquiſitionem ex officio ad denunciationem officialis. Item ibi in text. deſpici. q.d. in notorijs non proceditur per inquiſitionem, ſed per accuſationem, & hoc innuit verbum, accuſatio, ſecundum prædictum modum legendi, & hoc modo intelligitur communiter iſta lex, ſed dominus Nicol. Mat. intelligit, quando officialis denũciat cauſam, poteſt procedi per inquiſitionem, vt in prima parte huius legis, & probatur, infra titu. 2. l. 1. & ſ. de decurio. lib. 12. l. 1. ff. de cuſt. reo. l. diuus. Vnde ſi officialis illam denunciationem produxerit, notorium probando, tunc ille denunciatus abſoluetur, vt hic in 2 parte huius legis, & d. l. ab accuſatione. §. nunciatores. ff. ad Turpillianum. Et, quod tex. dicit, hic, accuſatus. expone, id eſt denunciatus. Hanc materiam, quando poſſit per inquiſitionem procedi, pleniſſimè dixi in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte.

ADDITIO.

a Alex. Procedi. Vbi in notorijs procedatur per inquiſitionẽ, & de modo procedendi in notorijs, vide per Spe. de noto. § 1. & plenè per Ang. in l. ſi vacantia, poſt med. & in c. ad noſtram, de iureiur. per Ant. & ibi per eũ quæritur, an ſit neceſſarium probari notorium, & quomodo probetur, & multa pulchra ibi. Vide quod dixi in l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. quod no. Bal. in l. accuſatus, ad Turp. Et quando dicatur crimen notorium, vide Inno. in c. fi. de cohab. cler. & mulie. & ibi plenè de materia, & Bald. in l. accuſatorem. ff. ad Turpil. & Bald. hic. Adde qualiter procedatur ſuper notorio. Old. conſi. 37.

LEX VIII.

Si quis ſe. Accuſatio debet porrigi coram præſide, ſi non coram officialibus. hoc dicit in ſumma.

LEX IX.

Qui de crimine. Iſta notabilis lex breuiter dicit, accuſatus de eodem crimine nõ po a teſt iterum accuſari, [a] de alio tamen crimine poterit iterum accuſari, etiam ſi ex eodem facto deſcendat nec debet ſuper vno pronunciari, donec ſuper alio fuerit plenè cognitum. h.d. Diuiditur in duas partes. Primo ponit vtrum liceat accuſare. Secundo qualiter debeat procedi. Secunda ibi, iudex autem. Iterum prima ſubdiuiditur, quia prima loquitur quãdo accuſatur de eodem crimine. Secunda, quando de diuerſis habẽtib. originem ex eodem facto. Secunda ibi, ſi tamen. vbi eſt caſus ſingularis. Ad euidẽtiam ſcias tu iuuenis, quod quandoque ex vno facto oriuntur plura crimina, exẽplum in eo, qui cognoſcit ſuam conſanguineam nuptam, iſte. n. commiſit adulterium, quia in nuptam. Item inceſtum, quia in conſanguineam ſuam. Hoc præmiſſo caſus in terminis eſt clarus. Oppo. ad primam partem dictæ l. ſi quis homicidij, ſ. eod. Sol. Fateor quod regula eſt hic, quod accuſatus, de eodem, iterum non accuſatur: fallit in caſibus, quos dic, vt in glo. quam vide, & no. Venio ad ſecun- b dum dictum. [b] Oppo. & videtur, quod quãdo plura crimina deſcendunt ex eodem facto non poſſit accuſari, niſi de vno, vt l. Senatus, ff. eo. prout ibi exemplum ponitur de parricidio & homicidio. Solu. quandoque eſt vnum factum, & vnus titulus criminis, & plures agendi formæ, & tunc vna tantum lege poteſt accuſari, vt d. l. Senatus, ſecũdum aliquas lecturas. V. g. ille qui facit homicidium, poteſt accuſari l. Cornelia de ſica. & ex forma ſtatuti huius legis, vna tãtum punitur pœna, vt d. l. Senatus. Quãdoque eſt vnum factum, & plures tituli criminis, & habent ſe ſicut genus & ſpecies, & tunc accuſatus de vno, non poteſt accuſari de alio, vt d. l. Senatus, ſecundum, quod ibi loquitur de homicidio, vt l. prętor edixit. §. 1. de iniurijs. Si vero habẽt ſe ſicut excedentia, & exceſſa, tũc de vtroque poteſt puniri; non tamẽ poteſt ſimul accuſari de utroque ab eodem, ſed ab alio ſic, vt hic, & l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adul. Sed quæ eſt ratio huius? Reſpondeo, quando ſunt duo iudicia quorum abſolutoria lata in vno, poteſt parere exceptionem rei iudicatæ in alio non admittitur concurſus, vt l. fundi. & l. fundum. ff. de exce. & illa eſt ratio, quare non admittitur concurſus ciuilis, & criminalis deſcẽdentium ex eodem: quia abſolutoria lata in vno, poteſt parere exceptionem rei iudicatæ in alio, ſi pronuncietur ſuper facto. Idem tenet Dyn. in c. nullus pluribus, de reg. iur. lib. 6. Ita in propoſito, quando ex eodem facto deſcendunt, ſi eſſent eædem perſonę accuſatoris, & accuſati, abſolutoria lata in vno, poſſet parere exceptionem rei iudicatæ in alio: ideo idem ad accuſandum non admittitur, quæ ratio ceſſat alio accuſante. Dices tu, ſed quę eſt ro, quod iudex non poteſt finiare ſuper vno, niſi pleniſſime diſcuſſo alio, vt hic dicitur in vltima parte? Reſpondeo, in cauſis capitalibus debet iudex inquirere veritatem, etiam pro parte offenſa, ſi ipſa non

ADDITIONES.

a Alex. Accuſari. Et vide, an quis poſſit a pluribus condemnari, Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. viola.

b Alexan. Secundum dictum. Quid ſi ex forma ſtatuti ille, qui percuſſit aliquem, debet amittere manum, cum qua percuſſit, & quid ſi cum eadem manu percuſſit duos vterque vult accuſare quis præferatur, & vide plenè per Iaco. de B. l. in diſpu. & in l. 1. inf. vt intra certum tempus, vbi illa ratio eſt criminalis, an in criminalibus habeat locum cumulatio. Adde quædam in l. l. bellorum, & l. ſeq. de accuſa. & Bar. latè in d. l. Senatus, ff. eo. in l. ſi quis homicidij, inf. eo. ver. & ideo ſi aliquis inſultat, vel ſi quis faciat inſultum, & percuſſionem, punitur tanquã de uno actu ſolo. Et ita cauſam intelligendam dixit do. Io. poſt Bald. in l. diuortio, ff. ſolu. matr. de cuius intellectu ibi uide, & in l. fructus. eo. ti. & Bar. & Bal. in l. nonnunquam plura. eod. ti. in uer. ſecundo poteſt exemplum. Et quod dixi, an præſumitur incontinẽti, vide Inno. & Bal. in d. l. diuortio. Et adde ad materiam, quæ habes in l. & ſi. ff. de adul. & adde dictum Bar. in l. capite quinto, in fi. eod. ti. Adde quod voluit Io. And. in addi. ad Spec. in ti. de inquiſ. §. iuſta, alleg. nunc tractamus de eo, qui in aliquo loco aliquem cœpit, & ligauit, & per plura loca duxit ad certum locum, & eum ſpoliauit, in quo loco ſit formanda inquiſitio, ſtante, ſtatuto, quod inquiſitio debeat formari in loco delicti.

non opponat, vt l.i.§.fi.de qō.& l si nō defendañ.ff.de poen.vñ possibile esset, q ex defensionib.factis in vno iudicio, apparet iudici, & parti iniustitia, si in vno ɔdemnatur, & in alio absoluitur, ideo de vtroq, debet esse cognitum antequàm iudicetur. Et de isto membro, qñ ex vno facto oriuntur plura crimina, dic vt dixi plenè in d. l.Senatus Qñq; sunt plura facta, & plures tituli criminis, & plures modi agẽdi, tũc si quidem oĩa illa facta tẽdũt ad eũdem finem, nō puniĩ nisi tanq̃ de vno, vt l.istud.ff ad leg.Aql.& ideo si aliqs insilitauit, & percussit, nō punitur de insultu, qñ ad hũc finem fecit insultũ, vt percuteret. Et gl.tua hoc notabiliter, tenet, quã vide.& signa, super verbo, plurima. Si vero, illa plura facta nō tẽdũt ad eũdem finem, sed ad diuersa, tunc nō de vno sed de quolibet punietur, vt l.nunquàm plura.ff.de priua. deli. & ibi plenissimè dixi. Venio ad finem, dr̃ hic, q super duob.criminalib. cognosciĩ simul. Contra, ff.de custo.reo.l.2.§.fi.Sol. Dicit gl.fateor donec super vno rñdet, nō potest super alio arctari, vt l.ɔ̃ria.Sed cum erit expeditus de rñsione, quam tenetur facere super vno, tũc rñdebit super alio. Hoc gl.tua dicit sup verbo, vtroqne. Et si qs vellet hãc legem repetere, essent hic tractandæ tres materiæ. Primo, vtrum ille, qui hẽt vnam cãm coram vno iudice, possit citari, coram alio iudice in alia cã. Quod dic, vt dixi in l. ɔ̃ pupillum, §. is qui ad maius, ff.de re iud. Secundo vtrum ille, qui est recommendatus in carcerib. ex vna cã, possit ibi recommendari ex alia. De quo dic plenè, vt in l. 2. §. fi. de custo.reo. Tertio, an recommendatus in carcerib. iniustè, possit ibi recõmẽdari ex alia iusta cã, q dic vt in q.illa, quã disputaui, q̃ incipit Lapus. Vltimo gl.reassumit oĩa, & distinguit, qđ dic, vt ĩ ea.

L E X X.

Qui explicandi. Ista est bona l. & habet pulchram mãm.Bř dicit, q alicui certam promittit sententiam licet iudicem non corrumpat, tãquam corrupa tor a punitur.h.d. Audiui dubium pone, q ille, qui iudicem corrũperet nullo modo puniretur, puta in capitali licẽt. n.reis redimere sanguinem suum.etiam corrumpendo, vt l.1.in fi.de bo.co.& l.pe. ff.de præuarica.& habemus in l.transigere. ĩ.de transact. Qualiter punietur ille promisit hoc ei facere[a] videtur q nullo modo, quia tex.hic dicit, q punietur perinde, ac si puniretur principalis corruptor: sed principalis corruptor nullo modo puniretur, ergo nec ipse cogitabis, quia de facto fuit Tuderti.

A D D I T I O.

a Men. Corruptor.Soc.iun.consi.38.nu 7.lib.2.

L E X XI.

Si quis homicidij. Absolutus nō potest iterum accusari de eod.crimine, nisi de ɔ̃uaricatione primi doceaĩ de alio vero crĩe poterit accusari. h.d.

L E X XIIII.

Singuli. Hic est bonus casus. Non debet literis, vel relationib.personarum credi, sed rei veritas requiri. h. d. no.Facit, q delictum nō probatur per instr̃m. Idem habes in l.diuus.ff.de custo.reo.Dixi plenè in l.Senatus. ff.ad Turp. &c.

L E X XV.

In causis. Non debet procedi sup crimine, nisi certa, & clara præcesserit accusatio, aliàs iudex punitur.h.d. Gl.ponit qualiter accusatio dẽat formari. Ego circa hoc feci unã magnam lectionem in l.libellorum ff.co.& dic vt ibi. Ex hac glo. colligitur quantum tempus est, q fuerunt factæ istæ glo.

L E X XVII.

a Accusationis. Accusator debet se inscribere, a & detineri sicut accusatus, donec causa examinetur, & qui torquetur, non debet interrogari de socijs. h. d. Istud quod accusator, & accusatus simul detineantur, hoc de con b suetudine non seruatur,[b] nisi accusatus accusaret statum accusatorem suum de falsa, & calumniosa accusatione, & ita est de facto modo in ciuitate ista No. quod quis non debet interrogari de socijs. Fallit in casibus, qui hic ponuntur in glo.

A D D I T I O N E S.

a Alexan.Se inscribere.Vide etiam Bar.in l.edita, sup.de eden.& in l.transigere, de transa.in prin.& vide Bal.in l sed si.ff.de in ius voc.

b Alex. Non seruatur. An accusator debeat stringi in carceribus, vide Sal. in l.militis, supra de accusa. Barto.in l.pen.§.ad crimen, ff.de pub.iud.vide Barto.in l.qui sine, ff de quæstio.

De exhiben. & transmit. reis. *Rubrica.*

L E X P R I M A.

1 *Iudex sæcularis capit clericum delinquentem, & eum retinet, ut remittat ad episcopum.*

SI miles. [a]Si miles commisit delictũ, ad magistrum militum remittetur.h.d. No.arg.† quod licẽt iudex sæcularis non possit cognoscere de crimine commisso per clericum, potest tamen eum capere, & detinere, vt remittat ad Episcopum eius.

A D D I T I O.

a Alex.Si miles.Pro hoc, quod no.Bar.in l.si quis, in fi.de serui. no. in c.cum non ab homine de iudic.

L E X II.

Nullus. Reus debet carcerari, nō autem ligari nisi cõuincatur, & uenientibus ex longinquo, triginta diea rum spatium statuitur. a h.d.

A D D I T I O.

a Alex Spatium statuitur.Et de isto termino comparendi in criminalib. uide Bal.in auth.offeratur, de li.cont.& vide id, quod dixi in l.1.post Bar.ff.de cust.reo.

L E X III.

1 *Citatio realis vel personalis non potest fieri, nisi iudex hoc promiserit.*

2 *Repertus in flagranti crimine potest capi etiam sine licentia iudicis.*

a Neminem. Nullus debet citari, nisi mandato iudicis ɔ̃cedente.a h.d.No.† q nulla pōt fieri cita 1 tio realis, vel personalis, nisi iudex hoc permiserit,[b] q est verum. b Facit ĩ.de epis.& cler.l.omnes, q tenet Inn.nisi esset e nuncius gene b ralis constitutus ad faciendas citationes.vt probatur per eum c extra.de proba.cap.quoniam contra falsam, q nō videtur verum, quia ista generalis commissio nihil releuat, vt l.2.de iure do.impe. In casibus tamen non est necesse, q iudex hoc committat, quia 2 hoc committit lex vt † quãdo quis in flagranti crimine repertus, vt l.raptores.ĩ.de episc. aud.& ĩ.de rap.virg.l.1.ff.de fur.l.si qs in seruitute.in fi.& l.interdum.§.qui furem.eo.tit.ĩ.de malefi. & math.l. fi.ff.de adul.l. capite quinto.& quod ibi no.

A D D I T I O N E S.

a Alex.Præcedente.Non petitur nisi iudice permittente. Dicebat tamen d.Ant.quẽ sequitur ibi do.Iac.in c.1.de iud.quod si apparet citationem destinatam, & relationem nuncij, præsumitur licentiam iudicis de citando præcessisse, l.sciendũ, de verb.ob.& vide Bar.in l.1.§.cura.circa fi.de offi.præfe.vrb.& quod dixi post Bar.in l.1.ff.de in ius voc.& quod dixi post Bar.in l.qui nomine, ff.de fal.vbi Bar. & Bal.in d.l.sciendum, & ibi plenius per Lud.& ibi per Ang.in repe.Sed illa loquitur in solennitate intrinseca, ista in extrinseca, sicut in actionib.dr̃, q sententia lata non præsumitur lata in scriptis, & no.Bar.in l.statutis, de sent.ex breui recit.& de hac vide per Ange.in repe.l.sciendum. Et no. q non sufficit generalis commissio facta nuncio de citando, & idem tenuit d.Ant.in c.1.de iud.sed Inn. dicit quod dubitabat, quia l.hic allegata hoc non probat, quia loquitur in citatione, l.quando creditor petit sibi assignari in solutum bona debitoris sui ɔ̃ debito, & sic non benè probat. Vnde uĩ quod remaneamus in regula, quod tantum valet generale, quo ad genus, quantum speciale quo ad speciem iuxta no. in c.si sacerdos, de offi.ordi.& in l.si duo, ff.de admi.tut. Et ita dicit Io.ibi, & no.Inst.de act.§.quadrupli.& ibi bonus text.& benè, & latius per Mod. in l.ex consensu, §. eum qui, ff.de appel.& uide Bar.in l.2.sup.de iure do.in prin.& in l.qui autem.§. fi.ff.de const.pecu.per Bal.in l.si quando, ad fi.ĩ.de consti.pecu.in 21.& 23.q.ubi concordat Inn.cum Cy.q Bal.alleg.in c.1.de iudi.Tex.est in l.properandum, §.& si quidem, ĩ.de iudi.in uer.iudicib.aũt res suas referentib. vbi patet, quod quãdo reus vult citare actorem, vt feratur sententia in fine instantiæ, iudex debet super hoc congnoscere, & sibi impartiri licentiam, & sic patet quod quando in commissione requiritur causæ cognitio, requiritur specialis commissio in citatione verbali. Si uero non requiritur causæ cognitio in commissione tamen sufficit generalis commissio. Ita Bal.in d.l.si quando, & licẽt ipse nihil alleget, potest allegari rõ, videlicet, q tñ valet gñale quo ad genus, &c.vt ĩ.dictũ est. Pro quo potest adduci tex.& Ang.in l.2.C.de spor. Di.n.ibi quod nuncius, cui sit a principio commissa citatio in aliqua causa, potest idem semper citare vsq; ad finem causæ, & sic patet, q una deputatio gñalis, licẽt non fiat particularis commissio, sufficit. Secundo pro hoc potest adduci tex.in auth.libellum, de lit.conte.vbi patet, q executor deputatus in cã, potest recipere cautionem seu promissionẽ nomine partis, absque alia speciali commissione. Si ergo potest hoc tanquam persona publica, ex generali commissione sibi facta a iudice, quia hoc non requirit vllam causæ cognitionem, & est de pertinentib.ad executionem causæ, cur non eo modo potest similiter citare virtute generalis commissionis, sicut dicit Bal. obseruari Florentiæ, & in Hispania? Tertio hoc confirmatur, quia sicut ex generali commissione, quæ fit notarijs actorum, notarius potest accipere productionem libelli absq; eo quod ibi sit iudex, quia illa productio potest fieri de plano, & die feriata.l.iudex, §.sexagima, ff. de adul.& probant no.in l.scripimus, in prin. & ibi ponit Bal.de appel. ita uĩ nuncius uirtute generalis commissionis posse citare. Nec obstat.in l omnes.§.nihilo minus, de epis.& cle.& l.cum clericis. ro.n. quia debes scire, q qñ nũcius datur simpliciter ab uno iudice, vel pro vna cã, vel pro omnibus, non uĩ per hoc sibi dari mandatũ incontinenti de citando, & ideo requiritur, q post particulariter deputetur ad citandum. Ita dr̃ in d.l.2.de spor. Hæc solutio simpliciter uĩ approbata pro idonea, quia possit committi citatio, & ne detur in officio sibi commisso. Sed ɔ̃ prædicta fortiter facit, quia secundum Gof.in l.cum clericis, §.memorat.C.de epi.&. cle.iudex prius quam committat citationem, debet videre petitionem actoris, vt iudicet super matrimonio vel calumniosè competat, nam si esset in euidenti calumnia, posset eum statim repellere, vel sic libellus esset ineptus, l.qui cum maior, §.si quando, ff.de bo.lib. aut de ope.lib.& ibi no.in l.1.ff.de offi.asses. Si ergo requiritur saltem hæc instructio prius, q̃ iudex committat citationem non uĩ, q nuncius possit. Sed rñdemus ex his, quæ habes post Bar.in l.si finita.§.Iulianus sup.de dam.infe.in arg.in quo quæritur, an est necessarium, q accedat libellus. De quo per Franc.de Are. in c.1.de iud. An pars teneatur credere nuncio dicenti se habere cõmissionem, vide in locis sup.in prin.apostil.alle.& per Imo.in l.ex cõsensu, §.eum qui. ff. de appel. Adde, an per relationem nuncij præsumatur de commissione iudicis, & quod si non præcessit commissio, vide Rom.consi.497.per Bal.an præsumatur de commissione, consi.118.volum.2.

a Alex. Permiserit. Hoc probatur, quia ad capturam personæ siue simus in iudicio ciuili, siue in criminali, non procedi potest, nisi præcedat causæ cognitio. De iure ciuili, colligitur manifeste ex his, quæ habentur in l.nemo carcerem, de exac.tribu. lib.10. De iudicio criminali ponit singulariter Ioan.And. in c.si dominus, de senten.excommuni.quem sequitur Bar.in l.quod eurandi, in fi.sup.de condi.ob turp.cau. Sed ista causæ cognitio non potest pertinere ad nuncium, qui est merus executor, ut l.si ut proponis, de execu. rei iudic. ergo non potest citare. Ad idem facit optimè, quia in causa capturæ nuncius debet hr̃e speciale mandatum, ut l.non solum, §.fi.cum l.seq.ff.de procu.& consuluit Bar.in cons.inci. Commune Gualdi. Fran.de Aret.in c.j.de iu.Abb.hic, & adde Bal.in d.l.commu.diuid.& sufficit probari, ut post Bar.in d.l.qui nomine, de fal. ut dicas habere cõmissionẽ. Men.Dec.449.num.13.& nu.19.limitat.

c Barb.Nisi esset.Adda Bar.in d.l.1.in prin.supra de iure dot. Et uide Io.de Imo.in c.1.de iudic.vbi dubitat, an illud dictum sit uerum, uide ibi do. Ant.& Bal.in l. si quando, sup.de test.

De custodia, & exhibitione reorum. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

IN quocunque. Siue per accusationem, siue per inquisitionẽ p-cedatur, causa debet celeriter examinari, & nõ debet differri, & interim reus in carceribus positus non debet iniuriari, nec in locis tenebrosis de die poni, nec alias iniurias pati. hoc dicit. Facit iste text. ibi, ad fi. ad primum solis ortum, &c. de mane vtrum dicatur dies, vel nox. & dixi tibi in l. aut facta. §. ad tempus. ff. de pœn. vbi dixi vtrum mane, & sero, sit de die, vel de nocte.

LEX II.

a Si quis. a Si quis de crimine conuincitur, debet ad tribunal duci, vt crimen confiteatur, & certum appareat. h. d. Vtrum qui semel confessus est crimen sponte, debeat illud iterum confiteri. Glo. tangit hic. Dixi plene in l. j. ff. eo.

ADDITIO.

a Barb. Si quis. Vide Butr. hic, qui dicit ad hoc, vt confessio valeat post torturam, est necesse, quod sit intermedius dies vnus, & nox vna, uide tamen hic.
Alexand. Si quis. Vide etiam textum singula. in l. contraria, ad Syl. ibi, ex vinculis, secundum Bartol.

LEX III.

Quoniam vnum. Carcer, vbi ponuntur homines, debet esse separatus a carcere mulierum. a hoc dicit. Super hac l. est authent. nouo iure quam habetis supra de offic. di. iud. in l. j. quam nunc statim vide, & nota.

ADDITIO.

a Alexand. Carcere mulierum. De muliere carceranda, uide Baldum in l. 1. ff. qui satisda. cogant.

LEX IIII.

a Ad Commentariẽsem. Si carceratus aufugit, custos principalis, pœna, qua ille debebat puniri, punietur, a nec exhibendo suum familiarem liberatur, sed custode principali ex necessitate absente, idem seruabitur de eo, cui commisit officium. h. d.

ADDITIO.

a Alex. Punietur. No. glo. quæ est hic, quam multum reputat Bal. not. in l. 3. in fi. sup. de fide instrumento.

LEX V.

De his; quos. Carcerati debent puniri, vel relaxari, & quid de his sit, intra triginta dies iudicibus debet nunciari, pœna contrafacientibus imminẽte. h. d.

De priuatis carceribus inhibendis. *Rubrica.*

LEX VNICA.

1 *Detinens hominem liberum per viginti horas, committit priuatum carcerem.*
2 *Diœcesis appellatione continetur ciuitas.*

IVbemus. Non licet homines a in priuatis tenere carcerib. & de hoc potest per inquisitionem procedi, & iudex negligens punietur, & reus huius criminis pœna læsæ maiestatis punietur, hoc dicit. 1 † Quando autem quis dicatur committere priuatum carcerem, detinendo hominem liberum, certe si detinet eum per 20. horas, punitur, vt l. capite quinto, ff. de adul. qd plene dic, vt ibi dixi. 2 Not. etiam † ex hac l. in princip. quod appellatione diœcesis continetur ciuitas, dicit ex Aegyptiaca diœcesi. Continet enim totam Aegyptum, & ciuitatem Aegypti. In contrarium videtur extra, de rescrip. cap. Rodulphus.

ADDITIO.

a Alexand. Homines. Quid autem si detineat mulierem ex causa libidinis, an teneatur pœna priuati carceris? Vide Bar. in l. uerum, de furt. & uide Bar. in l. 2. ff. de verborum signifi.

Si reus, vel accusator mortuus fuerit. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Plures de eodem crimine possunt simul accusari.*

ET si Marcellus. Per mortẽ vnius accusari, nõ extingui accusatio a quo ad alium de eodem crimine accusatum. h. d. 1 † Not. ex hac l. j. quod plures de eodem crimine possunt simul accusari, secundum veram opinio. vt l. inter liberas. §. fi. ff. de adulte. Item mandans & b faciens, b possunt simul accusari de eodem crimine, quod dic, vt l. nihil. ff. de adul. & hic tangitur per Cy. quod no. & tene menti.

ADDITIONES.

a Alex. Extinguitur accusatio. In materia huius l. & ti. & uide sing. quæst. quam posuit post Bar. in l. ex iudiciorum, ff. de accus.
b Alexan. Mandans & faciens. Not. mandans & faciens possunt simul accusari, l. minoribus, sup. de his, quibus ut indig. per Bar. in l. hos accusare. §. lege, & l. nihil. §. fin. ff. de accusa.

LEX II.

Si, is quem. Mortuo accusato, etiam liberatur accusator. hoc dicit.

LEX III.

Si vt proponis. Licet mortuus sit qui de falso instrumento accusabatur, potest tamen accusari, qui eo vtitur. h. d.

LEX IIII.

Defunctis. Defuncto reo extinguitur accusatio, nisi scriptum occulerit. h. d.

LEX V.

Si quis eum. Si pendente appellatione, a sentẽtia, in qua tacitè venit bonorum ademptio, reus, vel accusator decesserit, pœna extinguitur, sed si bona adimantur expresse, durat causa propter quam bona adimuntur, quod habuistis in l. 3. si pend. appel. mors interue. &c.

Si quis Imperatori maledixerit. *Rubrica.*

LEX VNICA.

1 *Minæ ex personis hominum timendæ sunt.*

SI quis. Qui maledixerit Imperatori, est ad ipsum remittendus, vt ex persona eius, qui dicit, æstimet, a nec est ab alio puniendus. hoc dicit. No. tex. ibi, 1 vt ex † personis hominum dicta pensemus. Vnde qualiter sint metuendæ minæ ex personis hominum consideratur. Habuistis in l. metum. sup. quod metus causa.

ADDITIO.

a Alex. Aestimetur. Qualiter iniuriæ sint considerandæ, uide ad istum tex. quod nota. Bar. in l. turpia. ff. de leg. 3.

Ad legem Iul. maiestatis. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

Etiam ex alijs. Qui contra legem iudicat, in legem Iuliam maiesta. non incidit. h. d.

LEX II.

Alienam. Qui iuramentum præstitum non obseruat, in hanc l. non incidit, hoc dicit.

LEX III.

1 *Vnus testis est sufficiens indicium ad torturam.*
2 *Vnum indicium bonum, est sufficiens ad torturam, & non requiruntur plura.*

a Si quis alicui. Ex hac leg. accusati torquentur, a nec aliquo priuilegio excusantur. Idem in accusatore, & consocijs. hoc dicit. Vide gloss. super verbo, conuictus. 1 Ex hac gloss. not. duo. † Primò, quod vnus testis facit indicium sufficiens ad torturam. Vidistis in l. in bonæ fidei. §. de iuren. & ff. eo. 2 titu. in l. admonendi. Secundo not. quòd licet † communiter omnes leges loquantur in plurali, & dicant præcedentibus indicijs, tamen sufficit vnum bonum indicium, & sic tenet gloss. ista, quam vide & nota. De istis indicijs dixi plene in l. fi. ff. de quæstio.

ADDITIO.

a Alexand. Accusati torquentur. Vide Bartolum in l. 1. §. ad quæstionem, ff. de quæstionibus.

LEX IIII.

Nullus. Potest quis suum priuilegium allegare, ne torqueatur, præterquam in crimine læsæ maiestatis. hoc dicit, hæc lex notabilissima.

LEX V.

1 *Stante statuto, quod quicunque præstiterit auxilium, vel fauorem alieni ex*

banito, pro proditione sub pœna, si aliquis procurat quod quis bannitus pro proditione rebanniatur incidit in pœnam.

a **Quisquis.** aQui proditionem fecerint, vel tractauerint contra Principem, vel eos qui sibi assistũt, puniuntur morte, & publicatione bonorum, & eorum filii non sunt b capaces hæreditatum vel legatorum, nec ad testimonium.b honores, vel officia admittuntur, filiæ ex hæreditate paterna nihil capere possunt: ex bonis vero maternis legitimam tantum capere possunt, vxores eorum dotes recuperant & idem in socijs, & participibus dicti criminis. Sed qui proditionẽ reuelauerit, venia dignus c erit. hoc dicit.c Et primo facit ad quæstio. quam habui de facto in 1 hac ciuitate. † Statutum est hic, quod quicunque præstiterit auxilium, vel fauorem alicui exbannito pro proditione huius Communis, puniatur certa pœna. Modo quidam de hac ciuitate procurabat, quod dominus Petr. de Spoleto, qui erat exbannitus, vt proditor huius Communis rebanniretur, quærebatur vtrum incideret in istam l. tanquam præstans consilium, & fauorem exbannito pro proditione? Quidam canonistæ dicebant quod non, per decretales, quæ dicunt quod licet non sit alicui licitum communicare cum aliquo excommunicato, hoc est verum, nisi pro eo reconciliando eum audiat, ita in proposito ille qui procurabat, quod rebanniretur, faciebat, vt reconciliaret eum huic Communi, & sic non incidebat in legem. Ego dicebam quod hic erat casus in contrarium ibi denique iubemus etiam, &c. Non obstat, quod dicitur de excommunicatione, quia sententia excommunicationis est medicinalis, non mortalis, vt in capit. cum medicinalis. extra, de sententia excommunicatio. lib. 6. Nunquam enim aliquis excommunicatur, vt perpetuo sit cõdemnatus, sed vt ab inobedientia desistat: bannum vero, quod datur hodie secundum statuta terrarum, est mortale, & elapso termino banni, non daretur sibi venia comparendi & veniendi ad mandata, ideo non est ratio eadem, quod sæpissimè accidit, specialiter hic.

ADDITIONES.

a Alex. Quisquis. Pondera, si adduci posset ad quæstionem, quam tetigit Bal. in l. 1. in prin. ff. de verb. obl. de prohibito loqui cum bannito, an sit prohibitũ sib. mittere nuncium, vel literas. Et certe non facit, quia hic loquitur de dante fauorem, vt habetur in l. post legatum, §. amittere, & ibi Bartol. ff. de his quibus, vt indig. sed pondera ad illud dictum Bar. quod petens rebanniri pro ite arẽ, videtur præstare fauorem proditori, quod statutum denegat, & licet lex canonica prohibeat loqui cum bannito, intelligitur quo ad commercia, & quo ad suffragia, & similia, vt rubore perfusus veniat ad obedientiam ecclesiæ. Si ergo ecclesia ista disponit, vt reducatur ad obedientiam, multo fortius permittit, vt eum eo loquatur, ad finem reducendi eum ex eo, quia punitus erat de inobedientia, & illa excommunicatio insequitur eum quocumque vadat. Sed in proditore patriæ est secus, quia licet sit bannitus, non tamen est punitus de proditione, & petendo qđ sibi remittatur pœna, est contra publicum bonum, quia lex vult maleficos puniri, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam.

Quisquis. Ad hanc legem vide Bar. in l. constitutio. ff. de appel. qualiter debeat intelligi hæc lex, vide quæ dicam j. in fi. huius tit.

Parif. Quisquis. Ad materiam istius l. vide Soc. consi. 279. vol. 2. & consi. 22. vol. 2.

b Alex. Testimonium Vide Bar. in l. iurisiurandi, ff. de iureiur.

Alexand. Vide Bartol. latè in l. in furti, §. ope. ff. de furt. sed an ferens testimonium per ipso videatur dare opem, vide Bar. no. in l. post legatum, §. si vero, in fi. ff. de his quib. Et ad istum tex. vide quod no. Ang. in l. 3. §. 1. ff. quod quisq; iur.

c Alex. Hoc dicit. Limita istam l. tantum procedere vbi crimen est attentatum specialiter in personam Principis, vt Imperatoris, aut Principis, sed ubi peccatum esset in alijs capitulis l. Iul. maiesta. de quibus gl. 1. 2. & 3. ff. eo. quod tunc non habet locum pœna, de qua hic, sed habet locum pœna l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. Item limitauit hanc l. Pau. de Leaza. in clem. Pastoralis, de re iud. Io. And. in c. statutum, de rescr. in 6. in nouel. Pro quibus optime facit gl. in l. 1. in ver. hostis principalis, j. de bon. lib. aliàs in l. eorum. ff. ad l. Iul. maie. Tu vide Bart. in extrauag. ad reprim. §. qui sint rebelles, in uer. rebellando, & quod no. Bar. in l. 3. sup. de man. uind. & an habeat locum in alia ciuitate quam ea, uide gl. & Bar. in l. 1. ff. eodem. Et adde quod non subditus non incidit in crimen læsæ maiest. sed Bald. in l. 2. sup. de fal. mone. de proditore populi, ita incidit in hoc crimen, sicut proditor Principis. l. fi. & ibi Bar. inf. de abol. & vide in c. 1. vt lit. non contest. & circa materiam huius l. quærit, an filius condemnatus de crimine læsæ maiesta. priuetur beneficio ecclesiastico iam quæsito? & uidetur quod sic, cum talis filius sit infamis, vt hic, sed infamia nõ sum reijcit a dignitate, sed remouet alia quæsita, l. infamia. C. de decu. lib. 10. Et si dicis, quod iudex secularis non potest priuare quem beneficio ecclesiastico, ut not. Doct. in l. c. de pœ. respondeo secundum l. cum probatio, & ibi gl. ff. de proba. quæ dicit, delictum tuum te punit, non ego, & sic non punit iudex secularis eum principaliter, sed in consequentiam. Tamen in contrarium est glo. sing. 26 dist. c. latis peruersum, si est crimen læsæ maiesta. temporalis, secus si diuinæ & spiritualis, quia tunc priuatur, vt in c. 2. de schismaticis, & in c. quic. mque, de hæret. in 6. quod tene menti post apostillam, vide Oldra. consi. 44. vbi plenè de materia, & an spoliantes nuncios Apostolicos dicantur committere crimen læsæ maiest. vide Roma. consi. 365. & inquantum Bar. in fi. dicit, quod bannum hodiernum est mortale, vide Paulum de Castro cons. 23. quando dicatur commetti crimen læsæ maiesta. uide Baldum, consi. 133. libro 1. Petr. de Anch. consi. 277. & ibi qualiter testes debeam concludere, & an contra Papam, vel Legatum de latere dicatur committi crimen læsæ maiest.

L E X VI.

Meminisse. De crimine læsæ maiest. potest post mortem rei inquiri. h. d. ista lex notab.

L E X VII.

Post diui Marci. Post mortem rei de hoc crimine potest quæri, vt eius damnetur memoria, & bona successoribus auferãtur, & alienationes factæ a die commissi criminis rescindantur. hoc dicit ista lex. Et no. quod dixi in summario, & tene perpetuò menti.

Ad legem Iul. de adulte. & stupro. *Rubrica.*

Publico. Vxores non possunt accusare viros de thoro violato, secus econuerso. h. d.

L E X III.

a **Gracchus.** aMaritus, & eius filius possunt adulterum vi- b lem inuentum impune occidere,b sed si non erat vilis, mitius punietur. h. d. Tene menti istam l. No. quod legitimè factum est, pœnam non meretur. Not. quod licitè possunt filij in istis obedire patri, etiam in atrocioribus executionibus legitimè tamen factis.

ADDITIONES.

a Parif. Gracchus, Vide Iac. de Bel. de quæst. & Fely. in c. dilecti filij, de excep.

b Alex. Occidere. Peccat tamen. 33. q. 2. c. admonere, & in c. inter hoc.

L E X XV.

Si quondam. Vide auth. quæ tractat de remissione criminis, & no. eam, de qua tractatur in authenti. qua in prouincia. vbi de crimine agi oportet, & ego dixi in l. si cui. §. fina. de accusatio.

L E X XIX.

a **Quamuis.** Accusatore absente, post crimen liquidatum potest ad sententiam diffinitiuam perueniri.a b Quærit gloss.b hic licèt ad crimen publici iudicij prosequendum non admittitur procurator, quid si non fuerit oppositum, an valeat processus? Glo. videtur dicere quod sic, quam vide, & nota. super verbo, præsentiam. Quod dic, vt dixi. ff. de publi. iudic. l. penult. §. ad crimen.

ADDITIONES.

a Alex. Perueniri. Vide Bar. in l. contra pupillum, ff. de re iud. & vide no. glo. hic singulariter. Ad idem dixit singulariter Inn. in c. quia propter, de elect. quod vbicumque per statutum quis tenetur comparere personaliter, si per procuratorem cõparet, quia procurator fuit admissus, tenet processus, & etiam probatio, facit ad, l. si maritus, §. præscriptione, cum ibi not. ff. eodem.

b Alex. Quærit gl. De hoc uide Bar. & quod ibi dixit glo. in l. pen. §. ad crimen, inf. de publi. iud. & alle. in l. ita demum, sup. de procur.

L E X XXVI.

a **Quoniam.** aQui non potest accusare de crimine non potest excipere de eodem ad aliquem puniendum. h. d. hæc notabilis lex.

ADDITIO.

a Alexan. Quoniam. Vide hoc singulare dictum, quando maritus accusat uxorem de adulterio, & postea remisit accusationem, & mulier non continuat adulterium, an possit iterum accusari de adulterio. vide hic nota. per eum. & ad Barto. hic fa- cit quod no. Bar. in l. amplius non pe. ff. rem ratam habe. & Bar. in l. fin. §. fin. de eo per quem fact. erit, & ibi alle. hunc tex.

L E X XXVIII.

a **Ita nobis:** aHic enumerantur, quæ exceptiones possint obijci accusanti de adulterio. Nota, quod hæc lex statuit posse tantum certas exceptiones obijci, & per hoc excluduntur aliæ exceptiones legitimæ in corpore iuris inclusæ, vt hac glos. & ideo per hoc Doct. inducunt hanc legem in arg. quod licet statuto caueatur, quod contra instrumentum nõ possunt opponi nisi certæ exceptiones, quod per illud statutum nõ excludantur aliæ legitimæ, quod non puto vsquequaque verum. Quod dic vt plenissimè dixi in l. j. §. j. ff. quod vi, aut clàm.

ADDITIO.

a Alexã. Ita nobis. Facit ista lex ad materiam, de qua per Bar. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicen. non obtempe.

L E X XXIX.

1 *Adulterium cum meretrice nupta non committitur.*

a **Quæ adulterium.** aDomina a caupone potest de adulterio accusari, secus de fa- 1 milia, quæ hospitibus seruit. h. d. † Quærit glo. vtrum cũ meretrice b nupta possit committi adulterium. Gloss. dicit φ sic. Quidam Vltramontani dicunt contrarium, & forte melius.

ADDITIONES.

a Barb. Quæ adulterium, Vide istam legem allegat. per gloss. in capit. tanta, de simonia. & ibi Docto. in c. & si Christus, de iureiur. & in c. a crapula, de vita hone. cle. ibi omnino, & uide Lud. Rom. consi. 283. an propter adulterium perdatur dos.

b Ale. Cum meretrice. Quærit glo. vtrum cum meretrice siue sit nupta, siue non, sit licitum adulterium. Vide Cy. in l. 2. inf. de rap. virg. in addi. sed Bar. in l. si uxor, in prin. ff. eo. allegat, in gl. videtur tenere gl. hic, uide Bal. inf. eo. l. si mulier.

L F X

L E X XXX.

1 *Crimen remanet publicum, licet auferatur facultas accusandi omnibus, restringendo ad certas personas tantum.*

a **Quamuis.** a Accusare de adulterio licet marito, & aliis coniunctis personis non extraneis. hoc dicit. Oppo. & uidetur quod quilibet de populo admittatur ad accusandum. Vnde videtur obstare. ff. eod. l. 2. §. fi. & l. seq. Solut. dicit glos. ista lex loquitur, quando isti propinqui non extant. Doctor. Moderni dicunt, quod illa lex corrigitur per istam. Et ista opinio plus placet, per rationem positam in hac l. uidelicet ne liceat extraneis 1 fœdare connubia. Secundum quam lectur. habes, quod † licèt per formam statuti auferatur facultas accusandi de publico crimine omnibus, & restringatur ad certas personas tantum, nihilo minus remanet crimen publicum. De hoc dixi vobis in l. prima. ff. de public. iudic. Vltimo habetis in fine. quod pœna adulterii est pœna mortis Opp. ff. de quæstio. l. si quis viduam Sol. vt ibi no. Et ibi dixi vobis, secundum ista tempora, pœna mortis in muliere est aliter constituta, ideo vide auth. sed hodie. vnde de iure communi pœna in masculo non est immutata, sed in fœmina sic, vt ī. in auth. Habetis hic aliam authen. quę loquitur de quadam pœna, quæ infertur ei, quem maritus habet suspectum de adulterio vxoris suæ, quæ incipit, si quis ei.

A D D I T I O.

a Alexand. Quamuis. Casus appellationis ab accusatione adulterii notantur 32. q. 6. in summa. & in cap. intelleximus. in fine. extra, eo. ut in ultimo habetis. Et de ista pœna adulterii, adde etiam Bal. in l. Claud. de his quibus vt indi. pœna etiā adulterii, quod mulier perdat dotem, ut hic videtur, quod in bonis parafernalibus, dic secundum glo. singu. in cap. plerumque. de do. inter vir. & vxor. & uide in l. ex consensu. supra de repu. Sed an dicta gl. sit uera, dixi post Imo. in l. cū mulier. ff. sol. ma. Quæ autem sit pœna stupri, vide no. Bal. in l. raptores. supra de episcop. & cler. Et quando mulier committat adulterium cum incestu, & puniatur, vide in l. si adulterium cum incestu. in prin. vbi glo. in l. inter liberas. ff. e. Et de istis pœnis vide plenè per Iac. de Belu. in l. raptores.

L E X XXXI.

Cum vir. Ista non consueuit legi, quia de ea loqui nō est honestum. Breuiter dicit. Crimen Sodomiæ vi- a tore gladio punitur. a hoc dicit.

A D D I T I O.

a Alex. Gladio punitur. Vide in Auth. vt non luxurientur contra naturam. 25. q. secunda, hic, quanquam. vbi etiam dicitur de crimine, quod committitur cum brutis. quid in Iudeo? vide in c. in archiepiscopatu. de rap. Quid in muliere agente, vt viri? vide quęstio. in l. fœdissima. supra eodem. de rap. alias, ff. eodem. de adulteriis.

L E X XXXII.

1 *Nomen rei quando dicatur receptum inter reos.*

Adulterij. Habeo istam l. multum charam, quia probat vnam meam opin. de qua est casus hic. Breuiter dicit. In q. adulterij exceptiones friuolæ reprobātur. exceptiones legiomæ quæ processum respiciunt primo examinantur, postea de crimine cognoscitur. h. d. Per istam le. ego dico manifestè 1 probari opi. meam, quod † tunc dicitur nomen rei receptum inter reos, quando facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatoriis respicientibus processum, iudex pronunciauit sup accusatione procedendum esse, vnde ante lit. contest. potest dici nomen receptum inter reos, scilicet per illam pronunciationem, merito hic potest fieri reo absente, vt vidistis supra e. l. adulteram, licet gl. aliter dicat. Dixi tibi in l. si qui reus. de public. iud. & tunc nō allegaui tibi hanc l. sed heri tantum addidi, & ideo tene menti.

L E X XXXIIII.

Si hi qui adulterii. Si absolutus ab adulterio proximitatis prætextu, postea cum ea matrimoniū contrahat, ex hoc iuris & de iure videtur nasci præsumptio, ex qua de primo adulterio, de quo fuit absolutus, poterit a condemnari. a hoc dicit hæc singularis lex. quod tene menti. Op. nemo ex præsumptionibus est condemnandus, ut l. absentem. ff. de pœn. Sol. Ibi loquitur de præsumptione hominis, hic de præsumptione iuris, & de iure. Opp. postquam quis est absolutus, non potest condemnari, nisi doceatur de præuaricatione, vt l. si quis homicidii. & l. 1. ff. de præuaricat. Sol. Specialis casus est hic. Simile vidistis supra de reb. cred. & de iureiur. l. si.

A D D I T I O.

a Ale. Poterit condemnari. Adde quod Ludo. Roma. dicit hic esse casum, quod sententia ex præsumptione prolata nunquam transit in rem iudic. imo continuo retractari potest, de quo, & de istis simil. sententiis, unde quæ habes hic post Cyn. & aduerte quod præsumptio violenta, quæ secundum ius dicitur habere uim plenę probationis in causa ciuili, non sufficit ad plenam probationem in causa criminali. no. Doct. in c. afferte. & in c. quia verisimile. de præsumpt. unde licet de nudo cum nuda, solo cum sola. De quo in c. literis. de pręsump. quia habet vim plenę probationis, in causa ciuilis separationis matrimonii, non sufficeret sola in criminali, ad condemnandam de stupro. Facit l. si autem. supra de prob. & quod no. Bar. in l. si. supra de iureiu. secùs quando est præsumptio uiolenta approbata a iure, etiam quo ad criminalem causam, quia tunc sola sufficit l. quæ ibi no. facit authen. si quis, cum hic, & ibi no. supra eodem. Et de probatione adulterii qualiter fiat, dic quod per præsumptionem. Ita per Bar. in di. l. 2. §. fi. in fine. ff. eodem. Et unum no. quod dicit Abb. in d. c. ubicunque iudex mouet animū suū ad sententiandū ex præsumptione, dēt illū exprimere in snia, aliàs iudex appellationis, & cui de hoc non costat, videlicet an iuste fuerit motus, & non constat ex actis, poterit retractare sniam. all. no. per Inn. in c. quoniam, supra de proba. & in c. in præsentia. eo. tit. & de præsump. violenta, vide gl. in l. si. supra arbit. tut.

L E X XXXV.

1 *Qui iniuriatur ex adulterio, iniuriatur etiam ex stupro commisso in viduitate.*

Si Mulier. Maritus quondam potest accusare de stupro, quod committitur in vxore, quam repudiauit. hoc dicit hæc bona lex. Opp. cum istud sit crimen publicum, quilibet potest accusare, quid ergo mirum si maritus admittitur? Dicit gl. quod maritus quondam præfertur, quia magis offenditur. Ex 1 hac l. no. † quod ille qui offenditur de adulterio constante matrimonio, ille offenditur ex stupro uiduitate durante. Hoc est vtile scire ad probandum quandoq; inimicitias, nam iniuriantur consanguinei viri iam defuncti ex stupro, quod committatur in viduam, sicut si duraret matrimonium.

L E X XXXVI.

Libertatem, Sicut libertas seruorum intra duos menses à die diuortii impedit, ita & intra duos menses à die matrimonij soluti per mortem. hoc dicit.

Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit. *Rubr.*

L E X V N I C A.

Si tutor. Qui suam pupillam corrumpit, deportatur, bonis omnibus publicatis. hoc dicit. hæc bona lex.

De mulieribus, quæ seruis propriis se iunxer. *Rubr.*

L E X V N I C A.

Si qua. Quæ seruo proprio se iungit, morte punitur, & omnes ad denunciandam admittuntur: filii ex tali coniunctione nan insuccessibiles habeantur. hoc dicit.

Ad legem Iul. de vi publ. vel priuat. *Rubr.*

L E X II.

a **TVtoris.** a Quando pars quota bonorum deuenit ad aliquem ex dispositione legali, intelligitur cum onere debitorum. h. d. Op. ff. de iure do. l. mulier. supra. de hære. vel actio. ven. l. 2. Sol. Ibi bona veniunt ad aliquem ex contractu, hic ex dispositione l. Fallit in casu. l. 2. ī. de hær. vend. vbi fauore fisci etiam quando bona vadunt ad aliquē ex contractu, intelligitur cum oneribus debitorum. De hoc in l. 3. §. cum ex causa. ff. de iure fisci. vbi de hoc dixi, & plenè dixi de hoc ff. de bon. poss. l. 1. in princ.

A D D I T I O.

a Ale. Tutoris. Vtrum creditores vnius territorii agant contra fiscum alterius territorij, tanquam contra hæredes debitoris condemnati ad mortem, & publicationem, vide hic per Bal. & per eum. Ant. & Imo. in l. ex facto. de hær. inst. Adde tu Bald. consi. 55. lib. 1. & ibi, an fiscus sit primo excutiendus antequam extranei possessores, & an habeantur loco hæredis.

L E X III.

Si confidis. Si masculus, vel fœmina includatur, violentia committitur, & pœna huius l. punitur. hoc dicit.

L E X IIII.

1 *Iniuria facta personæ, quando dicatur crimen publicum.*

Si criminis. Hæc est bona lex, & facit ad intellectum multorum. Violentia commissa circa res, etiam hominib. non coactis, hac l. punitur. Iniuria commissa cir- a ca personas ita demum hac l. punitur, si coadunatis hominibus fa 1 cta fuerit. h. d. Not. ergo, a q † iniuria facta personæ ita demū cadit in cri-

A D D I T I O.

a Ale. Nō. ergo. Vide tamen. in l. 2. ff. ad l. Iul. de vi priua.

in crimen publicum l. Iuliæ de vi, si fiat coadunatis hominib. aliàs est priuata, vt l. iniuriarum. ff. de iniur. Homines autem coadunatos in hac materia intellige etiam si coadunauit vnum, vt l. 2. §. 3. ff. ui bo. rap. quod tene menti.

LEX VI.

1 *Faciens quo tempore vim, occupationem, & homicidium non punitur de quolibet, sed vnum est delictum aggrauatum.*
2 *Si in violentia interueniunt verbera & homicidia, maleficium in persona eius, qui fuit author violentiæ, aggrauat tantum, & quomodo tenebuntur alii.*
3 *Coadunatus ad aliquam vim faciendam si ibi perdit arma, quando possit recuperare à coadunante, & qua actione.*

Quoniam. Hæc est bona lex. Si tempore violentiæ ex parte inferentis, vel defendentis homo aliqs moriatur, inferens vim pœna mortis punitur, & appellare non licet. h. d. hæc no. lex. 1 † No. quod a si aliquis iuit ad occupandum castrum, vel palatium alterius, & in occupatione aliquem percusserit, vel occiderit, non debet puniri duab. ll. hoc est tãquam violẽtiam inferens, & occupationem faciens, & tanquam faciens homicidium, & vulnerans, sed totum est vnum delictum, s. violentia aggrauatum per istas qualitates, s. quod in ea sunt commissa verbera, neces, & similia, vt hic b test. vides not. quem millies alle. & ideo rogo teneas menti. 2 Secundo no. ꝙ † istæ qualitates. s. neces, & verbera, in hac violentia interuenientes, aggrauant maleficium tantum in persona eius, qui fuit principalis, & author huius violentię. Ita vides hic in tex. qui vim facere &c. alii autem homines coadunati ad hoc, non tenentur, nisi de violentia simplici, vt hic innuit, & tenebuntur etiam de eo quod ipsi personaliter fecerunt: vt probatur in l. 2. §. si quis non ipse cogerit, sed inter coactos fuerit. ff. vi bono. rap. Opp. & videtur, quod non debet puniri quis vltrà quàm habuerit propositum delinquendi. Contra in l. qui iniuriæ, ff. de fur. Sol. de hoc dic plenè, vt dixi vobis in l. diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. Quærit glo. c † vtrum ille, qui coadunatus fuit ad aliquam 3 violentiam inferendam, si ibi perdit arma, vel res, possit recuperare ab eo, qui eum coadunauit ex stipulatione, vel actione mandati. Sol. Dic, quod non, quia iste contractus est super re turpi, vt l. si remunerandi. §. rei turp. ff. man. Hoc intellige verum quando quis fuit coadunatus ad aliquam vim illicitam: secùs si ad licitam, vt ad aliquem defendendum, & similia, quia tunc esset licita. Quod tene menti perpetuo, rogo te.

ADDITIONES.

a Alex. No. quod. Et no. ad quid teneatur caporalis, & coadunator societatis, an teneatur pro sociis, uide Bart. in l. si quis non homine, ui bono. rapto & glos. hic. Et quis dicatur caporalis, uide Bal. in l. 1. supra de seru. fugi. adde Bal. consi. 130. & 136. lib. 1.

b Menoch. Vt hic. Boer. q. 54. num. 2. 3. 4.

c Alex. Quærit glo. Vide Inn. in c. sicut. de iureiur. & quod dixi in l. 1. ff. ad l. Rhodiã de iactu. & Bal. in l. fideiussor. supra mand. Facit quod no. Bald. in l. si seruus communis. §. quod vero. de fur. & Spec. de iudi. in §. speciali. in fi. & per Io. An. in ca. olim. el 1. de restit. spol. in 5. q.

LEX VII.

1 *Causa restitutionis quod sit priuilegiata.*
2 *Spoliatus quod ante omnia restituatur, quomodo intelligatur.*
3 *Prima violentia quando absorbeatur per secundam, & sic dolus cum dolo compensetur.*
4 *Probationes facta de violentia in causa ciuili, an faciant fidem in criminali.*
5 *Eiectus de possessione, si eam recuperat incontinenti, non desinit vsucapere.*
6 *Expulsus si recuperat incontinenti possessionem, non incidit in l. si quis in tantam.*
7 *Spoliatus omnibus bonis, non potest ab alio accusari, antequam restituatur.*
8 *Accusatus si est quis de violentia criminaliter, & violentia constat, officio iudicis poterit fieri restitutio possessionis.*

a Si quis ad se fundum. a Ista est subtilis lex, & breuiter hoc dicit. Spoliatus debet ciuiliter agere, vel criminaliter accusare: sed si sua authoritate per vim recuperauerit, secũdo spoliatus ante omnia est restituendus, & spolians legitimè punietur. hoc dicit. Primo ponit, quid habeat facere spoliatus. Secundo ponit, quid ei immineat si iuris ordinem prætulerit. Secunda ibi, quod si omissa. Oppo. quod liceat expulso, sua authoritate recuperare, vt l. prima §. vim vi. de vi, & ui arma. & l. prima. §. cum igitur. & supra, vnde vi. l. prima. Huius timore lectura huius l. variatur duobus modis. Vno modo, quod hic non licet recuperare, scilicet ex interuallo, sec incontinenti sic, vt in contrario. Et ista est communis lectura quam lecturam gloss. sequitur. Alii dicunt, vt Ioann. in fine gloss. quod hic loquitur quando incontinenti sua authoritate possessionem recuperauit. Et quod dicitur in tex. possessionis iura reparantur, scilicet quo ad damna, quæ passus est ab alio, qui violentiam inferebat, unde illa in glossam finalem. Ex hac lege habes not. 1 quod † causa restitutionis est priuilegiata, siue agatur ad recuperandam possessionem, siue agatur ad damna quę quis passus est in violentia, licèt possessionem effectualiter non perdiderit, & priuilegiata in hoc, quod ante omnia debet examinari ista causa restitutionis. Qualiter autem intelligatur istud, ante omnia, infra dicam. Et debet itelligi lectura illa, quod hic agebat ad damna ille, contra quem adhibita fuit violentia, qui recuperauit incontinenti contra eum, qui intulit violentiam. Sed contra eum cum legitimè fecerit, non posset agi ad damna, quæ aduersarius passus est, quia quod legitimè factum est, pœnam non meretur. l. Gracch. supra, de adult. Istam casus positionem tene menti, quia puto eam esse veram, nec scio eam alibi. Alia lectura quæ communior est, quia hic expulit ex interuallo, & sic non faciebat legitime: tũc. n. spoliatus secundo ante omnia debet restitui. Sed tunc ad hoc opp. quia huic expulso licet agere ciuiliter, vel accusare criminaliter, prout vult, vt hac lege in principio, & quando ci. ac. cri. prę iu. l. prima. Solu. dicit glo. fateor, quod expulsus habet electionem accusare criminaliter, vel agere ciuiliter interdicto, pro recuperanda possessione. Sed hic loquitur, quando eligit expulsus agere interdicto, quo 2 casu ante omnia restituitur. Videndum est ergo, † quid est hoc dictum, ante omnia, quod hic dicit tex. gloss. dicit, ante omnia restituitur, id est, antequam quæratur quis sit dominus, vel ante omnia id est, antequam quæratur de crimine in modum accusationis, & sic pertransit, & etiam Doctor. Mihi videtur quod nos debemus intelligere tex. prout iacet simpliciter, ante omnia. Pro huius euidentia debes scire, quod quandoque spoliatus agit petens restitutionem damnorũ. Primo casu causa restitutionis ante omnia est retractanda, vt hic dicit text. in tantum, ut super nulla alia re a suo spoliatore possit conueniri, nisi super illa spoliatione, hic est casus extra. de ordi. cogni. cap. super spoliatione, & sic debemus istum b textum intelligere. Si verò agit b petens damna, isto casu, ista causa debet ante omnia retractari, nec posset super dominio ipsius, vel alia causa reconueniri, vt hic secundum lecturam Ioann. nec tamen reconueniri posset de alia spoliatione, vt in capitulo secundo. extra, de ordine cognition. Et hoc si secunda causa spoliationis, per quam agitur ad recuperandam possessionem rei, de qua quis est spoliatus, proponitur in modum reconuentionis; sed si proponeretur in modum exceptionis, tunc impediret primum iudicium super damno, & spoliatus ante omnia deberet restitui, & donec restituatur, causa super damnis non deberet agi, vt dicto capitulo secundo. Item priuilegiata est causa restitutionis in hoc, quod ille, qui est spoliatus, si obiiciatur ei de dominio spoliantis, ista exceptio non debet examinari in iudicio, sed ante omnia est restituendus, vt hic, secundum quod glos. intelligit, vt vidistis in l. momentaneæ. supra, vnde vi. & supra, si per uim, vel alio modo. l. prima. Intellige si contra hãc exceptionem de dominio replicetur: secùs si petens restitutionem pateretur super illa exceptione procedi, vt extra, de restitutio. spoliatorum capitu. primo, quod probatur de iure nostro. Sicut. n. se habet exceptio ad actionem, ita se habet replicatio ad exceptionẽm, ut l. secunda. ff. de excep. Sed si exceptio non obiiciatur, non impeditur actio, eadem ratione si non obiiciatur replicatio, non impeditur exceptio. Facit supra de adulte. l. quoniam. Alexand. Institut. de replica. per totum. Quandoque spoliatus à spoliatore conuenitur, non curo qua actione, nec ad quid, dum tamen non conueniatur super alia spoliatione, tunc ipse poterit excipere contra spoliatorem suum, quod non potest conueniri, donec ipse restituatur. Et hoc est, quod hic tex. dicit ante omnia violentię causam, &c. Probatur in dicto capitulo secundo, extra, de ordi. cognitio. Si verò de spoliatione agitur criminaliter, tunc alia quæstio ciuilis non poterit proponi, non propter priuilegium spoliationis, sed propter priuilegium generale cuiuslibet causæ criminalis, quæ non patitur secum ciuilem concurrere, ne ei fiat præiudicium. vt supra. de ordi. cogni. l. fin. Item opp. dicitur hic, quod quæri debet quis, & ad quem venit possessio. Contra, iam pro certo proposuerat violentiam esse commissam, quare ergo de hoc quæritur. Solu. debet exponi, intulit, id est, intulisse dicitur, & ista est uera. Vel dicebatur quod ex aliqua causa potuit facere, & licitè, tunc ista potest esse bona. Sumus expediti de prima gl. mag. venio ad sequẽtẽ. Opp. dolus † cum

ADDITIONES.

a Alexand. Si quis ad se fundum. Hanc l. multipliciter uo. & limita, vt per Innoc. in cap. constitutus, de filiis presby. & dixi in l. naturaliter, §. nihil commune. de acqui. possess. & vide omnino in quæst. 1. in sum. Et ex hac lect. habes not. quod causa possessionis etiam est priuilegiata quo ad petitionem restitutionis dãnorum cunctorum spoliati, licet spoliatus etiam incontinenti recuperauit, non tenetur ad possessionem: secus si recuperauit ex interuallo, & secunda spoliatus incontinenti a primo spoliante, quia cum secundus spoliatus incontinenti recuperans recuperauit legitime, non tenetur ad damna vltimo lata, & non est alibi, & vide supra.

b Alex. Si verò agit. Adde Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 5. columna de acq. poss. Bar. in l. ordinarii. in 5. & ul. quæst. ff. de rei vend.

3 †cum dolo compẽsatur, vt l.si.§.sed si stipulatio. ff.de eo, per quem fac.erit. & de dolo.l.si duo. Sed si ego expulį expulsorem meum, a videtur quod debeat compensari violentia, a quam feci sibi, cum violentia, quam fecit mihi. Gloss. hic dicit aliud in illo generali: dolus, cum dolo, &c. non dicit plus. Sed in l. 1. in fin. glossæ mag. supra, vnde vi, respondet, quod ideo non compensatur dolus cum dolo hic, quia videtur esse commissa circa diuersa. Alia est enim vis facta vno tempore, alia facta alio. Sed contra hoc videtur ff. quod vi, aut clàm. l.si alius. §. bellissimè. Glos. hic dicit, aliud in interdicto quod vi aut clàm, vt ibi: aliud in interdicto vnde vi, vt hic. Pet. hoc non placet, nam posito quòd dolus cum dolo compensetur, saltem vnum debitum cum alio debito debet compensari. Si ergo per violentiam, quam intulisti mihi, es effectus meus debitor in centum, & in illa possessione, & consimiliter ego per illam violentiam, quam tibi secundo adhibui, sum effectus tuus debitor in centum, & in illa possessione, igitur debet vnum debitum cum alio compensari. Præterea dicit ipse, non est ratio diuersitatis, quæ debet esse inter istud interdictum vnde vi, & interdictum quod vi, aut clàm quare ergo hic dicitur, quòd ante omnia est restituẽdus: est verum in eo, in quo passus esset maius damnum, & sic per compensationem non esset sublatum. Docto. nostri Citramontani, tenent gloss. nostram, vt Iacob. de Aret. Iacob. Butriga. & alij. Non obstat quod dicitur, quod dolus cum dolo compensatur, vel debitum cum debito compensatur, quia vt hic gloss. optimè sentit, illud est verum, quando secundus dolus, vel secundum debitum, seu delictum non absorbet, & extenuat primum. Sed hic secunda violentia absorbet, & consumit primam, ideo de prima non potest obijci, & sic non põt dici ꝙ dolus cum dolo compensetur, vel violentia cum violentia, quia prima violentia est consumpta. Nec etiam potest dici debitum cum debito compensari, quia primum debitum est sublatum, vt supra, vnde vi. l. si quis in tantam. & l.extat. ff.quod met.cau. & vide gloss. sic intelligo gloss. super versi. quid. Pro cuius euidentia debes scire quod per l. si quis in tantam. & per l.extat, ille qui secundo intulit violentiam, perdit omne ius, quod habebat in re, vel ad rem, seu pro illa re, sed si habebat aliud ius extra rem illam, sed fortè illius rei occasione illud non perdit, vt l.qui vas. in principio. ff. de furtis. Qui enim abstulit rem sibi subtractam, licèt perdat sibi condictionem furtiuam, quæ datur ad rem, non perdit actionem furti, quæ datur ad duplum, vel quadruplum, quod est extra rem. Modo ad propositum, secunda violentia absorbet primam, quatenus propter primam violentiam poterat agi ad recuperandam rem: sed quatenus poterit agi ad certa damna, & sic extra rem, propter secundam violentiam, non consumitur prima, vt d.l.qui vas. Eadem ratione credo, quod accusatio criminalis, quæ oritur ex prima violentia non consumitur per secundam, quia illa accusatio non est ius in re, nec ad rem, nec pro re. Et sic gloss. quæ hic videtur velle, quod per secundam violentiam tollatur prima, etiam quo ad actionem criminalem, non videtur quod dicat verum. Vide gloss. licet tamen dixerit, quod prima violentia non consumitur quantum ad damna, & ad aliud interesse, tamen in hoc secundo iudicio, in quo petitur possessionis restitutio, de illo primo non poterit quæri, quia causa restitutionis habet priuilegium, vt ante omnia, &c. nisi agatur super alia spoliatione possessionis non consumpta per secundam vim, vt s. dixi. Causa ergo, per quam petitur restitutio possessionis, est magis priuilegiata, quam causa, per quam petitur restitutio damnorum, & interesse propter vim, vt patet in d.cap.2.de ord.cognitio. Non obst. l.si alius.§.bellissimè, quod vi, aut clàm. Nam vna vis inquietatiua non consumit aliam. Non enim quis priuatur iure suo pro-b pter vim inquietatiuam: secus in vi expulsiua, b de qua hic loquitur. Sumus expediti de glos. modo restant alia quærenda in glo.
4 Primo, quæro † vtrum probationes factæ de violentia in ciuili, fidem faciant in criminali. Gloss. hic dicit quòd non, quam vide, & signa super versi. destinatus. De quo plenè dic vt Docto. tangunt in l. 1. quando ci. ac. præiu. crim. Ego plenissimè in l. 2. §. 1. ff. vi bono. rapto. Venio ad vltimam glos. vbi quærit aliquas quæ-5 stiones. Quærit glo. † quid si eiciar de possessione, & recuperem incontinenti, an desinam vsucapere. Et glo. dicit quod non, quam c vide. Verum dicit glo. c ista, quia ille qui recuperauit incontinenti, non amisit possessionem ciuilem, vt l. 3. §. cum igitur, & ibi not. de vi, & vi arma. merito non desinit vsucapere, licèt gloss. videatur aliud dicere, vt in l. qui possessionem, ff. de vi, & vi arm. & ma-6 le. Quæro, † si expulsus recuperauit incontinenti possessionem, an habeat locum pœna l. si quis in tantam, supra, vnde vi. Gloss. hic dicit, quod non. Ista quæstio potest intelligi duob. modis. Primo, an ego qui incontinenti per vim recuperaui inciderem in l. si quis in tantam. Et tunc absq; dubio glos. dicit quod non, & benè, quia legitimè feci, ergo &c. vt l. Graec. s. de adulter. Item potest intelligi, an ille, qui per vim me expulit, & fuit ipse incontinenti expulsus, incidit in l. si quis in tantam. Et licèt glo. hic dicere videatur quod non, contrariũ tamen videtur dicere in d. l. qui possessionem, de vi, & vi, & arma. s. de exceptio. l. licet. Secũdum vnam lect, puto, quod non incidat in l. si quis in tantam, quia cum ille deiectus possessionem non perdiderit, quia ciuilem retinuit, non potest dici expulsus, & in quantum ad actionem ciuilem, non sufficit conatus, nisi habuerit effectum, vt l.vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. Circa legem nostram extra gloss. quæro, vidistis quod exceptio spoliationis potest obijci ipsi spoliatori. vt ante restitutionem de nullo audiatur agens, per hanc l. & per cap. prædictum. Quæro, an extraneo posset obijci hæc exceptio. Breuiter de iure ciuili hoc non reperio, de iure Canonico benè reperitur, quod
7 † spoliatus omnibus bonis non potest ab alio criminaliter accu-d sari, donec restituatur, vt extra, de restit. spoliato. capit. frequens. d
8 lib. 6. Quæro, quando † aliquis est accusatus de violentia criminaliter, & de violentia constat, an ex virtute eiusdem iudicij possit fieri restitutio possessionis? certè non, vigore actionis principaliter intentatæ, vt l.interdum. ff. de publ. iudi. sed per officium iudicis ex quadam æquitate sic. Ita tenent hic Doct. Quod dic, vt dixi in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & l.defuncto. de pub. iud.

ADDITIONES.

a Alex. Compensari violentia. An vna violentia cum alia compensetur, & quo ad quid, adde gl. & Bar. in l. qui possessionem, de vi, & vi arm.
b Alex. Vi expulsiua. Et ita hanc l. intellige in vi ablatiua, vel expulsiua, sicut in compulsiua, vt dicit Bar. per illum tex. ff. de condi. ob turp. cau. vel ista lex non habet locum, si agatur petitorio, no. Bar. in l. 2. in fi. sup. quod met. cau.
c Alex. Verum dicit gl. Et vide gl. Bar. in l. qui poss. de vi, & vi arm. & Bar. in l. 3. §. ex contrario, de acqui. poss.
d Ale. Cap. frequens. Adde Bar. in l. site. sup. de iure delibe.

LEX VIII.

Seruos. Serui violentiam committentes vltimo supplicio puniuntur: si ex præcepto domini fecerint, in metallum damnantur. Aliæ personæ viles si violentiam committunt, legitimè puniuntur: punitur & iudex, qui de hoc crimine iudicare neglexerit. hoc dicit.

LEX X.

Omnibus. Habere gentem armigeram coadunatam, est crimen publicum legis Iuliæ de vi, de quo etiam potest per inquisitionem procedi. h. d. ista lex.

De raptu virginum. *Rubrica.*

LEX VNICA.

a **Raptores.** a Hanc legem habuistis de verbo ad verbum s. de episco. aud. l. raptores. ideo dic vt ibi.

ADDITIO.

a Alex. Raptores. Hanc l. maximè in versic. vt hic pone, intellige secundum textum, valde not. Institu. de public. iudi. § idem lex Iul. de adulte. in § fin autem, in istis, vide Math. in suis dictis, dict. 99. & Bald. hic. Et an iste titu. habeat locum in rapiente meretricem per uim, & cum ea coeunte, uide text. not. in l. verum, la 2. de furt. & ibi Barto. Et de hac materia uide Bal. in l. raptores, de episco. & cler. Adde ad materiam huius legis Barto. consil. 62. lib. 2. in §. oportet, quæro. dicit lex vel statutum, quod rapiens mulierem puniatur, modo vir rapuit mulierem, uel sponsam, uel mulierem de lupanari. Dic, quod non, secundum Bald. in l. ambigua, ff. de leg. quia iste esset intellectus vitiosus, & lex debet esse sancta, immaculata, & sic debet esse eius interpretatio, l. cæteræ, §. 1. ff. famil. ercifcun. quod no. & hanc l. vide, & not. Bald. in l. si quis non dicam rapere, de episco. & cler. & glo. ibi super ver. sponsam, quæ non est alibi, secundum Ange. de quo per Bald. in d. l. raptores, vide quod habes in tract. violent. in versi. cas. & ho. & unde quod habes 10 l. sed si exmend:, in prin. ff. ne quis eum qui in ius.

De emendatione seruorum. *Rubrica.*

LEX VNICA.

1 *Si vulneratus superuixit post vulnus illatum per multos dies, & postea mortuus est, an præsumatur mortuus ex vulnere.*

a **SI virgis.** a Dominus percutiens seruũ, etiam si ex percussione mortuus fuerit, nõ punitur, nisi occidendi animo hoc fecerit. h. d. Habetis in gl. su-1 per verbo, depulsa. quam not. multũ † ad quęstionem de eo, q percussit aliquem, qui postea per plures men-b ses post mortuus est ex vulnere, an præsumatur b mortuus ex vulnere. Bř distingue, an post triduũ superuixerit, vel ambulauerit, vel non. Habent Decretalistę super hoc casum extra de homicid. non recordor in quo cap. & dixi hoc anno in Digesto nouo.

ADDITIOIES.

a Alex. Si virgis. Et vide Bal. in l. illud, in fi. ff. de iniur. Men. Gramma. consi. 2. nu. 1. & consi. 20. nu. 20. consi. Voto. 23. num. 9.
b Alex An præsumatur. Per Bar. in l. fi. ff. ad l. Cornel. de sicar.

De emendatione propinquorum. *Rubrica.*

LEX VNICA.

1 *Iuuenis quis dicatur, vt corrigi possit a maiori.*

IN corrigendis. Parentibus, & consanguineis antiquioribus licet corrigere a iuuenes, & eos corrigendo percutere, dum tamen moderatè, nec cum atrocitate faciant. h.d. † Quis dicatur iuuenis, b qui potest corrigi? dicunt quidam, minor decem ann. dummodo corrigens sit antiquior eo, vt l. non aliter. §. j. ff. de lega. 2. domi. Richar. Malumb. intelligebat hoc de minore 25. anno. nam ab inde vltra potest se regere arbitro suo, vt ff. de mino. l. j.

ADDITIONES.

a Alex. Corrigere. Et quibus liceat corrigere, vide text. in cap. voluntate, de sententia excommunicatio.

b Alexan. Dicatur iuuenis. Quis dicatur iuuenis, & quis senior, de vtroque in d. l. non aliter, §. 1.

Ad legem Cornel. de sicar. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Qui dicit dolo non fecisse homicidium, punitur, nisi dolum probet non fuisse.*

FRater vester. Qui aliquem absq; dolo occiderit, pena homicidij non tenetur. hoc dicit. Not. † quòd ille, qui dicit se fecisse homicidium, sed non dolo. debet probare, a quod dolo non fecerit, hoc autem probabit ex qualitate ictus, & ex his quæ inter eos procedebant, vt j. eod. l. eum qui. Facit j. de iniur. l. si non conuicij.

ADDITIO.

a Alex. Debet probare. Vide Bar. in l. 1. ff. de dolo, & de materia adde bo. textum in l. lex Cornel. ff. end. & no. Bar. in l. vt vim, ff. de iusti. & iure. Sed Bald. hic eam restringit, videlicet si concurrant aliæ qualitates, & præsumptiones, puta etiam genus instrumenti, cum quo percussit.

LEX II.

a Is qui. a Licet vnicuique ad suam defensionem occidere aggressorem, vel cum volentem percutere, & etiam cũ volentem derobare hoc dicit cum trib. legib. sequentib.

ADDITIO.

a Alexan. Is qui. Canonizata est de poe. dist. 1. in prin. & facit ad no. in l. qui ea mente. Et ad hoc adde Bar. in l. damni. §. Sabi. de dam. infec. & Bart. in l. 1. §. diuus, ff. eo. & Bald. in l. si quis non dicam rapere, supra de episco & cler. & Bal. in l. si fugitiui, sup. de ser. fug. Ang. in l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris, vbi limitat, & per Cy. hic, & per Bar. in c. 1. §. iniuria, de pace iuramento firman.

LEX V.

Eum qui. Homicidium casu commissum oon punitur.

LEX VI.

1 *Statutum dicens, si aliquis occiderit, non verificatur in eo, qui percutit animo occidendi, si non occiderit.*

a Is qui. a Qui ad actum occidendi peruenerit, licèt non occiderit, pœna l. Corn. de sicar. punitur, ac si occiderit. hoc dicit Hoc verum est, quia illa verba l. Corn. de sicar. hoc patiuntur, vt l. 1. ff. eodem. licèt † statuta Ciuitatis dicant, si quis occiderit, &c. non verificantur in eo, qui licèt animo occidendi percusserit, non tamen occidit, ideo tunc oon punitur ex illo statuto. Quod tene menti perpetuo.

ADDITIO.

a Alex. Is qui. Vide Bart. in l. 1. ff. de extraor. crimi. & l. 1. §. diuus, ff. eo. & vide Arch. 17. q. 2. c. si ergo, per Host. in sum. de poen. §. in quibus. Io. And. in reg. de poen. in Mercur. per eum in c. perpetuo, de ele. in 6. in nouel. Bald. in l. si fugitiui, C. de ser. fug. & in l. a liberis. §. Iul. de vsufru. & in l. data, sup. qui accu. & in l. qui ante operas. ff. de infa. aliàs supra, & vide do. Anto. in c. de eo. qui mit. in poss. cau. rei ser. & vide Spe. in ti. de act. ver. quid si primo, & vide Bal. in c. 1. in §. iniur. de pace iura. firm. adde huic legi, quod pulchrè consulit Ang. consi. 14.

De mathematicis, & maleficis, & similibus. *Rubr.*

LEX IIII.

1 *Dissoluens malitias, & incantationes non punitur.*

MOrum. Iste tex. facit contra dictum Beati Tho. qui reprobat istas incantationes, sed potest loqui de foro conscien. hic loquitur de for. ciu. vt nõ punia 1 tur. Quæsitum fuit a me, vtrum iste, qui dissoluit istas malitias, debeat puniri. Dixi quod non, & est casus hic.

LEX VI.

Nemo. Punitur diuinator, & qui diuinatores consulunt. hoc dicit.

LEX IX.

a Quicunque. a Ista l. faciat ad quæstio. vtrum liceat occidere exbannitum, qui ducitur ad curiam. Dic plenè, vt dixi in l. 3. in fi. ff. ad l. Corn. de sicar.

ADDITIO.

a Alex. Quicunque. Hæc l. est sing. secundum Bald. in l. 2. ff. qui. ad li. procla. non licet. Adde quod no. Bar in l. 4. ff. ad l. Iul. de vi priua. Adde Bar. in l. si victum, ff. de re iud. Adde Oldr. consi. 120.

De sepulchro violato. *Rubrica.*

1 *Si per statutum imponatur pœna pecuniaria pro homicidio, an sit sublata pœna legis Cornelia.*

QVi sepulchra. No. quod licèt per l. nouam imponatur aliqua pœna noua pecuniaria reo, non propter hoc tollitur antiqua a lex, quæ imponit pœnam corporalem, & per hoc dico, quod † si statutum pro homicidio imponat pœnam pecuniariam, non propterea tollitur pœna l. Corn. de sica. tamen si qnis condemnatur vigore statuti, quod imponit pœnam pecuniariam, tollitur condemnatio, quæ resultabat ex l. Cornelia. de sicarijs, quia Senatus voluit ne quis ob idem crimen duab. legibus fiat reus. l. Senatus. ff. de actio.

ADDITIO.

a Alex. Tollitur antiqua. Quod lex noua imponens pœnam non tollat antiquam pœnam corporalem, benè facit tex. in l. fi. §. sin autem aliquis, in ver. cum enim geminis tramites, supra, de iure delibe. Et uide Cyn. & no. per Bar. in l. 1. ff. ui bono. rap. & ibi doct. Adde ut per Spe. in ti. de pœ. temere litigan. & ibi Io. And. in ulti. addi. & Bar. & Spe. in ti. de act. §. 1. circa prin.

AVTHEN.

Sed nec ante. Proximiores, & cognati defuncti non possunt cogi, vel vocari ad iudicium ante nouem dies ab obitu numerandos. hoc dicit. Per l. hanc defendi quandam mulierem, quę prohibebatur filio succedere, quia a oon petijt filio tutorem. a

ADDITIO.

a Alexan. Filio tutorem. Oppo. pro excusatione mulieris non petentis tutorem filio, quia non currit tempus, de quo hic, uide glo. & l. 2. §. confessum, ad Tertul. & ibi Barto. ad hoc.

Ad legem Cornel. de fals. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

SI partus. Accusatio matris propter ætatem filij non differtur. h.d. Gloss. quærit vtrum sententia de partu soppposito, lata contra matrem, præiudicat filio. Determinat ꝙ non, & benè. Dic vt in gl.

LEX II.

Satis apertè. Si crimen falsi gratia differendæ executionis obijcitur, nõ impeditur executio. h.d. a Dixi plenè a de materia in l. fi. j. si ex fal. instrumen.

ADDITIO.

a Alexan. Dixi plenè. Vide eum in l. 4. §. condemna. de re iudi. & uide ad hanc materiam cum ibi no. per Cy. id quod no. Bald. in l. si quis testium, supra de test. vide tex. & ibi Bar. in l. fi. ff. de procur.

LEX III.

Licèt. Non videtur scripturam approbare, qui eam falsam ignorat. hoc dicit.

Falsi. Habeo istam l. pro notab. quando iniuria principaliter matrimonium respicit, filius non potest accusare parentem, etiam si suam prosequatur iniuriam. hoc dicit.

LEX VIII.

1 *Practica interrogandi partem, an velis vti testibus, & eorum attestationibus, & de effectu dicta interrogationis.*

2 *Qui dicit se non vsurum aliquo instrumento, ex hoc arguitur instrumentum falsum.*

3 *Cautela vt aduocatus partis, contra quam testis aliquid falsò dixerit, interroget partem.*

Si

Si falsos. Faciens falsum instr̃m, non releuatur à pena, si eo profitetur se non vsurum, secùs in eo qui ex solo vsu [a] in pœnam incidit. h.d. tenementi. Per hanc l. [b] practicant Aduocati, quod quando testes à parte producti reperiuntur dixisse aliquid falsum, † publicans attestationibus, quod faciunt partem illam interrogare, an velit vti illis testibus, & eorum attestationib. & si dicit pars, ego dico me nolle vti dicto talis testis, intelligitur excusata à pena falsi: secùs si ipsa pars illum testem induxisset ab probandum aliquid falsum, quia articulus de se continebat falsitatem, tunc enim incideret in falsum, ex eo, quod cum ad hoc scienter produxerit, & facit eum dicere falsum testimonium: secùs si super aliquibus incidẽtib. testis falsum dixisset: tunc enim pars, quæ ad hoc eum non producit, potest licitè renũciare. No. etiam, quod † quando aliquis dicit se non vsurum aliquo instrumento, illud instrumẽtum habetur, vt falsum, vt habuistis ĩ. de fi. instr. l. si aduersarius. Itẽ est consilium ex hac l. † quòd aduocatus partis, contra quem testis aliquid falso dixerit, faciat requiri partem si vult vti illis attestationibus. Si enim se dicat vti velle, poterit partem vnà cum teste accusare de falso.

ADDITIONES.

a Ale. Ex solo vsu. No. de eo. qui vtitur falsis testibus, vel instrumentis, sed si tu vteris nisi vno instrumento, cum protestatione facias hoc, dicens quod non intendis eo vti, si est falsum si ego tibi dixi quod erat falsum, & assignaui tibi causas falsitatis, postea quasi in fine causæ vis desistere, dico, ꝙ non euitas penam falsi, secundum Gand. in tract. malef. in titu. de falsa. & fal. quia qui certioratus est, statim non desistens, non caret dolo, l. 3. ff. de lib. & posthu. Secus si instrumentum probetur, tamen non falsum, secundum l. vis eius, aliàs l. iubemus. supra de probat. Et istis adde Bar. in l. si aduersarius. supra de fi. instr. Et omnibus istis, de quib. hic per Bar. adde multum no. Bal. aliàs Bal. in l. si supra, si ex fal. instru. & in l. diuus. la 2. ff. eo. si quis producit testes falsos sciente aduersario, & non contradicente nõ committit falsum, l. de tutela. & ibi Ful. supra, de in integ. rest. Quid si instrumentum est falsum, sed non in eo, in quo est vis quæstionis, an vtens eo scienter, puniatur, vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de instr. edi. §. postremo. aliàs l. seq. in addi. quæ inci. Huic dicto. Item tenet, quod sic. Adde, an si stet statutum, quod vtens falso instrumento puniatur, an punietur qui eo vtitur per procu. vide Rom. consi. 155. & de comburente, cancellante, vel incidente aliquam scripturam, vide Bal. consi. 233. 2. vol. Falsum instrumentum, an dicatur, si notarius dicit in præsentia talis deponentis, confessus est Titius, & re vera nullum factum est depositũ, vide Bal. consi. 235. vol. & qualiter teneatur producens falsos testes super ueris cap. uide Bald. consi. 304. lib. 1.

b Pans. Per hanc l. Vide Fel. in c. præsentium, ver. tertia conclusio. extra, de test.

L E X XII.

1 *Exceptio falsi quanto tempore tollatur.*

2 *Officium iudicis, per quod inquiritur, quanto tempore tollatur.*

Querela. [a] Hæc est no. & sing. lex. Accusationes criminales tẽporalibus præscriptionibus non tolluntur. h.d. Vel sic Accusationes criminales regulariter 20. an. tollũtur. h.d. No. tex. ibi ferè, quod dicit propter quædam, quæ minori tempore tolluntur. Gl. nia circa hanc. l. quærit, † quanto tempore tollatur exceptio falsi. Respondeo, quod quæ sunt temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, ut l. licet. ĩ. de except. & ff. de doli exce. l. purè. in fi. Quæro, cum de falso possit procedi ad inquisitionem, [b] ut l. nullum. ff. de test. & l. pen. ĩ. de proba. † quanto tempore tollatur officium iud. per quod inquiritur. Glos. hic uidetur dicere 30. an. Vide gl. 1. in fi. quod officium iud. tollatur 30. ann. habuistis tex. cum gl. in l. sicut. ĩ. de præsc. 30. ann. uel 40. tamẽ in casu proposito arbitror glo. nostram non dicere uerum. Nam offic. iud. inquirentis succedit loco accusationis, ut extra, de accu. c. qualiter, & quando. Sicut ergo accusatio tollitur 30. an. ut hic, ita eodem modo iudicis officium. Præterea tex. hic generaliter loquitur, querela enim falsi est, siue de hoc querelam facit pars, siue ipsemet iudex. Et iam uidi istam q. de facto, & dixi modo hic. Ego puto, quod si à statuto statuatur tempus certum ad accusandum, quod ultrà illud tempus non poterit inquiri. licèt gl. hic uideatur innuere contrarium, ut hic uides. quod perpetuò tene menti.

ADDITIONES.

a Ale. Querela. Vide no. in c. licet causam, de prob. & in c. cum venerab. de exc. in gl. fi. & ibi per Io. And. & Spe. in tit. de sent. prola. §. quoniam, ver. & no. secundum canones, & dum dicitur hic, ꝙ actiones criminales 20. annis tolluntur, hoc videtur procedere quantum ad penam imponendam, sed quo ad declarandum iam impositam non tolluntur, c. si quiae exigentibus, in fi. de præscr. in 6 secundum d. Pet. de Anch. quod benè no. & adde tamen, quod executiones istarum sententiarum, quæ sunt iuris Rom. eccl. durant centum ann. secundum Bal. in l. fi. de sacrosan. eccle. & ibi nunquam fiat contra, Ange. no. dect. Adde, ꝙ in penis spiritualibus, nulla currit præscripto, secundum Bal. in d. l. fin. supra qui accu. & Spe. ibi & supra. & Ang. in l. diuus. ff. de re iudi. Sed quæro quanto tempore durat accusatio, quo ad effectum publicationis bonorum. Dic, ꝙ quinquennio tantum. Casus est mirabilis, secundum Ang. in l. cognitio. ff. ad Sil. quod intellige secunda accusatione finita, non potest agere fiscus contra hæredem damnati actione ciuili, petitione hæreditatis, l. 1. sup. de his quibus, vt indi. & durat per 20. ann. l. Caius. ff. ad Sil. & ad d. l. in cognitione. uide glo. hic, & tene, menti. d. Spec. in tit. de sen. §. restat. versi. si verò. el. 2. ubi tenet, quòd querela falsi non limitatur 30. ann. vt dicitur hic, sed durat perpetuò in casib. no. & per Ange. in l. diuus ff. de re iudi. & Doc. in c. licet, de prob.

Menoch. Gomes. §. pœnales. nu. 2. 10. item. sup. dicta in tit. de actio.

b Alex. Ad inquisitionem. Verum iuri inquirendi præscribatur 20. ann. adde quod Ang. in l. si vacantia. in fi. hanc gl. reprobat, per l. filiusfa. §. veterani. de procu. & dicitur ita audiuisse à Bar. facit l. quos prohibet. ff. de postu. adde tex. & gl. in l. fal si. inp. eo. & vide quæ dixi in l. ita demum, sup. de procu. & uide Bald. in repe. l. cum mulier in fi. solu. mat. Adde an sublato iure querelandi, sit sublatum ius inquirendi, Pet. de Anch. in consi. 190.

L E X XIIII.

Eum qui. Intellige hoc verum esse in eo, qui subtrahit testamentum; in eo vero, qui subtrahit aliud instrumentum non habet locum pœna falsi, nisi ex actis publicis subtraheret, vt l. Pau. in prin. ff. e.

L E X XX.

1 *Cautela, ꝙ quando accusatur de falso, dicatur scienter & dolosè.*

2 *Falsum accipitur tribus modis.*

Nec exemplum. Hæc est bona lex. Falsum non cõmittitur sine dolo. h.d. Vnde per hanc l. † mementote semper, quando facitis accusationem de falso, vt dicatis, scienter, falsè, & dolosè, verum tamen eo ipso ꝙ tu accusas eum de falso, videris dicere dolosè, quoniam aliter non est falsum. Vnde natura verbi prolati, qui cum de falso petit puniri, hoc includit, ꝙ dolose fecerit. [a] Et ideo pro eius declaratione, debes scire, † ꝙ falsum accipitur trib. mod. [b] Vno modo largè & largissimè, & hoc modo omne non verum, est falsum ſm Dialecticos, vt l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Alio modo accipitur falsum non ita largè, & hoc est omnis immutatio veritatis, vt in Auth. de instr. cau. & fid. §. 1. & hoc etiam modo non dicitur punibile falsum, nam ſm hoc omne mẽdacium esset falsum. quod non est verum, vt l. quid sit falsum. ff. eo. Tertio modo sumitur falsum. s. illud, quod incidit in aliquod capitulum l. Cor. de fal. quod patet. ff. ad l. Cor. de fal. per totum. Hoc probatur. in d. l. quid sit falsum. Ita debetis intelligere hanc legem.

ADDITIONES.

a Ale. Dolosè fecerit. Adde quod not. Bar. & quod dixi in l. 1. §. non autem. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. non tamen in dubio præsumitur commisisse falsum faciendo, vt dixi post Bar. in l. si quis obrepserit. ff. eo. Item quod no. Bal. in l. cum donationis. ff. de transa. & idem dicit Bal. in l. fi. sup. ad l. Aquil. quod probato damno, satis est probata culpa dantis damnum.

b Ale. Tribus modis. Quot modis dicatur falsum, adde tamen quod quasi falsum non requirat dolum l. diuus. la 1. & ibi Barto. ff. eo. & vide in d. l. quid sit falsum.

L E X XXI.

1 *Statur dicto notarij super scriptura, & quod fuerit per ipsum confecta, quando de hoc dubitatur.*

2 *Tempus commissi delicti inspicitur in modo procedendi.*

Si quis Decurio. [a] Dignitas superueniens non excusat notarium à tortura in q. falsi, vbi expedit. Item per notarium fides scripturæ imponitur. h.d. Not. hunc finem, quem intellige, quod † scriptura notarij [b] probatur per ipsum solum notarium, quando habet debitam formam. s. testes, & alia. & solum dubitatur, an sit scriptura notarij. Ita intelligit Rich. Mal. & ita etiam videtur sentire ista gl. Not. etiam, [c] quod licèt superueniat dignitas, tamen † quantum ad modum procedendi inspicitur tempus, quo est commissum maleficium. Dixi in l. 1. ff. de pen.

ADDITIONES.

a Ale. Si quis Decurio. Vide quod in materia huius l. dixi post Bar. in l. impuberi. §. 1 de fal. & quod no. Bar. in l. vniuersas. hic alle. in gl.

b Alc. Scriptura notarij. No. quando notarius possit torqueri, si dicit se amisisse protocollum. uide Bal. in Aut. de fide instr. ver. quæro dixi, &c.

c Ale. No. etiam. Adde, quod Bald. de pace. Const. in ver. In nomine Christi, dicit, si Antiani alicuius Ciuitatis iurauerunt tenere aliquam credentiam, & aliquis eorum reuelat in damnum Communitatis, quod debet ab officio remoueri, & quãdocunque imponitur hæc pena remotionis durante officio, potest agi de crimine. Nam si expectaremus finem officij. fieret amotio vt sup. ad l. Iul. repe. l. iubemus. Quæ autem dicatur credentia, dixi in l. Lucius, de fideiuss. Et ad prædicta benè facit tex. no. & ibi Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amit.

L E X XXII.

Vbi falsi. In quæstione falsi, vtrique parti incumbit onus probandi, & eius pena est pena mortis, vel deportationis. hoc dicit.

L E X XXIII.

1 *Falsitas commissa debet alicui nocere, vt quis in penam falsi incidat.*

2 *Falsitas vt puniatur, sufficit, quod noceat, quo ad semiplenam probationem, vel aliquale indicium*

Testis deponens non iuratus, vel die feriata, an possit de falso condemnari, remissiuè.

Damus. Quocunque modo falsum committatur, potest de eo ciuiliter, & criminaliter agi. h.d. hæc l. cum sequen. No. tex. ibi, rõnes priuatas. Vide gl. super hoc verbo. Ex hac gl. cũ tex. no. duo. † Primo ad hoc vt quis incidat in penã falsi, requiritur qd illud falsum, qd fecit, alicui noceat, [a] Secundo no. qd sufficit qd noceat, † quo ad semiplenam prob. vel ad aliquale indiciũ, vt hic

ADDITIO.

a Ale. Noceat. Adde, quod licèt non noceat, sufficit quod potuerat nocere, l. si falso, supra eo. & in l. qui volunt sup. eo. & hic adde tex. & ibi Bart. in l. 1. § in rationib. ff. eo. & uide Bal. in addi. Spe. in tit. de accu. sent. uide ſmo. in l. 2. ff. quemadm. testa. aper. Adde quod Pa. de Ca. consi. 101. consuluit per hanc glo. quod falsificans postas libri sui priuati, non sit puniendus. Cui adde falsificantem priuatam scripturam, Bal. consi. 123. lib. 1.

Parif. Alicui noceat. Vide Soc. consi. 104. & consi. seq. Pa. de Ca. consi. 152. Ale. consi. 79 & cons. 78. vol. 1, Gand. in tract. malefic. in tub. fal. Fel. in c. secundo, extra de præscript.

hic vides. Quod facit ad q. vtrum testis, qui deposuit non iuratus, dic seriato, ita quod non valeat eius dictum, possit condemnari de falso. De quo plenè dic, vt l. si quis legatum, in princ. ff. eod. quod tene menti, &c.

a *De his, qui sibi adscribunt in testa.* a *Rubr.*

A D D I T I O.

a Barb. Testamento. Et uide cons. Bar. incipiens. Quidam filiusfam. presbyter, ad scri pht suo parti legatum, notarius existens. vide pro isto tit.

LEX PRIMA.

a Quanquam. a No ex hoc titu. quod notarius non potest conficere instrumentum ad sui vtilitatem, quod tene menti.

A D D I T I O.

a Ale. Quanquam. Adde Bar. in l. si filius. §. sequens, & in l. si pater, in fi. ff. de fal.

De falsa moneta. *Rubr.*

LEX II.

a SI quis. a No. tex. istius l. in fi. qui dicit, quod ętas pu pillorum quicquid vidit ignorat. Item not. ex gl. q ille potest cudere monetam, qui habet ex priuilegio Principis, & fortè illud priuilegium concessum priuatis, non valeret, sed solum concessum Com munitatib. ideo illi de Florentia quia faciūt cudi florenos, nō possunt.

A D D I T I O.

a Ale. Si quis. Hæc lex est notabilis, ideo ad multa signatur, maximè ad id, quod no. Bar. in l. 1. de fabr. li. 1 2. Sed an alchimista puniatur. Vide And. de Iser. & Baldo c. 1. quæ sint regalia, & ibi etiam refert Old. consuluisse, qua si expenditur tantum pro tanto, & tale pro tali, sine aliis falsificationib. non punitur, & unde io c. quan to, de iureiur.

Ad legem Iuliam repetundarum. *Rubr.*

LEX VNICA.

a TVnius. a Vides ergo quomodo teneantur iudices pro officialibus suis, vel pro fami lia sua, dixi tibi s. de assessori. in l. si post depositam. Dic vt ibi, & l. cum si exhibuissent. ff. de pub. quod no.

A D D I T I O.

a Ale. Vt vnius. Bar. in l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiur. alle l. si. huius ti. iuncta l. merito. ff. pro socio.

Quando ciuilis actio criminali praeiudicet. *Rubr.*

LEX VNICA.

1 *Actio criminalis quae dicatur, & quae ciuilis, & quomodo intententur.*
2 *Actio ciuilis ex delicto, quando dicitur prosequi rem familiarem, quando aestimationem damni, & quando vindictam.*
3 *Actio ciuilis & criminalis quando competunt alicui, quibus casibus possit eligendo ciuilem, praeiudicare criminali.*
4 *Actio ciuilis & criminalis quādo possint simul & semel codē libello intētari.*
5 *Actione ciuili intētata, quādo postea possit criminalis intentari, vel econtra.*

PLerisque. Diuidit in duas partes. Primo ponit vnum dictum. Secundo illud exemplificat per multa exempla. Secunda ibi, sic denique, & breuiter hoc intendit. Quando ex vno facto oritur criminalis, & ciuilis actio, q prosequitur rem familiarem, pōt actor intentare vtramque non simul, sed vnam post aliam. h. d. Ad cu-
1 dentem huius l. debes scire tu iuuenis, q † actio criminalis dicitur illa, per quam venit applicandum aliquid fisco, vel vindicta in corpus, ita q parti nihil applicatur. Actio ciuilis est illa, per quam aliquid petit applicari parti, vt ff. de sepul. viol. l. 1. §. & quod ibi no. Item
2 debes scire, † q actio ciuilis, quæ ex delicto descendit, quinque dicit
a prosequi rem familiarem, quando est † in veram opi. qn agit ad esti manonem alicuius damni, vel interesse, licèt illud duplicetur, vel quadruplicetur, nō curo, exemplum in actione furti, nam in actione furti duplicatur æstimanio rei, vel interesse. Item in actione l. Aquil. & simili. Quandoque prosequitur vindictam, vt quando petit ad æstimationem iniuriæ, vt in actione iniuriarum, vel sepulchri violati: licèt enim ille, q recipit alapam, nullum passus sit dam num tamen agit iniuriarum, ad vindictam iniuriæ suæ. Hoc præmisso venio ad casum. In hoc principio oppon. & videtur, q vna actione electa non possit tedire ad aliam, vt l. prætor edixit. §. 1. ff.
b de iniu. Sol. Quando ciuilis b & criminalis competunt ad vindictā, tunc vna electa non potest redire ad aliam, vt ibi: sed quando vna competit ad vindictam, alia prosequitur rem familiarem, tunc lex nostra procedit. Sed contra hoc oppon. ff. de pub. iud. l. interdum. Sol. hæc est vera, licèt vtraque possit intentari, tamen non simul, sed post vnā intentatam, potest rediri ad aliam. Tria ergo habes
3 in summa colligere ex lege ista, & ex ista materia. Primo, q † est in electione actoris quam eligat prius, ciuilem, an criminalem, vt hic, quod est verum præterquam in l. Corn. de sica. & in actione iniuriarum. Non enim debet prætor permittere, vt prius proponatur actio iniuriarū, per quam præiudicaretur legi. Corn. de sica. vt l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniu. secundum lac. de Arc. licèt gl. ibi aliter intelligat. Item prædicta sunt vera, quando duo iudicia mouentur ab eodem: secus si vnum, ab vno, aliud, ab alio. Tunc enim non est locus electioni, sed præfertur actio criminalis. Et ista est materia l. fi. §. de ordi. iu. Item prædicta sunt vera, quando criminalis & ciuilis proponuntur per se principaliter, secus si vna principaliter, alia in cidenter, nunc ista est materia. l. 1. & 2. ff. de orig. iur. s. de adul. l. quoniam, & ad l. Fla. de pla. l. præses. Secundo habetis notare ex l. ista, &
4 ex eo quod dixi s. in sol. contrariorum, q † ciuilis, & criminalis non possunt intentari simul, & semel, in eodem libello, quod intel lige verum, quando vtrumque petitur per modum actionis principaliter intentatæ: sed si aliquis accusatur criminaliter, & per iudi cis officium petitur restitutio rei, ex æquitate posset hoc fieri, vt l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & l. 1. §. dicam. ff. fini. reg. Dui ple-
5 nè in l. defuncto. §. 1. ff. de publ. iud. Tertio no. q † post intentatum vnum ex istis iudiciis, potest aliud intentari. Quod intellige verū, si primum iudicium sit finitum abolitione, vel sententia condemnatoria: sed si esset finitum per sententiam absolutoriam, tunc fuit opi. inter Pla. & Gl. nostros, Dy. tamen in c. nullus pluri. extra. de reg. iur. li. 6. & in codē omnes Doct. Moderni videtur distinguere. Aut absolutoria est lata super facto, & parit exceptionem rei iudi. in alio. Aut super iure, & tunc secus. Quod dic, vt plenissimè istam materiam tractaui in l. 2. §. 1. ff. vi bo. rap.

A D D I T I O N E S.

a Ale. Rem familiarem. Quando actio ciuilis descendens ex delicto dicatur prosequi rem familiarem & quando vindictam, per Bar. in l. 5. ff. de iniur.
b Ale. Quando ciuilis. Quando actio ciuilis concurrat cum criminali. vide per Bar. 10 l. 2. circa prin. ff. vi bo. rapt. & in l. pe. ff. de calum. & uide casum in l. 1. sup. de iudi. per Bal. vbi quid iuris si pars pœnæ applicetur fisco, & pars parti an possit cumulari? per Sal. in l. si quis ad se fundum. sup. ad l. Iul. de vi.

De iniuriis. *Rubr.*

LEX V.

Si non conuicii: Hęc est bona lex, & Doc. Vltramon. repetierunt hanc l.

LEX VIII.

Dominum. An in actione iniuriarum habeatur ratio damni, & qualiter, est materia huius l. non tamen dico hic, quia tempus non patitur.

LEX IX.

1 *In causa criminali procurator admittitur pro persona Illustri.*
2 *Procurator non admittitur, vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria, vel corporalis, alternatiuè.*
3 *Sententia, quando non potest cadere in procuratorem, profertur in dominum absentem.*

Si quando. Hæc est notabilis lex. Personæ Illustres, siue agant, siue conueniātur actione iniuriarum ci-
a uiliter, vel criminaliter, pñt causam exercere a per procuratorem,
1 ipsi tamen se inscribent, & in eos fertur sententia. l. d. Primo † ex
b hac l. habetis, b q ad crimen priuati iudicii prosequendum, non admittitur procurator regulariter, fallit in Illustrib. personis, vt hic videtis, & sic l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. q dicit non admitti procuratorem ad crimen publ. iudi. prosequendum, supplet per istam. Secundo no. q licèt in causis criminalib. procurator ad
c mittatur, qñ imponitur c pœna relegationis, vel fustium castigatio,
2 vt plenè no. in l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procu. tñ † qñ impo-
d nit pœna pecuniaria, vel relegationis, seu alia corporalis d alternatiuè tunc non admittitur procurator. Hic est casus hic, coniuncta l. fi. ff. eo. Nam pro iniuria imponitur pœna relegationis, vel fustium castigano, & tñ non admittitur procurator, vt hic videtis, quotidie occurrit in statutis: sic eo ipso quod possibile est ex delicto seq pœnam maiorē relegatione, non admittitur procurator, vel aliquam afflictiuam pœnam in corpore nō potest exercere procura
3 tor, vt hic, coniuncta l. fin. ff. eo. No. vlt. quod † quando sententia non potest cadere in procuratorem, profertur in dominum, licèt absentem. quod plenè habuistis s. de procu. l. nihil. & l. 1. s. de sen.

A D D I T I O N E S.

a Ale. Causam exercere Per gl. & Bar. in d. §. ad crimen.
b Ale. Hac l. habetis. Per Bar. in l. a. de publ. iudi.
c Ale. Imponitur. Et uide per hanc l. quæ dixi in l. 1. ad fi. ff. ad Turpil.
d Ale. Alia corporalis. Qualiter loquatur Bar. in l. pe. §. ad crimen.

De famosis libellis. *Rubr.*

LEX VNICA.

Si quis. Hic vide, quod hic puniuntur minus consocii, & pæ nitiepes quam ipsi principales. De quo hic per Cy. & ego plenissimè, in l. si is qui opem. ff. de furt.

De

De his, qui latro.occultaue. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a Eos qui. Not.hanc legẽ,& tenete menti a quotidie cõtin git,& totus iste tit.practicatur plenissimè.

ADDITIO.

a Alex.Tenete menti.Vide Bar.in l.1.ff.si quis ius dicen.

De requirendis reis. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a Cum absente. a Hæc est no.l.& totus iste tit.& no.si ex hac l.habes, qđ si exbannitus mori tur intra tempus banni,vires banni totaliter euanescunt.h.d.

ADDITIO.

a Alex.Cum absente.Adde l.1.& ibi Bal.ff.eo.

LEX II.

Quicunque. No.quod de iure cõi bannitus,etiam elapso termino banni,non habetur pro cõfesso,licet secundum ista statuta ciuitatum Italię seruetur contrarium.Dixi in l.diuus.§.sic & diuus Pius.ff.de custo.reo.

LEX III.

In pecuniarijs. Sola citatio & libelli oblatio in causis pecuniarijs non infamat,in crimina a libus infamat de facto.h.d.hæc tota no.lex a No. quod dixi in summario. Veruntamen gl.tua intelligit, quod etiam quando accusatio ciuilis est proposita, quæ infamat de facto, quod videtur contra mentem huius l.quia secundum gl. nulla esset differentia inter ciuilem,& criminalem,quòd videtur velle iste tex.

ADDITIO.

a Alex. No.lex.Facit quod absens condemnatus, non efficiatur infamis,de quo per Spe.in tit.de sent.§.j.ver.quod de illis.& per Bar.in l.ictus fustium.ff.de infa.

De quæstionibus. *Rubrica.*

LEX VII.

a Milites. Not. quòd milites non sunt torquendi a etiam indicijs præcedentibus.Ego semel dicebam,cum vnus Potestas miles, vocatus esset ad syndicatum, & probaretur delictum contra eum per indicia,volebant syndici eum ponere ad torturam. dixi quod non poterant,vt hic,& j.c.l.à diuo Marco.

ADDITIO.

a Alex.Torquendi Idem in Doctore,vt no.Bart.in l.1.de aduo.diuer.iud.& Cy. hic, uide per Cy.in l.4.ad l.Iuliam maie.& gl. Idem in homine decrepitæ ætatis, l.3. §.agitur.ad Sy.l.An aũt miles pro debito possit capi,vide Bal. in l.j.in fi. qui bon. ced.poss.& quid in milite nostri temporis, vide in tract. de quæstio. per Bar. & Pau.de Leaza.per Salv.in l.j.sup.de iur. & fac. igno. & ibi scripsi post Cyn. Item clericus non potest torqueri nisi sit infamatus,& vide Ant.de But. & quasi omnes in d.c.de deposito. Item impubes leuius torquetur. glo.est & quod ibi no. Bal.in l.si quilibet.alias in l.cum secundis tabulis.ff de his quibus, ut indig. vide Bar.in l.de minore.in princ.ff.de quæstio & vnam differentiam inter clericum & militem,vide per Abb.in c.1.de cle.ægro.

Menoch.Marsi.sing.556.

LEX XIIII.

Seruos. Argumentum est l. ista,quod familiaris quondam non possit testificari pro domino , quod dixi in l. 1.§.diuus.ff.eod.tit.

De abolitionibus. *Rubr.*

LEX II.

1 *Abolitio non conceditur,nisi causa cognita.*

2 *Iudex super accusatione,licèt accusator ei renunciet,põt veritatem inquirere.*

a 1 2 ABolitio. a No.ex hac l dno.Primo, quod† abolitio nõ pceditur,nisi causa cognita.Hoc videbitis plenius j.proxi. † Secundo no. q licet pars accusationi renunciet , tamen iudex pro officio suo potest perquirere veritatem super ipsa accusatione, vt delictum puniat . Et per hoc ego dicebam in qõne , quam semel disputaui, quod licet accusator non producat testes . iudex tamen potest ex officio suo testes producere ad inquirendam veritatem. Hoc plenè dixi in illa q. quæ incipit , Iudex maleficiorum , quam posui in repe.quam feci d.l.4.§.hoc autem iudicium. ff.de dam.infec. Dixi in l.si non defendatur.ff.de pœn.& l.ti.ff.de quæst.

ADDITIO.

a Alex.Abolitio.Ad intellectum huius legis,vide Bar.in l.transigere. sup. de transa. & dixi,in l.1.circa prin.ff.de min.Facit quod dixi in l.libello rum. §.fi.ff.de accu sa.& Bar.in l.si maritus.§.negauerit.ff.de adulte.Et quotuplex sit abolitio, no.s. q.1.c prohibetur.

LEX III.

a Fallaciter. a Not.hunc tex.ibi, si autem testibus. qui est singularis, qui punit melius delicta in quibus ex vtraque parte requiritur probatio, quàm alius de mundo.

ADDITIO.

a Alex.Fallaciter.No.ex isto tex.ibi,reorum consensu,quod in criminalibus iudex non debet sequi reorum consensum . Secus in ciuilibus , vt l.si negauerit . ff. de adul.alias l.si conuenerit.ff.de re iudi.Et quotuplex sit abolitio ,no.in l.si conuenerit,& ibi per Bar.ff.de re iud.Tex.est sing.quem alle.gl. in l.qui accusare. sup. de eden.Vide tex.& ibi Bar.in l.vbi.sup.de fal.& uide hic Iac.de Bel.

Vt criminalis quæstio intra certum tempus terminetur. *Rubr.*

LEX II.

1 *Instantia perempta,superest officium iudicis ad condemnandum partem in expensis.*

2 *Pœna à iure imposita,si non cadit in certam personam, alteratur & imponitur alia.*

3 *Iudex potest dare partibus inuitis dilationem.*

a 1 NOuerint. a No.ex l.ista primo, quod † finitio tẽpore instãtię,adhuc superest iudicis officium ad condemnandum partem in expensis. Vide tex.ibi,quo &c. vidistis in l.properandum §.illo.supra 2 de iu.& infra,l.proxi.Secundo no.quod † quando pœna,quæ à iure imponitur , non cadit in certam personam , potest alterari , & imponi alia. Tex.est expressius in l. hoc accusare . §.omnibus.in fi. ff.de accus. Tertio no. quod quando iudici videbitur , ipse potest 3 partes vrgere,vt causas in iudicis notionem deducant, & † sic potest dare partibus inuitis dilationem.de hoc tetigi j.de dila. l.j.Gl. inducit hanc l.ad qõnem,an infamis possit iterum infamari,vel excommunicatus iterum excommunicari.De hoc vide in vlti. gl.extra,de iud.non recordor in quo c.est in c.ita quorundam.

ADDITIO.

a Ale.Nouerint.Et qualis sit & quanta instantia criminalis,vide Archi.in c. fœlicis, de pœ.in 6.& gl.3.de iud.Et quid de iudice inquirente, vide Bal.in l.properandum.in prin.supra de iudi. & Cy.hic,& quod no. Bar.in l.querela . supra de fal. in ver.3.no.uide Bar.in l.de pupillo.§.si pluribus.de oper.no.nun.

Ad Senatusc.Turpil. *Rubr.*

LEX III.

a Quamuis. a Remissio criminis non infringitur fide non seruata.h.d.hæc no.l. De hoc dixi in l.si vnus, §.pactus.ff.de pac.

ADDITIO.

a Ale.Quamuis.Vide quod qui est solitus facere falsas accusationes , vltra pœnam de qua hic,punitur abscissione linguæ,Bal.in l.data opera.sup.qui accu.

LEX V.

Si fœmina. No.hic gl.quis dicatur prosequi suam, vel suorum iniuriam.& est glos.2.huius l.quam tene menti perpetuò.De hoc habes tex.ff.de accusationib.l.1.

De calumniatoribus. *Rubr.*

LEX PRIMA.

Calumnia. Hæc est no.l.domini , istud est verum,quando tractatur de punienda calumnia per offi iudi. Secùs si tractetur de punienda per viam accusationis principaliter propositæ.Ita tenet gl.

De pœnis. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

a Seruus. a Hęc est bona l.facit ad qõnem. Damnata est ciuitas,quod muri eius destruantur . Certè non sufficit nisi perpetuò stent destructi,per l.istam . Ita dicunt Doct.dixi plenè vobis.ff.eodem.l.fine præfinito . Circa quod vide quod no.extra,de consti.c.ex literis.

ADDITIO.

a Ale.Seruus.Adde tex.& ibi Bar. in l.fine præfini. ff. eo t. Ratio huius l.est per l.in tantum.§.vni.ff.de rer.diu.quæ est no.vide Bar.in l.si quo adulteri. sup. de adul. adde quæ uoluit Ang.

LEX XXI.

Ne diu. Hæc est sing.l.ponit vnum casum , in quo contra absentes peruenitur ad condemnationem in crimine capitali.

LEX XXII.

Sancimus. No.istam l. quæ facit ad statuta ciuitatis Florentiæ quæ dicunt, quòd cõsortes de domo teneantur pro crimine commisso ab vno de domo.

LEX XXIII.

Omnes. Tempus, quo quis stat in carcere, in exilio computatur. hoc dicit secundum vnam lectu. Vel alter,qui tempus compleuit in exilio, postea incarcerari nõ debet. hoc dicit ista lex.

De bonis proscri. uel damnat. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

a SEruorum. a Argumentum quod si procurator alicuius damnatur ad mortẽ, debet differri executio donec domino reddat rationẽ. Facit ff. de lega. 1. l. seruo leg. §. pe. & ibi no. p Dy.

ADDITIO.

a Alex. Seruorum. Adde Bar. in l. fi. de publi. iudi. & in l. si seruus.

LEX III.

Si filius. Hic est no. casus, quod peculium castrense non publicatur. Quid aũt de aduẽtitio, an proprietas publicetur, dixi plenè in l. si finita. §. si de vect. de dam. infec.

LEX VII.

Si quis intra. Hæc lex docet qualiter res in inuentario debeant scribi. hoc dicit. quam legem vide, & tene menti.

LEX IX.

a Si quis. a Hęc est bona lex & notabilis, & no. istam legem in eo quod dicit, corporaliter tradidisse docuerit. ꝙ intellige, vt dixi in l. assiduis. ꝰ. qui pot. in pign. hab. Not. quòd mulieribus, & aliis debentibus recipere, debet solui statim, non seruato ordine iudiciario, dic, vt in l. res. ff. de iure fisci. Tertio no. quod hæc lex habet locum in rebus donatis post commissum crimen. Glo. tangit in l. res. supra, de dona. inter vir. & vxo. Ego plenissimè in l. post contractum. ff. de donatio.

ADDITIO.

a Alex. Si quis. Per hanc legem vide omnino Ang. in l. si marito. in prin. ff. sol. mat. & ibi adde Pau. de Cast. & vide gl. hic, & Cy. in prin.

De sententiam passis & resti. *Rub.*

LEX PRIMA.

a CVm salutatus. Quando ille, qui est damnatus restituiť, recuperat bona, a & famam, nisi aliud sit expressum specialiter in restitutione. sed si ei est concessa indulgentia, solum pœna remittitur: nam non recuperat bona, nisi aliud sit expressum in indulgentia. hoc dicit vsque ad fi. nisi quod variantur termini. Materiã harum legum tractabo ĩ. eo. l. fin.

ADDITIO.

a Ale. Recuperat bona. Limita nisi bona essent in aliũ trãslata, quia non videtur restitutio ad illa. Ita dicit Bart. limitando istam legem in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. quod intelligit Bar. in e. q. esse idem, quod in hac l. si sit restitutus per Commune. ibi vide post Bar. & ibi dixit Ang. quod nullo modo etiam recuperat fructus perceptos ex bonis, etiam non alienatis, vt est tex. singularis secundum Ang. ibi in auth. idem de Nestoria. C. de hær. & idem tenuit Bal. in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex Cõra. vtrum restitutio possit expressè concedi quo ad bona alienata. vide aliquid per Bal. in l. Gallus §. & quid si tantum, de libe. & posthu. & Bart. in l. quicunque. C. de fide instr. & iu. ha. fis. lib. 10. per Bal. de pace Constan. ver. pen. cum seq.

LEX XIII.

1 *Patre deportato restituto, filius quando reincidat in eius potestatem.*
2 *Filio in potestate datur tutor propter malos mores patris.*
Patri dilapidanti bona filij quando interdicatur administratio bonorum filij.
3 *Patre mortua uxore, si incipit malè uti substantia, & an filius habeat remedium l. vbi adhuc. remissiuè.*
4 *Restitutio tantum restituit, inquantum id, aduersus quod restitutio petitur, abstulit.*
5 *Testamentum filij patre restituto, non tamen reuerso non ualet.*
Pater improbatæ uitæ non potest filio impuberi substituere pupillariter.
6 *Testamentum filij, qui mortuus est antequàm restituatur pater, patre restituto, an extinguatur. & nu. 8.*
7 *Banniti restituti, an recuperet bona alienata.*
9 *Testamentum filij capti ab hostibus, an extinguatur, si filius decessit antequàm pater reuertatur.*
10 *Fictio, qua retrotrahitur, non requirit duo extrema habilia in his, quæ fingit per quandam consequentiam.*
11 *Statuto stante, quòd banniti rebanniantur, istud rebannire habetur pro restitutione.*
12 *Statutum quando possit famam restituere.*

In quæstione. Lex nostra est difficilis. Primo ponit vnam quæstionem. Secundo ponit aliã, ex cuius determinatione apparet solutio primæ. Tertio ponit aliã. Quarto ponit aliam quæstionem. Quinto & vltimo ponit vnam conclusionem vniuersalem ad præcedẽtia. Secunda ibi, remotis. Tertia ibi, ita tamen. Quarta ibi, quibus. Quinta ibi, ideoq; tantum. Breuiter hoc intendit. Vltima voluntas filij facta patre existente in deportatione, irritatur patre restituto, quia in eius reincidit potestatem. Secus in contractibus inter viuos & tutelæ datio cuanescit, si pater habuerit bonos mores, aliàs secus, & quod abstulit deportatio, hoc restituit restitutio. hoc dicit. Prima particula legitur tribus modis, pone secundum lect. Ioã. ꝙ loquitur de testamento facto per filium, patre existente in deportatione. aliàs lect. examinabo circa contrariũ. ibi, fecisse. subaudi dubitatur, an restituatur. Respõdet, quod non, quia reincidit in potestatem, vt patet in q. seq. Sequitur, & remotis Vlpiani. Ad euiden. huius secundæ partis præmitte, quando testator reincidit in alterius potestatem, testamentum euanescit, vt Inst. quib. modis testa. infir. §. alio. Hoc præmisso, forma casum sic. Ad determinationem præcedẽtis quęstionis est necesse quod sciamus vtrum patre restituto filius reincidat in potestatem. Ad quo respõdet Imperator quod sic, remotis opi. Ex hoc apparet solutio quæstionis propositæ, quod testamentum filij irritatur, vide literam. Sequitur, ita tamen vt gesta. In hac tertia parte sic forma casum. Vidi quod testamẽtum irritatur, qd de ꝯtrahẽtes inter viuos factis à filio, illo medio tempore? Respondet Imperator, quod illi contractus non irritantur, si filius erat maior ætate, quia pro certo, illo medio tempore filius erat sui iuris. Nec est dicendum, quod status eius esset in pendenti, illo medio tempore, sed si filij essent minores, tunc possunt irritari de iure ex beneficio, quod concedetur minoribus. h. d. vide literam. Sequitur, quibus &c. & ista quarta pars est clara. Sequitur, ideoque tantum. Hic incipit quinta particula, quæ est clara. Ad primam partẽ oppo. quod ibi, quæstio, quæ proposita est de testamento, non soluitur, quare malè contra primam constitutionem. C. §. quibus. Huius timore legitur istud principium tribus mod. Vno modo, quod hic loquitur de testamento facto per filium post reuersionem patris, & ista lect. tangitur in 3. gl. paruula, & fuit additio. vnde libri antiqui non debent eam habere, & est super ver. remanente. Secundum istam lectu. apparet solutio manifesta, quia testamentum factum ab eo, qui est in potestate alterius, non valet, vt l. qui in potestate. ff. de testa. & l. pe. ꝰ. qui test. fac. pos. Hæc lex nõ placet. Primo, quia non habet dubium. Secundo, quia totus tex. qui sequitur, videtur dubitare de his, quæ fecit filius illo medio tempore, quo pater erat deportatus. Præterea videtur contra tex. hic, qui dicit, fecisset, quod est temporis præteriti plusquam perfecti, & tex. ibi dũ dicit, redeunte, quod est temporis præsentis, ergo innuit, quod cum pater reuertebatur, erat factum testm̃, & illa lect. est verior. Sed adhuc remanet contrarium: quia ista quæstio nõ videtur solui in tex. In hoc sunt duæ opi. Vna fuit Iner. & Cyn. qui dixerunt quod respondetur ibi, ita tamen, vt gesta, &c. Et sm hoc qõ soluitur, quod patre restituto, testamentum remanet validum. Ista opi. non est vera, quia testatore reuertente in patriam potestatem testm̃ extinguitur, vt Inst. qbus mod. testa. infir. §. alio. & ꝰ. dixi. Preterea, non potest dici, quod in ver. ita tamen, soluatur hæc quæstio. Nam ibi dĩ, gesta per filium: sed verba gesserunt, non pertinent ad ius testandi, vt l. verba cõtraxerunt. ff. de verb. sig. Vnde superuenit opi. Io. Teutonici, qui testm̃ dixit irritũ, & sic ad qõnem propositã tacitè rñdetur per solutionem secũdæ qõnis, dum dicit quod reincidit in potestatem, vt ꝰ. dixi, ponendo casum, & ista lect. est vera. Ad secundam particulam opp. quòd filius non reincidat in potestatem, vt ꝰ. e. l. insulam Sol. Ibi fuit concessa indulgentia, hic restitõ. Sed ꝯ hoc opp. de vlti. parte huius l. ibi, ideoq; tm̃ ad restitutionem indulgentia valeat. Gl. exponit ibi, indulgentia. id est, in integ. restõ. Vel dic, quod vtrumq; expressit ibi Imperator, s. indulgeo restituendo te in integ. vel indulgeo & restituo. Et pro huius declaratione 1 dicas, † quandoque Imperator concedit simpliciter indulgentiam, tunc filius in potestatem non reincidit, vt supra eo. l. insulam. Quandoque concedit indulgentiam cum aliquo adiuncto, & tunc eatenus vltra indulgentiam extenditur, quatenus adiunctum importat, vt supra eod. l. pater. Quandoque Imperator restia tuit, a & tunc aut concedit restõnẽ simpliciter, & omnia restituta videntur, vt ꝰ. e. l. 1. Aut restituit cũ limitatione & catenus restringitur restõ, quatenus importat limitatio, vt supra eo. l. 1. Quãdoq; Imperator concedit indulgentiam & restitutionem, tunc omnia vñr restituta, vt hac l. nisi aliud si expressum. Venio ad tertiam partem, dr̃ hic, ꝙ filius erat sui iuris, & status eius non erat in pendenti. contra Inst. quibus mod. ius pa. po. sol. §. sed & si ab hostibus. Solutio. Dico quod status filij non potest esse in pendenti respectu præsentis status, quia vel est sui iuris, vel in potestate. Sed respectu eius, quod euenire potest, potest esse in pendenti. Nam potest esse dubium vtrum pater captus ab hostibus reuertatur, vel non. Vtrũ autem aliud possit esse in pendenti, & qualiter, dic vt l. vsusfructus. ff. de stipula. seruo. & l. fina. commu. prędior. Venio ad quartam particulam, hic dicitur quod filio deportati datur tutor, ꝯ in l. mutuo

ADDITIO.

a Alex. Quandoque Imperator restituit. Not. differentiam inter indulgentiam, & restitutionem. Et adde quod aliud est Principem liberare aliquem à pœna, seu indulgere ei pœnam, & aliud ipsum restituere, quia primo casu non recuperat bona, secundo sic, vt hic. & de generali abolitione, l. pen. & fi. iũcta l. 1. & 2. sup. eo. Et idem tenet do lo. in l. si marito. in prin. ff sol. mat. & vide omnino. Bart. in l. 1. §. si quis vlt. ff. de quæst. & quod ibi dixi. Quid si notarius fuit depositus ab officio. vide Bal. in l. nihil. de manumiss. Et no. differentiam inter indulgentiam, & restitutioné, vide Bal & Imo in l. liber homo. §. si hæres, Instit. de hęre. instit.
* Menoch. Cur. sen. consi. 50. col. fi. in fi. Maria. Soci. sen. consi. 32. col. pen. in prin. lib. 1. & Ruy. consi. 86. nu. 6. lib. 5. Bolog. consi. 70. col. 2.

tuo.§.fi.ff.de tut.Soln.ibi loquitur in filio eius, qui erat captus ab hostibus cui non potest dari tutor, quia status eius est in pendenti respectu eius, quod euenire potest de iure communi, si pater reuertatur ab hostibus vel non. hic loquitur in filio depotrati, cuius status non dicitur esse in pendenti, quia pater eius non potest reuerti nisi ex speciali priuilegio, & speciali iure. s.priuilegio Principis, quia in his quæ fiunt ex priuilegio Principis, vel de iure speciali, non debet considerari quod euenire potest, vt l.4.§.1. de fideic. lib. Item cum non possit fieri nisi per vnum, s.Principem, reputatur impossibile, vt l.idem Iulianus.§.1.ff.de le.1. Opp. dr hic, quod † si pater non habet bonus mores, remanet tutor datus ei. Contra, ille, qui est in potestate, non potest habere tutorem, vt Institu. de tutel. in princ. sed ille filius reincidit in potestatem, ergo &c. Solu. Hic est casus singularissimus, in quo filius in potestate habet tutorem, nec credo quod sit alibi & hoc est propter duo. Primo, quia tutor fuit sibi datus tempore, quo potuit sibi tutor dari. Item quia pater non habet bonos mores, & dissipat bona filij. Sed si primum tantum interueniret, tutelæ datio euanesceret, vt hic dicitur, secus si secundum tantum, quia pater bona filij dilapidaret, si quidem dilapidatio est talis, quæ non impedit quin filius possit recuperare cum erit a patria potestate liberatus, puta, quia vendidit possessiones suas, quas postea filius poterit vendicare, tunc propter hoc patri administratio non interdicitur, vt l.1.supra de bon. ma. Sed si dilapidatio esset talis, contra quam filio non posset esse consultum, vt si in bonis filij esset pecunia, quam consumit, vel pateretur domos, & prædia filij destrui, vel vendi, vel annullari, tunc aufertur ei administratio, & daretur curator bonis filij, si esset filius minor, argumen. itimus l.& l.Imperator.ff.ad Treb. & l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.solut. matrimonio. Facit supra de bonis. quæ liberis.l.fin.§.sin autem patre. Ex hoc erigi quandam quæstionem, quam posui in repe.l.si constante, in principio.ff.soluto matrimonio cum quæritur, † an mortua vxore si pater incipit malè vti substantia sui filij, habeat remedium.l.vbi adhuc, & l.si constante. Dic vt ibi. Per hunc etiam no.tex.dico in materia pupillaris substitutionis, quod si pater non habet bonos mores, sed est improbatæ vitæ, non potest filio pupillariter substituere. Si enim ei denegatur pupillaris administratio in vita, quæ est minor, multo magis denegabitur sibi ne ei faciat testamentum in morte. Dic vt ibi dixi in l.2.de vul.& pup. Venio ad vltimam partem, ex qua nota. quod † semper restitutio tantum restituit, quantum id, aduersus quod restitutio petitur, abstulit. Facit ad hoc.ff.de procurato.l. qui proprio.§.item quæritur, & quod ibi nota. Non habetis hic alia circa contraria. Venio ad quæstionem, quæro quid si filius fecit testamentum, postquam pater est reuersus. Respondeo non valet ab ipso initio, vt s.dixi. Quæro quid † si filius fecit testamentum postquam pater est restitutus, antequam tamen reuertatur. Respondeo, quod non valet, quia statim ipso patre restituto recuperat Ciuitatem, & filius reincidit in suam potestatem. Sicut enim sententia deportationis secum trahit executionem in adimendo, vt l.quidam.ff.de pœnis. ita restitutio trahit secum executionem in restituendo, vt supra eodem l.3.in fine. Et puto quod ille qui sic restituitur, statim etiam antequam ad eius notitiam peruenìat, sit restitutus, sicut dicimus in libertate data per testatorem, vt l.eius qui in prouincia.§.fi.ff.si cer.pe. Quæro quid † si filius, qui fecit testamentum, moriatur antequam pater restituatur, deinum pater restituitur, an testamentum extinguatur. Glos.dicit, quod non extinguitur, nisi in aduenotijs quo ad vsumfructum, vide glos.4.in fine. & etiam glo.aliam magnam, quæ incipit, quid de testamento. Ex eo quod gl.dicit, præterquam in vsufructu. videtur velle quod talis filij testamentum in profectitijs nullo modo valet, quia in eis est eadem ratio, quæ in vsufructu aduentitiorum. Contrarium gl. huius. videtur velle alia gloss.in l. Gallus.in §. & quid si tantum, in fi.gloss.mag.ff.de liber.& posthumis. Pro declaratione huius gl. & quæstionis, habemus videre quod dictum est in hac l.& supra.in pluribus legib.s.quod deportatus restitutus recuperat bona, an hoc sit verum in bonis, quæ sunt alienata. Ista quæstio erit multũ vtilis, & quotidiana, † propter exbannitos, qui toto die restituuntur, an recuperent bona alienata. Certè casus videtur quod non, quia ille qui emit à fisco nullo modo potest inquietari, vt l.bene à Zenone, supra de quadri. præscr. Et idem videtur in Ciuitate alienante. Nam constat, quod Ciuitas interim dum ille erat exbannitus, legitimè possidebat bona, & legitimè vendidit, & habeatur interim tanquam hæres, vt l.tutoris.supra ad l.Iul.de vi. Sed ille, qui emit ab hærede, vel saltem à bonæ fidei possessore, non potest inquietari, vt l.sed & si l.§.item si res distraxit.de petit.hære.ergo &c. Istud verum puto, quod bona non possit recuperare à possessoribus, sed debet recuperare a fisco, quatenus est locupletior effectus, sicut dicimus in bonæ fidei possessore hæreditatis, vt in d.§. item si res distraxit. Bona vero, quæ in eadem causa remanent nõ alienata, ista recuperat per restitutionem, vt hac l. in fine. supra eodem l.1. Hoc præmisso ad quæstionem propositam, dico, quod † in bonis castrensibus, vel quasi, sine dubio non irritatur testamentũ filij, quia etiam si viueret in potestate, posset testari. In aduentitijs vero quæ ipsi filio obuenerunt post patris deportationem, similiter non irritatur testamentum, quia per deportationem pater illa aduentitia non perdidit, sed non acquisiuit, & aduersus non acquisita restitutio non porrigitur. Ita potest intelligi gloss.in d.l. Gallus.§.& quid si tantum, in fi.glos.maximæ, cum restitutio non fingatur retro, vt infra dicam. Si verò sunt aduentitia, quæ erant quæsita ante deportationem, vel profectitia, tunc si quidem per testamentum sunt translata in alium iure hæreditario, pater reuersus recuperat, quia illa non videntur alienata, sed videntur remanere in eadem causa, in qua primo erant, cum hæres ille succedat in locum primi. Si vero erant alienata alio titulo, tunc puto, quod iste reuersus non possit recuperare, per ea, quæ dicta sunt supra, quia restitutio ad bona alienata non porrigitur. Ita intelligo hanc materiam. Iac.de Are. verò dicit indistinctè, quod ista lex nullo modo habeat locum in profectitijs, quia in eis nullo modo valeret contractus, nec vltima voluntas, sed tota loquitur in aduentitijs, quod patet ex eo quod dicit infra de gubernatione aduentitiorũ, & de administratione patris. Alleg. in argum.l.si is.§.fin.ff.de iure dot. quod non placet, argumen. eorum quæ supra dixi de hærede, & bonæ fidei possessore hæreditatis. Non obstat.d.l.si is. si bene inspicias. Quæro quid † de filio capto ab hostibus si testamentum fecit, & decessit antequam pater reuertatur, an testamentum patre reuerso rumpatur. Gloss.dicit quod sic. Nam patre reuerso fingitur semper fuisse in potestate. Secus in patre restituto, quia non fingitur retro semper filius fuisse in potestate, sed reincidit in potestatem patris restitutione concessa. Ita tenet gloss.in d.l.Gallus. §.& quid si tantum. Pet.contra, nam fictio postliminij & aliæ fictiones similes, quæ retro trahuntur, requirunt duo extrema habilia, quorum si quod deficit, cessat fictio. Exemplum, si seruus moritur hæreditate iacente, & postea hæreditas adeatur, non potest fingi seruum fuisse legatarij à die mortis, quia non est, vt l.huic scripturæ.ff.ad l.Aquiliam. Facit pro Pet.l.cum quis.§.fin.ff.de verborum obl.& l.quoties.de noua. Vnde cum filius hic sit mortuus, non potest fingi quod retro fuerit in potestate. Et multi tenent illud dictum Pet.& habent ipsum pro notabili multum. Ego dico, quod est falsum in casu quæstionis propositæ. Primo per tex.in l.pe.ff.de suis & legi. Secundo, per rationem, & hoc pono.in l.si is qui pro emptore.de vsucap. Nam dictum Pet. † est verum, in his in quib. fictio principaliter fingit, vt patrem reuersum semper fuisse in ciuitate, Nã si pater esset mortuus, ista fictio non posset habere locũ. Sed in his, quæ fictio fingit per quandam cõsequentiam illa regula, quę requirit duo extrema habilia, non est vera. Exemplum, fictio post-

ADDITIONES.

a Ale. Est in pendenti. Non inspicitur illud quod euenire potest de iure speciali. Vide Bar.in d.l.3.in prin.

b Ale. Filius in potestate. Et similiter non potest habere curatorem.l.mater filiu.de condi & dem quod est verum propriè, sed respectu rerum, quandoque sic. si illud non quæratur patri l.fi.§.sin autem patre.sup. de bon. quæ libe.alleg.& no. Io.in d.l.mater. vtrum autem is in casib.teneatur reddere rationem, in le Bar. in l.si superstite.sup.de dolo.& in l.filiæ fam.etc. Quid de filio emancipato Dic, vt in casu l.filius.de inofficioso test. ibi non erat tutor, secundum Bal. item limita per Bal in auth.incest.s.sup.de incest.nup.& quod dixi post Bal.

c Ale. Dilapidaret. Pater dilapidator non est legitimus administrator, vide Bar.in l.3.§.quod si in patris.ff.solu.matr.& in l.Imperator.ff ad Treb. latè per Imo.post Bar.in l.si constante.in prin.in.4.q prin.sol mat & ibi dixi post Bar.& adde Bart. in l.cum oportet.§.non autem.sup.de bo quæ libe. Item si pater non expendit, vbi opus est secundum Bal.hic ad fi. Quid si dissipet bona propria, in le fin.Bar. in l.a.sup.si quid in frau.patr. Et probat ille tex.quod luxurioso & dissipatori interdicitur bonis, sicut prodigo. Ita dicit Bal.in l.ea lege.in fi. supra de condi.ob. turp.cau. Benè facit l.mulieri.in prin.ff de cur.fur.dand.

d Men. Ad eius notitiam Soc.l.quidam relegatus.4.no. de reb.dub.ubi posui.

e Ale. Pro declaratione. Vtrum bannitus restitutus recuperet bona alienata per fiscum. Et adde quod no.in l.Gallus.§.& quid si tantum & sequitur addit. Io.A r l. in l.si marito.in prin.ff sol.mat. Et vide Bar.in d §.& quid si tantum, & quod ibi Bal.& Imo.in fi.& Bar.in l.2.§.si quis vitio,ff de q.& vide quod ibi dixi, per Cano.in c.quamuis de rescrip.in 6 ubi bonus tex.& gl.per Bar.hic per Ia.de Bel. in sua d.ll.quam ponit hic post l.fallaciter, de abol.per Bal.in l.sed si hac.§.sed si per pœnam.ff.de in ius uoc.& in l lata.sup.de appel. Sed quid si damnatus in exilium, si ex gratia reuersus sit, vtrum poterit conueniri à creditorib.& clarum est quod aliquo deportato, & bonis publicatis liberatur ab obligatione.l.si debitori.& l.ubicunque.& ibi no.ff.de fideiu.& no.in l.1.C.de si le c.& in l si marito. determinauit, quod sicut nudus exulauit, ita nudus reuertatur, per l.tutelas.§.si libertate.ff.de cap.dimi. Vnde sequitur quod non est conueniendus à creditorib. & est liberatus. & sic loquitur, quia omnia bona sunt publicata. Quod verum erit, nisi restituatur ad bona quia tunc non erit liberatus per l.1.& sup.eod.l. Et hanc no.& addit, quod Bar.in l.quemcunque de fide instr.& in l.hast fisc.li. 10. Et concludit quod restitutio banniti non potest trahi ad bona alienata, si sit restitutio ob priuatam utilitatem, secus si ob publicam l.rem si verberatum. de rei ven.& l.Lucius.de euict.l.2.§.denique.ff.de inm.&c.quæ in ecclesiarum, de consti. Facit gl.quæ incipit & ille in l.fallaciter.de abol. Et ita reperi consilium per Collegium Flo.& incipit Quæst.talis est, an Ciuitas possit restituere bannitum, &c. Et an bannitus possit recuperare bona, in quib.habet solam detentionem. Et quid si bannitus ante bannum possidebat bona mea, quæ post bannum acquisiui, an ipse rebannitus recuperet uide gl & Bal.in l.pe.sup. de re.p. Quid si patre existente bannito, uel deportato, filius interim acquisiuit aduentitia & postea pater restitutus est, an habeat usumfructum in aduentitijs. Bal.in auth.excipitur.C.de bon.quæ lib.dicit, quod pro hoc no.per Gil.in aet. quæro quid de filio, si filius captus ab hostib.fecit testamentum, & decedat an patrem reuersum an ipso reueniente rumpatur testamentum a Ide Bar.in d.l.si is qui pro emptore, in uer.secundus casus, & Bal.idem tenet hic.

Menoch.Pars.consi.1.nu.33.34.lib.4.Barb.consi.43.col.4.in prin.li.2.Iaf.consi.21 in fi.lib.3.declarat Ruy.consi.33.nu.2.li.1.& nu.5 & latissimè consi.21.lib.5.& consi.seq consi.31.nu.7.& consi.60 nu 4.eo.Boe.q.38.nu.7.Calca. consi.35 nu.29.30.& consi.52.nu.12.vbi declarat Alc.consi.169.nu.15.

postliminij fingit principaliter patrem reuersum semper fuisse in ciuitate, vt l.retro. & l.postliminij.ff.de capti. Ad hoc incidenter, & consequenter venit, quod filius semper fingatur fuisse suus, & limi ha, vt l.cum duæ.ff.de cap. Sed in his, quæ accessoriè finguntur, nō requiruntur habilia. sed sufficit quod sint extrema habilia in principali. Casus est no. in l.1 ff.de cap. & sic est vera opi glo. nostræ. Circa

11 hanc legem restat quærere vnum † Ciuitas statuit, quod banniti rebanniantur: an istud rebannire, habeat vim indulgentiæ, an vim restitutionis? Cy. tangit, & dicit, fortè habet vim restitutionis. do. Iacob. disputauit istam quæstionem, & determinauit, quod haberet vim restitutionis, propter duas rationes. Prima, quando vnum est præparatorium alterius, dispositio quæ fit super preparatorio porrigitur ad id, cuius est præparatorium [a] vt l.clauibus, ff.de contrahen.emp.l. t. ā.de dona. Facit de his, quæ in test. delen [illegible] ancellauerat. Sed cancellatio banni, seu rebannitio, est præparatorium ad restitutionem, ergo &c. Ad hoc etiā facit, quia beneficia sunt latissimè interpretanda, vt l.fi.ff.de constitu. Princ. Breuiter dico, [b] quod de hoc est casus, quod verba dubia debeant intelligi, quod sonent restitutionem magis, quàm indulgētiam, vt l. r. §. pe.ff.de quæstio. vbi ista verba Principis, potes itaque decreti gratiam facere, &c. intelliguntur, hoc est restituas, nec habentur pro indulgentia simplici. Idem ergo cum factum est statutum, vt banniti rebanniantur, quia istud rebanniri, [c] habetur pro restitutione. Iuxta hoc insurgit

12 dubium, † cum per restitutionem restituatur fama, vt hac l. & ī.eo. l. 1. vtrum per statuta Ciuitatis [d] possit fama restitui? Text. videtur quod non, l. 1. §. pe.ff.de postul. vbi Imperator, & Senatus restituit famam. Breuiter, si infamia esset irrogata de iure communi, fateor ꝙ statutum non possit restituere, vt d. §. pe. Sed si infamia esset irrogata ex forma statuti, vel ex processu habito secundum formam statuti, non de iure communi, tūc puto quod per statuta possit fama restitui. Quam enim potestatem habet Princeps in his, quæ fiunt de iure communi, eandem videtur habere populus in his, q̄ sunt ex forma statuti, vt l.omnes populi.ff.de iusti. & iure. & l.nihil tam.ff.reg. iur. ff.de sol. l.prout quisque &c.

CONTRARIETAS.

Aduerte. Restitutio etiam absenti, & ignoranti tribuit ius incontinenti facta restitutione, secundum Bar. in versi. quæro quid si filius, &c. Sed d. Ale. in l. qui absenti. ff.de acq. pos. alleg. Bar. sibi cōtradicere in l.fi.de consti. Principum, & non soluit.

CONCORDIA.

Pro concordia. Tu dic, quòd quando fit restitutio ex mera liberalitate Principis, alio non concurrente, procedat secūda opinio. & suadet natura illius titu. de constitutio. Princ. & ita dicatur quædam indulgentia. Aut aliquid concurrit, puta quia forte Princeps restituit, quia videbat præcedentem sententiam iniustam, & voluit ex tunc sibi quæri ius, & ita procedat prima opinio, supra relata. Et ista vocatur propriè restitutio. Vel etiam posset fieri differentia An ad instantiam partis, & procedat prima opinio. An vero ex motu proprio, & procedat secunda, argu. no. in c. si motu proprio de præb. lib. 6.

ADDITIONES.

a Menoch. Præparatorium Bald conf. 3. col. 2. lib. 2. & col. 3.

b Breuiter dico. Contrarium vide tenere Bal. in l. si ademptis. sup. eo. Et adde quod Bal. in l. pe. sup. de cap. videtur tenere idem quod Bar. hic, per illum text.

c Ale. Illud rebanniri. Vide Bal in l. non solum. §. fi. de procu. & Bart. in l. 1. §. si quis vltro. de quæstio, & Bal hic ad finem. Et hic adde Bald. in l. si qua pœna. ad ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.

d Ale. Statuta Ciuitatis. Vtrum per statuta ciuitatis possit fama restitui. adde Bar. in d. l. 1. § pen. & in l. infamem. & quod ibi dixi, ff. de publ. iudi. & vide quod no. Bal. in l. generalis. supra eod. Meno. Gramma. consi. 34. nu. 6. 7. 8.

ALIA CONTRARIETAS.

Aduerte. Dubitatum fuit per aliquos, an per statutum factum per illos, qui recognoscunt superiorem, possit infamia irrogari, vel etiam remitti? & Bar. allegatur per aliquos, quod non, in l. infamem. in fi. ff. de publ. iud. sed contra, quod sic, allegatur per Bar. in l. 1. §. de qua re. ff. de postu. & in hac l. fi.

ALIA CONCORDIA.

Pro concordia. Tu dic, debet intelligi Bar. in d. l. infamem, secūdum distin. quam fecit in hac l. fin. & in d. §. de qua re, scilicet, ꝙ nō possit, quando infamia inducitur per ius commune, & sic vbi non potest disponere: secus si inducatur per aliud statutum, vbi potest disponere. Ita intelliganur in d. §. de qua re, & in hac l. fin. & videtur quasi eodem ore loqui.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes sunt Quaterniones, præter P, & Q, qui sunt Terniones.